13
19 A
37
VITT. EMANUELE

M

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

3 D
C 13.0.6.62
18

ACTVARIVM PRACTICÆ CIVILIS

IO. BAPTISTAE CABALLINI:

INTERIECTIS ADDITIONIBVS
Iulij Cæſ. Gluſiani I. C.

Et libello eiuſdem in calce operis de munere Cauſidici.

AD PERILLVST. VIRVM VICTORIVM Pecchium Aedilitiarum cauſſarum auditorem.

MEDIOLANI,
Apud Io. Baptiſtam Bidellium. M. DC. XVI.
De conſenſu Superiorum.

BIBLIOTECA ROMA VITTORIO EMANUELE

Fr. Desid. Inquisit. gen. Mediolani.
Io. Paulus de Clericis Can. Dep. pro Illustriss. D. Archiep.
Vidit Saccus &c.

VICTORIO PECCHIO

VIRO PERILLVSTRI

Ædilitiarum cauſſarum auditori.

Ioannes Baptiſta Bidellius S.

LIBELLVM hunc tibi dono, dicoque, Victori Perilluſtris, & mercator more meo pretium poſco. Mirum fortaſſe videbitur donantem pretium poſcere: ſed ego is ſum, qui pluris donare, quam vendere ſoleo. Qui emit, aurum; qui dono accipit, animum, voluntatemq. rependat neceſſe eſt. Pecuniam emptor, emptorem dona ſuppeditant. Magnum eſt, quod

petitur, nempe amor, & patrocinium, cum nihil iucundius sit, nihil optabilius, quam à nobilissimo, eodemque spectatæ integritatis viro amari, atq. defendi. Addo tamen, tanquam corollarium, bonum omen operi, quod imprimendum curaui: eo enim etiam spectaui, vt ijs, qui ad hanc forensis militiæ disciplinam accessissent, in ipso statim operis primordio victoriam nomen tuum portenderet. Sed hoc vel inuitus dabis. quare id, quod initio petiui, nunc iterum enixius postulo: neq. tu, vt arbitror, recusabis. Turpe enim homini insigni, præsertim iurisconsulto, & Iudici, mercatorem fraudare. Depende igitur pretium, quod flagito, ama scilicet, & patrocinare: vtq. diu & amore, & patrocinio tuo frui possim, diu & viue, & vale.
Mediolani Idibus Nouembris 1615.

COMMENTARIVM

Siue Index eorum quæ in his Libris continentur.

A

Absens quis dicatur. fol. 217
Absentes quomodo citandi.
Actionis significatio. 72
Actor quis dicatur. 2
Actor ad lites constituitur à tutore. 11
Actuarius potest cum suspectus est recusari. 240
Actorum iudicialium enumeratio. 29
Actio pet. hær. 148
Actionum numerus,& nomina. 138
Actio confessoria. 177
Actio in casu statuti de prædijs. 204
Actio ad rem vendican. 165
Actio ad redhiben. animal. 169
Actio rescissoria. 184
Actio ad dotem. 192
Actio quando intentatur querela inofficios. 198
Actio ad rem paternam luendam. 198
Actio pro spolio. 208
Actio in causis cridarum. 213
Actio in materia stocchi. 233
Actio in casu compromissi. 241
Actio ex locato. 75
Actio quando agitur ad interesse. 84
Actio ad consequen. damna contra colonum. 85
Actio contra excipientem garzonum. 93
Actio ad recuperan. pignora per colonum tertio tradita. fol. 2
Actio contra personam debitoris. 102. 103
Actio ad expellen. emphyt. 115

Actio tutelæ. 142
Actio communi diuidendo, & fam. her. 161
Actio ad fideicommissum. 159
Aduocatus de collegio non potest aduocare in causa commissa non collegiato. 12
Additio hæreditatis solo animo fit. 151
Adipiscen. hæreditatis remedium. 151
Agnati inuitis mulieribus contradicant cridis. 9
Agnati si ignorentur citantur per edicta in genere. 14
Agrimensores eliguntur in communi diuidendo iudicio. 163
Alimentorum iudicium pro filijs contra patrem. 4
Appellatio à pacto in for. Cameræ, & exequutoribus. 329
Appellat. materia. 359
A Capitaneo Iust. ad Senatum appellatur. 359
A Quæstoribus ad Senatum. 359
Apostoli non sunt in vsu, sed loco eorum reiectio, vel admissio. 360
Et quando petantur. 366
Libellus appellatorius non producitur nisi die iuridica. 400
Appellatio coram Principe. 360
In App. ab interlocutoria exprimitur causa. 361
Appellabilis ne sit causa, vt cognoscatur. 367
Appellatione pendente fit inhibitio. 374
Forma præcepti appellatione pendente. 376
Attentatorum reuocatio. 378
App. prosequen. tempus. 378
Prorogatio huius temporis. 379
Appellatio à Sententia D. Capitanei. 380
Quæstorum, & mercatorum. 382
Reuisio arbitramentorum. 382. 383
Quomodo petatur, concedatur. 384
Initantia appellationis quando incipiat. 390
Et libellus appellationis. 392
Et requisita. 394
Intimatio. 396
Appellationis causa per quem cognoscatur. 368. 369
Quis possit vti, & adhærere. 397

Nullitas. 397
Iniquitas. 397
Probationes. 399
Capitula, testes. 400
Et quid in appellat. ab interlocutoria, an nouæ probationes admittantur. 403
Et quid in causa arbitramentorum. 404
Et quid coram Quæstoribus Senatus. 405
Et quid perempta Instantia. 407
Sententia in causa appellationis. 411
Appellationis materia. 353
Appellationis causas non cognoscunt auditores feudatariorum. 354
Appellatio fit intra quatuor dies. 354
Coram quo.
Quid si periculum sit in mora
Quid si metus adsit. 355
Quid ab interlocutoria. 354
Quid si Iudex absit. 358
Quid si alius pro alio Iudex appelletur. 355
Appellationis formula. 356
Iuramentum in appellatione. 356
Appellatio à grauamine. 357
Viua voce 357
Præsente parte, & acceptan. 358
An gradatim, & vt appelletur 359
Instanti earum. 359
Appellatio à compromissis, siue reuisio. 363
Tertius an appellet. 365
Admissio, vel reiectio appellationis, & quando transeat in iudicatum. 368
Litterarum appellationis qualitas. 368
Tempus petendi app. appellandi. 363
Prosequendi. 390
Petendi verò reuisionem. 362
Sententia quibus licet absentibus noceat. 366
Contumax an appellet. 366
Causæ quænam sint appellabiles. 369
De Arbitris, & Arbitratoribus. 6 & 28 & 32

De arca communis. 98
Ascendens non potest meliorare conditionem descen. 198
Et libellus in hoc casu. 326

B

Bona vbi sita sint tenetur Antianus, & Consul indicare. 235
Bannum, & alia quędam non probantur testibus. 299
Bannum contra depositarium. 430
Banniti, vt admittantur ad nouas defensiones. 4
Bianco rosso. 334

C

Caducitas censu non habet locum. 112
Caducitatis processus. 114
Caducitatem remittit semel Senatus. 115
Libellus in causa caducitatis. 116
Canonem recipit dominus sine præiudicio caducitatis. 113
Capitulorum formula. 276
Capitulorum copia datur parti. 276
Capitulorum impugnan. forma. 278
Citatio ad videndum admitti capitula. 278
Capitur interuertens modum executionis realis. 81
Captura contra fugitiuum colonum. 81
Capti carcerandi, & consignandi. 429
Relationis formula. 58
Captura iustificatio. 59
Quando locum habeat. 428
Clausulæ salutares in libello. 74
Calumniæ iuramentum. 74
Cassatio iurium. 310
Causidicus non debet esse forensis. 11
Causa nisi in libello exprimatur reuocatur. 72
Causa in interrogatione expressa an mutari possit. 38
Citatio ad dandum mandatum. 8
Citatio ad allegandum. 295
Citatio contra venditorem morosum. 195
De citatione. 60
Citare, & vocare quid differant. 60

Cita-

Citationis effectus. 60
Citatio viua voce. 62
Citationes pro comparendo vespere transmittuntur mane nisi in causis cridarum. 64
Citationis data. 64
Citationis solemnia coram Capitaneo Iust. seruanda. 62
Citari qui non possint. 49
Citationis intimatio. 64
Citatio eius qui deliquit extra territorium. 65
Citatio communitatis. 66
Citatio peremptoria. 65
Citationes portan. ad officium Panigarolarum. 374
Citatio ad videndum produci capitula. 272
Citatio ad dandum contraria interrogatoria. 279
Citatio ad iuran. testes non est in vsu. 282
Citatio ad videndum fieri publicationem. 286
Citatio ad videndum iurari in supplementum. 286
Citatio pro lista confidentium. 304
Citatio ad specificandum. 110
Citatio quando non sit necessaria in executione. 112
Ciuitatis Mediolani partitio. 64
Collateralis officium. 21
Colonus inuito domino nil abducit. 77
Commissio causæ. 291
Communi diuidendo iudicium. 162
Libellus in communi diuidendo, & conclusio. 162
Compromissum non fit in causæ aduocatum sine licentia Principis, nec in Consules Iustitię. 28
Compromittere cogi possunt qui diu litigarunt. 29
Communis arca. 95
Communitates petunt à Senatu vt possint constituere cũ salario qui liti incumbant. 96
Compromissi forma. 111
Compromissarijs discordantibus quid agendum. 111
Compromisso quando locus. 243
Compromissi processus. 248
Eius petendi tempus. 25
Commissiones causarum fiunt Collegiatis, fallit. 294. & 372

Compromissum in executiuis petitur intra 4. dies. 238
Compromissi prorogatio. 347
Comparatio literarum. 296
Communis res vt locetur. 322
Libellus vt quis cogatur rem communem locare cum processu. 325
Conclusio in causa. 302
Consilium causarum commissarum per Vicarium Prouisionum defertur ad bancum Prętoris. 304
Consilij forma. 389.& 307
Eius necessitas. 372
Consultor potest sibi reseruare facultatem declarandi super reliquis cum litteris tamen Senatus. 306
Consilium intra triduum post peremptorium præsentari potest. 310
Contumacia, & bannum. 336
Consilium sapientis quando non detur. 307
Conductoris negantis locationem pœna. 238
Consulum Iustitię imperium. 25
Confessoria actio. 176
Confessoria datur etiam pro honorantijs. 179
Contradictionum processus. 372
Contradictionis ad cridas effectus. 227
Contumacia duplex: 49
Contumax verus. 51
Contumaciæ pęna. 372
Et remedium. 51
Contumax se purgat cum literis Senatus. 272
Coniunctę personę ex causa iudicati conueniuntur. 111
Conueniri qui non possint. 14
Contestatio litis facit rem litigiosam. 72
Contestata lite cum procuratore dominus non citatur. 74
Contradictio resoluit præceptum in vim simplicis citationis. 60.& 77
Contradicentes præcepto 15. dierum debent facere iur. productionem. 108
Conductor quando possit expelli ante tempus. 116
Et libellus contra eum. 118
Constitutum quam vim habeat, & libellus in causa constitu-

ſtituti contra tertium. 132
Creditor poteſt cogi ad confitendum. 241
Creditoribus pluribus exiſten. Senatus concedit vt tantũ principales citentur. 7
Cridis occaſione delicti non contradicitur per extraneum ſine mandato, vel præuia licentia Senatus ratione iuramenti. 10
Cridis nomine furioſorum, & minorum quilibet contradicit. 2
Cridę nondum natis non præiudicant. 217
Cridę. 213
Cridis contradicentes vltima hora non citant ponentes. 222
Cridę non proſunt malefici poſſeſſori. 225
In cauſis cridarum datur conſilium ſapientis. 229
Formula contradicendi cridis. 230
Cridæ faciunt citatos actores. 230
Cridę de bonis ſociorum. 231
Creditores hæreditatis poſſunt proponere proclama ſi ignoretur hęres. 7
Creditum diuidens punitur, fallit vt ibidem. 26.61
Curiales conueniuntur coram d. Capitaneo Iuſtitiæ. 21
Curatores bonorum citandi. 14

D

DAmni cauſa actiones plures contra colonum. 85. 86. 87.
Damni illati actio. 182
Datiorum iudicis autoritas. 22
Datio inſolutum quando nulla. 372
Defenſor alterius. 12
Debitor non poteſt refricare quæſt. dominij cum bona ſpecialiter obligauit. 128
Debitor non habens pecuniam debet offerre meliora cum iuramento. 132
Declinatoriæ exceptio. 236
Delictorum militarium cognitio. 21
Denuntia in Redhibitoria. 173
In actione de prædijs. 204
In locatione. 87. 93

Denuntia pignorum. 433
Depositum penes Antianum cuius periculo pereat. 125
Depositi requisitio. 135
Depositarius potest cogi criminaliter, & condemnatarius ex ordine Senatus. 135
Detenti vt relaxentur ob ferias Natalitias. 83
Dierum vtilium liber. 69.70
Et quid si sit vitiatus. 343
Dies quindecim vtiles in cap. si per apparentem per Senatum prorogantur. 122
Dilatio ad probandum lapsis omnibus terminis. 261.& 333
Dilationes pendente Iudicis officium silet. 262
Dilationum numerus. 262
Dilatio ad probandum datur vbi non sint didicita testificata. 288
Dilatio datur à Senatu etiam testificatis didicitis. 289
Diuisio continens læsionem vt retractetur. 162
Dos dicitur etiam si nullum sit matrimonium. 162
Dos nõ exacta inopia debitoris est periculo mulieris. 134
Dotis causa vir,& vxor habent tacitam hypothecam. 162
Libellus ad dotem. 193
Dominum vt probetur. 172
Dubium cum dicatur. 292

E

EXtraordin. iudicium quod. 3
Examen ad perpetuum rei memoriam. 262.263. & 85.
Examẽ super capitulis omittitur de voluntate producen. 282
Exceptiones aduersus agentem publicianã. 167
Emptor vitiosi animalis. 170
Emancipato præterito datur contra tabulas. 197
Exceptionis aduersus rem paternam luentem. 203
Aduersus agentem hypothecaria. 132.238
Aduersus agentem confessoria. 180
Exceptiones reorum in genere. 234
Except. cognitio differtur ad finem litis. 236

Except. temporales. 236
Excussio Mediolani silet. 238
Etiam in iud. hypot. contra tertium. 128.129
Excussio vt fiat. 129
Exceptio illa cum dicitur, obstat tale quid. 241
In executiuis tempora probatoria, vt computentur. 253
Executiua remedia. 75
Executio nulla. 372.423.& 424
Execut. via electa non fit.
Transitus ad ordin. nisi refectis expensis. 124
Expensarum condemnatio. 411
In execut. admittitur actionum cumulatio. 125
Exequitur sententia contra tertium ementem rem litigiosam. 413
Et quid in actione reali. 416
Personali. 414
Electioni habitationis adduntur confines. 16

F

FEriati dies. 69
Feriæ quas causas suspendant. 69.70
Protestatio de non causando ob ferias. 349
Feudatario quis vt subijciatur. 22
Feudum asserentes quandoq; agunt adipiscendæ. 114
Fideicommissarius secundus nõ trahit Trebellianicã. 156
Ad fideicommissum actio,& libellus. 156.159
Fideiussio de iudicio sisti,& soluendo differunt. 16
Fideiussor idoneus quis. 16
Fideiussionis pro relaxando è carceribus,&c. formula. 82
Pro tollenda repositione. 84
Et pro forensi, qui velit litigare. 101
Filij an possint quædam facere citra ius hæredis. 35
Filiatio vt probetur. 152
Filiationis causa non est compromissibilis. 28
Filiumfamilias se esse mentiens tenetur stellionatus. 3
Filiusfamilias quando possit esse in iudicio agendo. 3
Et vt conueniatur. 14
Firmatio præcepti quid sit. 78

Fiscus vtitur iure cedentis. 26
Fiscales conueniuntur coram D. Capitaneo Iust. 18
Fiscalis causa quæ. 18
Firmatio præcepti quem effectum pariat. 78
Forum quis non sortitur Mediolani nisi hic personaliter citetur, licet conuenerit vt vbiq; conueniatur. 26
Declaratio Senatus de foro. 26
Forensis volens litigare satisdat, siue etiam conueniatur. 99. & 16.
Et vel hic, vel in ciuitate vicina. 100
Forensi quale ius fiat. 101
Fori cuius sit quisque dicere tenetur. 42
Forensium præceptorum hic exequendorum licentia. 7
Fugitiui vt coerceantur. 78. 81
Fratres in communi viuentes sunt socij. 148

G

GArzonos aliorum receptãtes qua actione pulsentur. 91 & 93.
Genealogiam negantis pœna. 54. 55
Guarentigia quid sit.
Grauatus non potest cogi, vt adeat, siue restituat nisi facta mentione quod detrahat detrahenda. 157

H

HAeres dum deliberat non potest esse curator hæreditatis. 35
Hærede cum substituto contendentibus fit inuentarium fol. 37.
Hæres grauatus, vt cogatur adire. 157
Hypothecaria, vt quis conueniatur per requisitionẽ. 121
Hypothecaria à pignore differt. 128
Hypot. contra tertium. 129

I

IMpubes nec cum patre obligatur. 3
Instantia perempta in appellatione, licet fatalia durẽt, actum est. 407
Interrogationum formulæ. 34
Interrogatio an velit vti relatione seruitoris. 38
An possideat. 38
An scripserit. 298

An sit hęres.
An debeat. 46
An sit bo. fidei. 46
An velit vti testibus. 289
Interrogandi præceptum. 47.48.60.269
Responsio ad interrogata. 48
Interrogationis pronuntia. 53
Interrogationum origo. 32
Vide Aristot. 1. Top. c. 8.
Interrogatores vt dentur pro adiunctis Notarijs de Prætorio in examinibus. 263
Interrog. in calce libelli. 166
Instrumenta ad quem vsque terminum producantur. fol. 53.54.
Et quid de nunc repertis. 304
Incompetentiæ exceptio. 28
Iuramentum potest deferri etiam ante libellum. 57
Interdictum Saluianum. 76 & 95.
Instrumentum duabus coniecturis suspectum non meretur executionem. 121
Introitus formula. 122
Interesse. 84
Inhibitio pendente appellatione. 374
Termini ad iurandum formula. 57
Iuramentum multiplex. 58
Iuramentum decisiuum an retractetur. 58.289
Iuramentum suppletorium. 58.286.
Responsio ad iuramentum. 58
Iuramentum pro relato. 58
Iuramentum super dependentibus. 59
Iuramentum tutoris in causis cridatum, pupillus tenetur ratificare. 220
Iuramentum de interesse. 226
Iuramentum in prorogationibus.
Iurium noua productio. 259
Ius commune in dubio seruatur. 16
Iuramentum iudicis ordinarij antequam sententiam ferat. 292.294.
Iudex an conciuibus ius dicat. 372

Iudex non se ingerit in iurisdictione alterius Iudicis nisi subrogetur. 25
Iudicis ad signum Galli autoritas. 25
Iudicia quædam vniuersalia, quædam &c. 140
Alia eorum diuisio. 1
Iustitiæ imago variè expressa. 140. & 148
Iudicium quid sit. 3
Iudicis repellendi causæ. 18
Iurisdictio Iudicum Mediolani. 257
Iurisdictione spoliatus. 257
Iter longum. 263
Informationes. 274
Instantia quando non currat. 342
Instantiæ transmissio. 346
Restauratio. 349

L

LOcus rei sitæ quoad forum. 167
Loci, & temporis expressio in probationibus. 265
Locatoris remedia. 75
Quis ei præferatur. 84
Locationi qui teneantur stare. 88
Legitimæ computatio. 197
Litis pendentia coram Senatu non impedit processum. 49
Litigiosa res efficitur litis contestatione. 74
Litteræ ad absentes vt probent. 299
Liber vt probet. 299
Libellus in causa nullitatis. 193
Libelli definitio. 71
Libellus quid differat à requisitione. 72
Libellus in actione tutelæ. 142
Negotiorum gestorum. 143
Incertus. 148
In rei vindicat. 165
Ad dotem. 193
In redhibitoria. 172
In quanto minoris. 172
In confessoria. 179
In negatoria. 180
In rescissoria. 187

In restit. in integrum. 187
In querela inoff. 198
In casu statuti quod ascendens non melioret descendentem &c? 198
In casu rei paternæ luendæ. 201
In actione de prædijs. 204
In spolio. 208.211
Pro turbata possess. 211
In casu stoechi. 233
Libellus præuentorius. 254
Libelli substantialia. 72
In libello causa debet exprimi. 72. 166
Libellus in causa caducitatis. 115. 116
Libellus contra conductorem. 118
Lusor alieno homine agere prohibetur. 3

M

Maior Magistratus. 22
Mandatum ad cridas. 216
Massarij non habitantes domos ciuium. 22
Massarij except. aduersus dominum. 78
Manseres, qui. 29
Præceptum massario, ne exportet quædam. 85
Marosserij salarium. 13
Maritata, vt conueniatur. 14
Maritus vt agat pro vxore. 9
Maritata vt agat nempe cum fideiussione, & eius forma. 5
Mater pro filio appellat. 7
Mercimonium quid sit. 24
Mercedum causa. 25
Et petendæ tempus. 136
Melioramentorum exceptio. 84
Meliaca non potest per colonum exportari. 85
Miserabilis quis. 26
Miserabiles trahunt reos extra forum. 26
Minoribus tutore carentibus citantur agnati. 3
Vbi verò sint ann. 18. litigant per se, sed postea restituuntur.
Militarium delictorum cognitio. 22

Mor-

Morbus, & vitium in redhibitoria differunt. 169
Mulier habet bona parafernalia. 194
Mutus pro alio non agit. 3

N

NEgatiuam volens probare, vt capitulet. 275
Negans se filium familias cum sit 3
Negantis conductionem pœna. 238
Negatoria actio, & libellus in ea. 180
Negans propriam scripturam an possit pœnitere. 37
Notarium volens falsi arguere satisdet. 24
Eo tamen omisso potest vtentem accusare coram d. Capitaneo.
Nominatio testium absentium. 257
Nominatio testium de Pileastro. 273
Nuntiatio no. op. 180
Nullitas contractus. 190
Libellus in nullitate. 190

O

OFferendi ius. 132
Officio iudicis petitur res in rei vendicatione non actione. 165
Officialis iurat initio. 17
Officia sunt biennalia. 17
Officialis ante perfectum Syndicatum non potest esse Iudex. 17
Oppositiones ad capitula. 278
Ordo actorum.
Ordine quomodo dicatur procedi. 1
Ordinaria iudicia quæ. 1

P

PAupertas excusat à satisdando cum literis Senatus. 4
Pignoris taciti casus. 128
Pignoratio. 424
Positionum materia. 264

Positionibus actoris reus prius debet respondere. 264
Positionum origo. 264
Positionibus omnino respondere. 267
Positionibus procuratori intimatis datur terminus ad certioran. dominum. 267
Positionibus vt respondeatur. 272
Possidens vti creditor non facit fructus suos. 223
Possess. titulum an quis dicere cogatur. 34
Productio iurium noua. 259
Probationum species. 265
Præceptum interrog. 60. & 269
Standi in possessione non fit. 3
Procuratorum duæ species. 7
Et an procurator substituat. 7
Appellet. 8
Iuret. 8
Procuræ ad lites copia danda expensis partis. 8
Procuratoris salarium. 13
Productiones iur. in causis cridarum vt fiant. 256
Probatoria tempora. 248
Præscriptio quando cesset. 184
Quando excludat ius dominij. 169
Possessio tædialis. 346
Paterna res vt luatur. 198. 201
Patri, & matri præteritæ datur contra tabulas. 197
Pensionantes expaciantes carcerantur. 77
Prætores Feudatariorum cogunt etiam comprehensos in maiore Magistratu ad aureos tres. 22
Iurisdictio Prætoris Mediolani. 23
Præparatoria iudiciorum. 33
De Præceptis exequendis. 428
De præceptis. 90. 93
Fortioris execut. 420
Et capiendi.
Expellendi. 90
Cum famulo. 104
Et alijs. 418
Dierum octo vt soluat. 104
Standi in possess. 368

Quin-

Quindecim dierum. 105
Continuandi. 155
Generalibus. 332
Præcepti firmatio, quid sit. 78
Contradictiones ad præcepta. 61
Publicatio processus. 285. 288
Publicatis attestationibus an detur alia dilatio. 289
In Publiciana quid probat. 167
Proximitas vt probetur. 155
Prodigus alieno nomine non agit. 3
Personali actioni cridæ non præiudicant. 161
Peremptorium quando transmitti possit procuratori. 304
Quotupliciter. 307
Pactum in form. Cam. conualidatum dat execut. personalem. 331
Prorogatio instantiæ. 345
Quando defertur cancellario. 345

Q

QVota quid significat. 316
Actio ob quotam,& libellus. 321
Quæstores ex causa affinitatis, vel magnæ amicitiæ repelluntur à cognitione causarum. 16
Querela inofficiosi. 196
Quæstiones aliquæ possunt committi extra collegium.
Quanti minoris actio. 170

R

REquisitio quid sit. 60
Quid differat à libello. 71
Iudicia inchoantur, vel ab libello, execut. vel requisitione. 60
Requisitio in actione mutui. 133
Commodati. 135
Depositi. 135
In qualibet actione personali concurrente cum hypotheca. 138

Contra tertium in hypot. 131
Quod cridę fiant. 215
Repositionis materia. 78
An & quando tollatur per fideiussionem. 78
Redhibitoria. 169
Et quid differat à rescissoria. 173
Libellus in rescissoria. 187
Relationes. 40.41
Quando fiant ad instantiam citati. 66
Contra exulem. 185
Relatio depositi. 69
Regia manu iudicare. 125
Recognitio scripturæ. 296
Reconuentio quando fiat. 137
Recusatio iudicis. 12.44
Recuperandę possessionis remedium. 210.151
Relaxi forma. 78
Restitutio in integrum. 183
Et quibus competit. 191
Restituere rem recusans si extat damnatur vt iuratum fuerit. fol. 126
Rescriptorum pręsentatio. 273
Retinendę possessione remedium. 210
Reprobatoria tempora. 248
Reus quis. 13
Et quid si sint plures diuersi fori, est electio actoris. 26
Requisionis materia. 32
Et reductionis ad arbitrium viri boni in causa compromissi. 382
Cum processu, libello probationibus.

S

SAcramenti delationis forma. 55
Sacramentum succedit loco litis contestationis. 55
Sacramentum, vt possit requiri per ignem D. Antonij. fol. 55.56
Salutanum interdictum. 75
Statuti si quis prima facie &c. si per apparentem. 97.98

Declaratio,& practica. 97.98
Sequestrum. 125
Quando nullum ipso iure. 372
Sequester non tenetur rem relaxare suis sumptibus. 125
Sequestratum tempore periturum venditur, & pretium eius loco est. 125
Et dum disputatur quis hæres sit. 159
Sequestrum differt à repositione. 125
Sæpes colonus tenetur derelinquere. 85
Spolium quid. 207
Remedia in casu spolij. 207
Quando dicitur probatum. 208
Seruitus vt constituatur. 177
Summarię causę. 250.251
Suspectis debitoribus, vt succurratur. 81
Suspicio fugæ vt probetur. 81
Seruitori an potius viro fide digno credatur. 69
De seruitoribus, & nuntijs. 68
Subsidiales litterę ad Feudatarios non dantur. 62
Surdus pro alio non aget. 3
Non suppositus quis. 415
Differt à non subdito. 11
Syndici officium. 11
Senatus Mediolani autoritas. 20.21
Sententia incerta.
Eius intimatio.
Et coram quo. 337
Formulę. 309
Tempus ferendę. 310
Eius executio. 413
Nullitas. 412
Semestris computatio in causis cridarum. 217
Scripturarum quot species. 296
Scriptura etiam sine causa probat Mediolani. 39
Spurij non petont compromissum, nisi inter cognatos matris. 29
Suspicionis exceptio. 27
Subhastationis remedium. 436.437
Sententia an feratur in Syndicum & tutorem. 411

De-

Defensorem. 415
Ab obseruatione iudicij est interlocutoria. 413
Sententię executio in reali. 416
In personali. 414

T

TErtius quando pręferatur locatori. 84
Tertius an conueniatur ex clausula constituti. 132
Tertio vt competat ius offerendi. 132
Tempora probatoria quando non currant. 259
Tenere, & possidere. 165
Testes post peremptorium non examinantur. 260. & 112
Testium depositio. 280
Testi forensi debentur expensæ. 284
Testi opponeu. 299
Taxa salarij consultoris. 386
Et in interlocutoria. 390
Testis contumax mulctatur. 283
Testes sinaulares. 285
Testis septem possunt recipi super quoque capitulo. 285
Tutor solus vt citetur vel cum pupillo. 3
Tutores plures vnum actorem dare coguntur. 7
Tutor ante tutelę regiſtrat. potest facere omnes actus tutorios, licet non citra pœnam. 11
Et iurat in supplementum. 302
Titulus in seruitutibus vendicandis allegatur, licet non probetur. 177
Tutoris exceptiones. 142
Et redditio rationum ex statuto. 143
Libellus contra eum. 142

V

VEnditor tenetur de vitio licet nescíat. 170
De vendente scientem trabem vitiosum. 173
Venter pręgnans vt citetur, 14
Vendicanti rem quot sint necessaria. 163
Vidua vt conueniatur. 16
Vicarij prouisionum autoritas. 22
Vicarij generales conueniuntur coram D. Capitaneo Iustitiæ.

FINIS.

Des divers.
Abrégé
Chapitre
Introduction.

T

ACTVARIVM PRACTICÆ CIVILIS

IO. BAPTISTÆ CABALLINI.

Auxilium meum à Domino, qui fecit Cœlum, & Terram.

CAP. PRIMVM.

Expleto (fauente diuino ſpiritu) tractatu de contractibus, & vltimis volũtatibus, quod Formularium Inſtrumentorum dicitur, ſupereſt vt aggrediar tertiam partem officij Notariæ, quæ continet formulas Actionũ, quibus lites ex contractibus, vel quaſi ortas ad exitum perducuntur, & verſatur circa quaſi contractus, ideſt Iudicia; in Iudicijs enim quaſi contrahitur.

Ex trac. no tul. D Rol. c. diciturn. notarius §. sũt autem tres, et in præmio de Iudicijs.

De generalibus conſiderãdis in Practica ciuili circa perſonas, ex quibus iudicia conſtant; & de Iudicijs in genere.

SCIENDVM eſt igitur iudicium tripliciter criminale, quòd pœnam; mixtum, quod rem, & pœnam, at ciuile illud dici, cuius finis tẽdit ad commodum priuatum, ſiue actio deſcendat ex delicto, ſiue ex contractu: Item in iudicio ciuili procedi vno ex tribus modis videlicet vel ordinariè, vel ſummariè, vel

Marã. p. 4. prin. diſt. 1. Io. And. in ſuo ord. iur. c nũc reſtat. Alciat. in ſua

praxi f. mihi 2. b. Mar. dist. 9. x. p. 4. Rol. de ind.

extraordinariè, quod executiuè appello. Et nunc iure ciuili dicitur ordinariè procedi, quando seruatur ordo Iuris, nempè quando Actor offert libellum Reo, interuenit litis contestatio, Iuratur de calumnia, interuenit processus publicatio, & conclusio in causa, & quibus in casibus iste ordo sit seruandus, suo loco dicemus. Summariè verò; quandò prędictus ordo iuris planè non seruetur, quia sufficit qualis petitio, instar memorialis in actis pro parte actoris, absq; aliqua litis cõtestatione, & publicatio processus nõ est necessaria; quia lapsis terminis probatorijs, & reprobatorijs testes habentur pro publicatis: Insuper termini & dilationes possunt abbreuiari per Iudicẽ: & quibus in causis procedendum est summariè suo loco dicetur. Extraordinariè, siuè executiuè quando proceditur, tunc alteratur modus à prędictis procedendi: aliquando enim incipitur ab executione leuiori, & aliquando à dilatione, & facta contradictione per Reum alius, atq; alius ordo seruandus est: & in processu operis suo loco animaduertetur quibus in casibus istud procedat. Iudiciumque sic diffinitur, quod est actus legitimis trium personarum scilicet actoris, Rei, & Iudicis super eadem quæstione iuris vel facti, vel causa coram eodem Iudice contracta, ex controuersia intentionis actoris, & responsionis rei.

De persona Actoris, & qui agere prohibentur.

Alcia. Pa. in glo. sũmariæ Lã. Or. in cap. sæpe de sin gul. sp. de of. om. ind. Asi. §. 3. Io Andr. cap. after. Rolan. de

ACtor ergo est, qui agit, vel pulsat alium, rẽ aliquam ab ipso patens in Iudicio. Sed si vterque pulset sorte res discerni solet, vel aliter, l. sed cum. ff. de Iud. vel inspicitur quis primo prouocauerit, vt in causis cridarum: & an incidenter, aliquid vt nullitas sententiæ, restitutio in integrum, an principaliter petatur. Borgninus decis. 17. par. prima. Et qualibet persona specialiter non prohibita communi iure, ad agendum admittitur, qui autem prohibeantur agere nomine proprio, vel alieno, inter alios sunt Surdus nõ tamen Surdaster, mutus, furiosus, mentecaptus debilis, mulier luxuriosè viuens, prodigus, cui interdictum

dictum est bonis, lusor alicuius ludi probati publicatus, & minor. Hi enim agunt, & conueniuntur mediantibus personis eorum tutoris, vel curatoris. quando tamen quis est minor septennio, aut alius ex prædictis, citantur tantùm curatores, & tutores, & quando excedunt septenniũ, tunc sunt ipsi minores citandi vna cum eorum curatoribus. Si autem tutores; vel curatores non adessent, poterunt citari duo ex agnatis proximioribus ex dispositione Nouarum const. quando autem sunt maiores annis 14. non habentes curatorem videntur non impediri, sed sententia pro eis fine curatore data sicut, & in pupillo valet, si contra eum non. Mediolani ex stat. 416. vol. 1. secus iure cõmuni si sit maior: quod statutum extra nostrum territorium non habet locum. Strac. de Mercat. p. 3. nu. 40. & de coct. p. 221. nu. 18. si quis tamen mentiretur non esse sub potestate patris teneretur crimine stellionatus. Filiusfamilias sine patris consensu stare non potest in iudicio, nisi quibusdam casibus puta quãdo agitur de peculio castrensi, vel quasi, vel alieno nomine, vti tutorio, vel procuratorio (præsuppositio semper, quòd sit maior annis 18. ex forma iuris municipalis.) Nam impubes; nec cum patris consensu obligatur. §. pupillus. Instit de inutil. stip. & nisi quando agere potest contra patrẽ, quòd in quatuor casibus potest facere videlicet in castrensi peculio, secundo in causa alimentorum tertio si petat emancipari in illis casibus, in quibus pater cogitur eum emancipare, vt ex causa feuitiæ inst. tit. 8. §. sed & maior, quarto si cum reuerentia patris factum arguat. Cum reuerentia, adeundo Senatum, & implorando fidem, & æquitatem, ac officiũ, vt cogat patrem dilapidantẽ bona ad assignan. legitimã, vel tot bona, quæ ad alimenta sufficiant. Hipp. sing. 613. Ex causa dotis filij enim ideo liberi dicti sunt, vt parentes meminerint se illis non perpetuo imperaturos. Itaque cum pater filiam maiorem. i. an. 25. volentem nubere negligit potest ipsa liberè nubere, & pater nihilominus cogetur ad Dotem Au th. sed si post. C. in off. testam. Monachus, & quilibet regularis non potest agere sine consensu superiorum suorũ. idem puto de muliere, propter statutum Mediolani nulla mulier potest esse in iudicio per se, sed secus iure ciuili in

Sotus. fo. 24. a
Alcia. eod.
Rofred. de lib. rub. 8.
Rol eod. rubr. 4.
Alciat fo. 24. b.
Rolan fol. eod, stat. c. 424. vol. 1 fol. 145.
Sta. c. 428.
vt supr.
Alciatus.
Rofredus.
Rolan.
Bart. Bru. fo. mihi 10 num. 1.
Rol. f. 340
Rof. rub. 9 ff. de in ius vol quĩq. §. furio. et ff. de adm. tut. l. 1. §. vl. et de in l. quin in 1 ff. de adm. tut. l. 1. §. vl. ff ficer. pet l. certi cõd. §. itẽ queric lib. 1 de tute-

Alciat. ac fer. sp. Ro. deiud. c itē minor. C. qui legiti mā pers. nō habēt stan. in ind l. 1. et C. deleg. et cond. l. quod in fa uorē et C. de pro l. nō eo minus. Alciat. fo. 26. a. Ro. s. rub 9. Spec. de a ctore. Ro. de iud. c sed si fi lius fa. sed Carpanus I. C ad sta tut c 416. quod licet fil. fam. in aliquib pos sit contra here, et se obligare si pōt stare in iudicio sine eius asce ntis lib. Alcia. ut s. Rol. vrs e.

causa propria, Papiensi for. lib. Dotis, ver. Procuratorio. initio. præsertim maritata, quòd non possit agere sine con sensu requisito in contractibus respectiuè penius municipale, præsertim quia extat statutum, quòd mulier (requisita infra formulam huius fideiussionis) maritata teneatur satisdare, priusquam agere incipiat de expensis, quę fient in causa restituēdis, si succubuerit in causa, modo dicta mulier steterit in communi habitatione cum marito, & sit habilis ad satisdandum, quę vtrum habilis sit, nec ne habitur arbitrio iudicis, solet autem Senatus ex causa pauperta tis admittere ad agendum sine satisdatione Mantua sing. 334. Ratio autem cur, mulier agendo agere debeat cum consensu vtsupra, est, quòd in iudicijs quasi contrahitur; & si tu obtineres contra mulierem agentem sine consensu posset opponere de nullitate iudicij, pro se autem valeret, quia mulier ad suum fauorem, & vtilitatē potest agere sine consensu, sed quando mulier agit nomine alieno puta tutorio, aut curatorio, vel procuratorio, tunc non requiritur aliquis consensus ex forma Nou. Constit. nec non quando conueniretur pro eo, quod realiter ad eius manus peruenisset ex dispositione statuti. Illustris persona agit tanquam per procuratorem. At hæreticus, apostata, excommunicatus publicè, Bannitus ad mortem, Banniti tamen qui se personaliter constituunt, & petunt admitti ad nouas deffensiones audiuntur si Senatui supplicent, vt ex decreto eiusdem. 26. Octobris 1548. Item damnatus de publico crimine, Reus perduellionis, siue lęsę Maiestatis non aliquibus possunt. Non subditus de iure iurisdictioni D. Potestatis, & communis Mediolani, volēdo litigare contra suppositum nisi prius, satisdederit, quo casu neque pignus loco satisdationis admitteretur, l. Prętoriæ. ff. de præt. stipul. (puto si petatur; nam quælibet dispositio, nisi procedat annuleris nō tñ lando, vt stat. cap. 1. à tergo, vol. 1. vers. & citationes, ar. ff. de ad hoc D. Borgninum Caualcanum in tract. de tutore, & cur. num. 40.) satisdederit iuxta subiectam materiam actionis tentādę, quod dico, nam quia si voluerit vti bene

ficio No. Const. in c. si per apparentem, & similiter statuti, c.201. si per apparentem fo. 64. vol. 2. & (idem puto in dispositione statuti cap.42. si quis prima facie. fo. 19. vol. 1. necesse erit ante omnia citare partem contrariam, & renunciare priuilegio fori, & se subijcere iurisdictioni ipsius iusdicentis, & idoneum prestare fideiussorem eidem iudici subiectum, qui se cõstituat principalem debitorem de restituenda quantitate habita ad duplum debitori, eius quod indebitè exactum constiterit, vel ad simplum ad formam statutorum. Si autem petat concedi aliquod præceptum executiuum robandi, aut contestandi, vel aliqualiter molestãdi contra subditum potestati Mediolani debet ante omnia satisdare cum idoneo fideiussore suppositio iurisdictioni prædictæ, qui sit idoneus, & facultatibus, & facilitate conueniendi, de consignandis pignoribus coram iudice, vel vbi iusserit, & de re saluanda, & prout pronuntiatum fuerit per ipsum iudicem restituenda, & de restituendis expensis faciendis occasione executionis illius, præcepti, & occasione cuiuslibet quæstionis, vel causæ ab inde emergentis, subdito, si ipse forensis succubuerit, & se pro prędictis subijciet iurisdictioni ipsius iudicis, & renunciabit priuilegio fori.

Itẽ Mon. Rof. sub 9. nu. 7. Stat. c. 64. f. 27 ff. de pec. l. licet §. sed si filius. Lib. 2. de Iud. tit. de not. pub. c. nulli noca rij, §. hæc tamen constitutio. §ta c. 320. f. 107. vo. Rof rub. 9. num. 6. Alciatus. Rof ru 8. 9 Rol. rub. 4. de Iud. Stat. c. 44. fol. 17. Itẽ e 172. f 59. uo. 1. Itẽ c. 38. fol. 24. verſ. 1.

Agendo autem alia via, tenebitur idontè satisdare de expensis restituendis si succubuerit in causa, & de omni pœna soluẽda in quam incurreret occasione contumacię, seu inobedientiæ, & de non declinando forum ratione prędictarum expensarum, & pœnarum. Idem petendo executionem fieri contra suppositum. Quod peti solet litteris subsidialibus, quibus attentis in fine prędicti executiui iudex se subscribit his verbis v. gratia. Exequatur, Glussianus Consul. & nisi etiam prius elegerit habitaculum in loco iudicis, de quo facienda erit mentio in præcepto concedendo, vel citatione primitus vel actu primo faciendo. Et qui vult plura alia scire recurrat ad speculatorem. Rofred. Roland. & Dom. Nepotem de monte Alb. in tracta. excep. & cautel. verſ. sequitur per totũ, & vnum pro omnibus, quia Alciat. omnes omnium libros in hoc genere facile superauit, practicam D. Alciati.

Formula fideiussionis pro maritata.

1600. *die Martis, sexto mensis Iunij in tertijs.*

Coram DD. Cons. Iust. Mediolani.

Memoria promissionis, & satisdationis etiam ex causa constituti, & aliàs omni meliori modo fact. & præstitæ per Iulium Cæs. Glussianum f. q. Ioannis Petri P. T. P. S. Alexandri Zebedæi Mediolani pro Margarita eius vxore in effectu de soluendis expen. &c. Titio f. q. per ipsum Titium faciendis à modo in antea in causa mota per ipsam Margaritam eius vxorem contra dictum Titium nunc verten. coram vt supra si succubuerit in causa promittens, &c. & insol. renuntian &c. pignori, &c & in omnibus ad for. stat. Med. &c.

Et fit præuia citatione ad viden. præstari quamlibet fideiussionem, quæ præstari voluerit.

Formulam autem facultatis, & licentiæ exequendi præcepta, vide infra.

Facultas, & licentia exequendi præcepta aliorum iudicium forensium.

DD. Consules Iust. Mediol. visis litteris subsidialibus D. Prætoris Nouocomi de quibus in actis, vna cum præcepto executio exempli sequentis, & ponatur tenor.

Sic instan. N. qui fideiussit, &c. & elegit habitaculum, vt in actis dederunt, &c. facultatem, & licentiam seruit, &c. communis Mediolani, vt vadat ad omnes partes necessarias in Ciuitate, & Ducatu Mediolani vna cũ famulis duobus, & familia opportuna ad exequen. dictum præceptum, seruatis seruandis & prædicta omni meliori modo, &c.

Subscribitur à Iudice, & postea ab actuario.

Præsente præfato. N. acceptan. &c.

De

De personis, quæ in Iudicio alieno nomine stare possunt.

SEd & alienas personas alieno nomine in Iudicio stare posse permissum est veluti tutorem, curatorem, defensorem, syndicum Actorem, & procuratorem, imò plures tutores, curatores rei, vnum dare procuratorem coguntur. l. iam tamen. §. si tamen. ff. iud sol. quod obtinuit nuper agendo Blanca Pintia ab Excellentiss. Senatu aduersus Collegium quattuor Mariarum Mediolani, & consortes, nam concessit suo diplomate, & litteris patentibus, vt iudicium valeat citatis tantũ tribus ex principalibus. qui quo ad lites, siue causas idem representant de iure municipali, cap. 124. fo. 24. Item Fiscalem pro causis Fiscalibus, atq; coniunctam personam, lib. 1. no. const. tit. eod. fi.

Et procuratorem quidem ille dicitur, qui aliena negotia mandato Domini (Alciatus addit, gratuito) administrat agendo, vel defendendo * Mulier. Quippe mulierem æquum fuit prohibere ne in iudicio alicui præsto esset, vi actrix enim suis illecebris facilè semper discederet nota sũt, & decantata Paridis iudicia: vt pro Venere iudicarit: quæ deinde secuta sunt. Mater tamẽ pro filio appellare potest, l. alienam. C. de procur. vbi glos. ex lexiendi, C. eod. ait minorem quoq; admitti ad defendendũ patrem absentem tamen non poterit constitui procuratrix ad litem (ad negotia sic) nisi in rem propriam suam, vel pro parentibus morbo, vel ætate impeditis, nec alios procuratores inuenientibus, item cum agitur pro libertate filij, vel patris, vel viri, vel fratris, aut alterius de consanguineis. Item in causa filij condemnati per sententiam, quia poterit appellare, & prosequi. Sunt, & aliæ personæ, quæ non possunt constitui procur. vt not. Rofred. de Libell. concep. rubr. decima, & Alciatus fo. 31. b. Hinc scire debes, quòd procuratorum duæ sunt species; alius enim datur ad Iudicia, & iste non potest alium substituere, nisi post litis cõtestationem. Nisi in mandato ad causas data sit ei facultas substituendi ante, & post litem in causa principali tantùm, &

Specul. Rofr. rub. 10. Rol de Iud. rub 4. cap. sed alieno nomine. fo. mihi 342. Alciat. no. const. lib. 1. de Fisca. Io. Andr. c. procurator Alciatus f. 30. b. Vide Alciatũ f. 31. b. Io. Andr. Specul. & Rofredum.

de iure debet esse maior 25. annis,& potest constitui præsens, vel absens in die, & vsq; ad diem, & sub conditione ad generales causas, vel speciales, alius verò procurator est,qui constituitur ad negotia, & iste potest semper substituere, & liberè. Procurator quandoq; constituitur vel in rem suam, & aliquando in rem,seu causam alienam, & contra eum potest opponi ratione, sui, & causæ, ratione constituentis,& ratione formæ constitutionis,quæ oppositiones, & quot, & quando militent summatim referuntur ab Alciato diffusius verò à Speculatore,& D.Nep.de Monte Albano quos videbis.

Nota quòd ex forma constit. lib. 2. requiritur speciale mandatum pro ponendo bona ad cridas cum iuramento, & pro contradicendo dictis cridis etiam ex causa delicti lib. 1.de off. quæstor. extraord. nec non in ponendo,& respondendo positionibus: Item in iramento præstando per allegantem,seu opponentem quem non esse notarium seu officialem. Sunt & multi alij casus,in quibus requiritur speciale mandatum maximè in petenda restitutione in integrum in iuramento calumniæ actiuè, vel passiuè:tamẽ Mediolani non consueuit præstari tale iuramentum ex dispositione statuti,cap.57. vol. 1. fol. 25. Item in appellando de iure communi,sed ex forma statutorum, c. 152. fol. 52. vers. 1. procurator generalis potest appellare, & iurare sicut etiam dictus procurator generalis poterit iurare in petendis prorogationibus ex for. Nou. Const. lib. 2.de iud. & suspensionibus, & dilationibus à Senatu,nec non in nominatione testium habitantium extra territorium, quia poterit iurare. Item in petitione exhibitionis scripturarum semel productarum ex forma statutorum ca. 35. fol. 13. vers. 1. no. const. lib.2. de Iud. cap. si quis in causa, & c.66. fol.24 b. ver. 1.no.const.eo.c.& quia quandoq;.

Papien eo. tract.

Stat.c.82. f.29:vo.1.

Spec. etc.

Alciat.fo. 35.

Aduerte quòd quando procura est specialis ad illã causam,& producatur in iudicio, non debet parti producenti reddi,secus si fuerit generalis ad hanc, & ad alias lites; tũc enim redditur retẽta copia,& Mediolani(quod est etiam de iure) solet copia dari parti expensis ipsius producentis,pręuia tamen citatione ad legitiman.personam,& specifican. mandatum.

For-

Formula citationis ad dandum mandatum.

Mandato D. Prætoris &c instan. &c. N. saluis per seruit. &c. citetur Causidicus N. Glussianus comparit die crastina in teriijs, quæ erit dies Martis sexta Iunij coram præfato D. Prætore ad eius trib. &c iur. positum, &c. ad legitimandam personam suam, et ad dandum legitimum, et solemne mandatum pro N. Vitali pro quo tanquàm procurator comparuit, secus ad videndum accusari contumaciam, et fieri iur. cassationem, et hoc in causa, etc.

Vlterius in mandato procuratoris Rei debet contineri nomen constituentis, & constituti, & contra quẽ, & in qua causa, & coram quo Iudice, maximè si erit delegatus, & quòd Dominus ratum habebit, quod cum dicto procuratore actum erit, olim Notarij conficiebant instrumenta procurarum sine nomine procuratorum, id Senatus prohibes die 26. Martij 1545.

§. 2. *De coniunctis personis.*

CONiunctæ autem personæ (ideſt) consanguinei, affines, liberi, & maritus, Borgnious Cauale. monet Caſidicos ne patiantur maritos comparere vti procuratores vxorum, postea vti personas coniunctas: nam, inquit, iudicium nõ valeret. Decis. 24. par. 1. in causa vxoris, sine mandato agere poterunt præstita tamen cautione de rato, in causis tamen, in quibus speciale mandatum, non requiritur, immo in his quoq; licet adesset speciale mandatum tamen quis posset allegare iustis de causis velle principalem respondere, l. fi C. de procur. Item consors litis post litem contestatam, præstita tamen satisdatione, l. 2. Cod. de consortib. eiusd. lit. minor tamen non poterit. Sed tamẽ prędicti non poterunt venire contra mandatnm contrarium, vel contra voluntatem eius, cuius causa agitur: tamen per statutum cap. 463. vol. 1. & no. const. lib. 2. de bonis ad cridas ponendis cap cridę prædictæ, §. vt omnibus modis, cautum est, quòd agnati, & affines vxorum, & nurnum,

Specul. Mar p. 6. de satis. n. 15. Rol eo. tit. Io. de Deo, l. 3. cautelarum Alciatus Brunatius Specul ca. de proc. 2. sciẽdũ est.

uum,& descendentium in potestate constitutorum possint contradicere cridis factis de bonis obligatis pro dotibus, vel pro bonis parafernalibus vxorum, vel nuruum, vel descendentium in potestate constitutorum datorum ipsorũ, penẽtium mediatè, vel immediatè, etiam ipsis mulieribus, & descendentibus inuitis,& iurare, & alia facere, quæ requiruntur vsque ad sententiam.

Item etiam, quòd quilibet non tutor, nec curator minoris, furiosi, vel mente capti, nomine eorum cridis contradicere poterit,& iurare vtsupra, ac si (quo ad hoc) tutores,& curatores eorum legitimi essent. In processu eis tamen tutor,& curator ad finiendum litem constituendus erit, vel eorum in locum citandi erunt agnati, vel cognati. Si tamen contradicendum esset cridis occasione alicuius delicti, prędicti non admitterentur, quia requiritur specia le mãdatum ex dispositione No. Const. in tit. de quęstor. extraord. lib. 1. ca. quicunq; in terminis hoc amplius. Et si prędicti, vel absentes, procuratores constituere non possent propter defectum ætatis tunc recurritur ad Senatum petendo quòd vnus possit contradicere, & iurare,& Senatus hoc cõcedit adiecta clausula modo se subijciat ijsdem pœnis in quas incurreret principalis, si falsum iurasset, modo è latere ipsius, vel minoris, vel absentis legitima seq'uatur ratificatio termino tot mensium, postquam maiores effecti fuerint, vel redierint,& hæc via tutior est: vel recurritur ad Iudicem togatum ordinarium loci,& ab eo decernitur, curator ad contradicendum dictis cridis nomine minoris, vel absentis, sed frequentius vtimur licentia Senatus: tutor, tamen,& curator datus generaliter poterit contradicere, & iurare vtsupra, nam isti sunt legitimæ personæ. verum est, quòd si ij minores essent præsentes,& maiores,& sanæ mentis,& aliàs non prohibiti debent contradicere cum dictis eorum curatoribus. Prædictæ personæ cõiunctæ facere non poterunt remissionem, nec recipere solutiones sine mandato. Et quando coniuncta persona interuenit ex parte Rei non auditur sine satisdatione de defendendo, & iudicatum soluendo secundum Brunatium. Quo casu fit condemnatio in coniunctas personas ex causaque iudicati conueniuntur, ob clausulam quam ijdem

expo-

expoſuerunt: quod ſecus fieret quando Dominus pro procuratore fideiuſſiſſet, quia ſententia ferretur in Dominũ, l. ſi procurator. C. de procur. Et Mediolani extat ſtatut. c. 124. fol. 45. vol. 1. diſponens quòd per legitimam perſonam, quę aliàs eſſet ſufficiens, & habilis de iure communi reſpectu eius, pro quo comparet, poſſint omnia explicari, quamuis verba ſtatutorum ſint concepta in perſonã principalis.

Contra coniunctam perſonam, quę poſſint opponi ſpecu. multa congerit cum Io. de Deo, lib. 3. hoc titu. ſed vide Alciatum eas ſummantem.

Contra tutorem, & curatorem teſtamentarium vel datiuum, vel matrem vel auiam multa poſſunt opponi, quæ excitantur per Specul. & d. Mont. Alb. ſub ſuis titulis, ad quos recurratur: ſed ex nou. conſt. lib. 2. eo. tit. cauetur, q̃ tutores, & curatores generales priuſquàm ſe ingerant in adminiſtratione, debent regiſtrari facere inſtrumenta eorũ tutelæ, & curæ, ad officium Panigarolarum ſub pœna ſcut. 50. applicanda, &c. Licet videatur autor innuere, quod poſſit hoc opponi tutori, quaſi minus legitime compareat eò quia regiſtrationem omiſerit, ſciendum tamen eſt tutorem omnes actus tutorios facere poſſe licet non ſatiſfecerit; quamuis non citra pœnam, l. muto. ff. de tuto.

Actor autem cõſtituitur à tutore vel curatore cum decreto iudicis, Licet tutor ipſe non caueat de euentu litis, ideſt iudicato ſoluen. quia eius officium damno illi eſſe nõ debet, l. ſi C. admi. tut. pro actore tamen ſideiubet de iudic. ſoluendo, l. actor à tutore. ff. rem rat. hab. l. 1. C. de actore, vel ab vniuerſitate cum decreto ad cauſas prętentes tantum, & ante litem conteſtatam, l. Item eorum. ff. quod cuiuſque vniu.

Specul. Io. Andr. Blancus de comp. Alciatus, Specul. Io. Andr. Rofred Rolan Maranta, Alciatus.

Syndicus autem is eſt, qui cauſas vniuerſitatis, vel collegij defendit, & conſtituitur tam ad cauſas eccleſiaſticas, quàm ſeculares, & ciuiles, & tam ad vnam, quàm ad plures & ſine decreto, & Alciatus poſt Specul. & alios, ait quòd conſtitutio Syndici debet fieri in loco publico, non priuato, vel Sancto, Item quòd contineatur quis, ad quid, contra quos, & in qua cauſa, vel cauſis conſtituatur, & ponit etiam oppoſitiones.

Defen-

Defensor est is, qui sine mandato præstita tamẽ cautione de iudicato soluendo, vel re petita restituẽda alium in iudicio defendit, & idem disponunt statuta Mediolani cap. 44. fol. 17. & 71. fo. 26. vers. primum, quòd si conueniatur aliquis aliqua actione reali, vel mixta, & alius se offerat tamquam defensor, talis defensor non admittitur nisi satisdet, & satisdare teneatur in primordio litis de iudic. soluendo, & de re petita restituenda, aut duplum ęstimationis ipsius. Et si ipse deffensor non erit suppositus, tenebitur satisdare ad formam statuti cap. 44. per quod cauetur, quòd debeat satisdare de expensis restituendis si succubuerit, & de omni pœna soluẽda, in quàm incurreret occasione contumatiæ, seu inobedientiæ, & de non declinando forum ratione præmissarum expensarum, & inobedientiæ.

Specul. Io. Andr. Roland. et Alciat. qui summatim refert oppositiones cõtra defensorem.

Vltimo loco addi poterit dispositio iuris municipalis, ca. 60. vol. 1. quòd nulla persona debeat exercere officium procurandi in causis agitandis in Ciuitate, vel Ducatu Mediolani, nisi sit supposita iurisdictioni D. Prętoris, & maior annis viginti, saluo, quòd forensis pro forẽsibus etiam contra subditum procurare poterit. Si tamen forensis causidicus causis alicuius agendis operam dedisset licèt nõ ex stat. c. 472. vol. 1. honorarium petere posset ab Abbatib. posset tamen petere cond. l. 1. ff. de var. & extraord. cog. §. in honorarijs: quia licet admitti non debuerit, ad causandum admissus tamen adfuit causæ; multa verò fieri non debent, quę vbi facta sunt tenent. l. Nõ dubium. ff. de leg. ad de quod merces operario natura debetur, iura autem naturalia statuto tolli non possunt: Quamuis enim merces, & pręmium, natura dulcia, à labore differant, dissimiliaq; sint, ea tamen natura coniunxit, & copulauit, nec mercedem sine labore, (quia qui fugit molã, vt est in prouerbio fugit farinam) nec è contra esse voluit.

Item neque aduocatus de collegio poterit aduocare in aliqua causa commissa alicui alij doctori non collegiato contra formam statutorum coram illo Doctore sub pęna ex cap. 60. volumine primo, neque Aduocatus, & Procurator esse possunt in causis Sindicatuum officialium Mediolani, & eius Ducatus, cap. 38. volum. 2. neque Notarius de

colle-

collegio poterit præstare auxilium, nec dari, nec præstari facere auxilium consilium, vel fauorem cartis, vel in scripturis, vel in officio, aut occasione officii tabellionatus alicui notario dicti collegij infamato, vel exempto, vel suspenso ex cap. 358. vol. 1. cauetur tamen per aliud c. 453. vol. 1. quòd nullus procurator possit recusare patrocinũ contra personas magnas, modo satisfiat de eius patrocinio quòdq; procurator possit etiam petere eius mercedem arbitrio tamen iudicis. Idem de Aduocato ex cap. 432. Vsq; ad quam quantitatem erit taxanda, statutum non dicit, sed speculator in tit. de salariis, dicit pro facundia aduocati, & inspecta qualitate causæ, & personarum, sed non poterit excedere summam aureorum cẽtum. Hinc statuta inno uiss. cap. 420. disponunt, quòd matoleri, & mediatores alicuius mercati, vel matrimonii non possint accipere, nec habere aliqualiter pro mercato, vel mercede alicuius marosii, vltra soldos decem Imperialium ab ambabus partibus pro quolibet centenario librarum rei, vel iuris, vel dotis datę, vel promissę, vel bonorum datorum in dotem, vel promissorum, occasione contracti Matrimonii. Isti proxenetæ secundum communem nõ sunt testes omni exceptione maiores, vt ait Strac. de proxenetę attamen ex no. const. tit. de off. Abb. faciunt ita semiplenam probationem; vt si intimationes litteras cambij iuxta solitum per eos præsentatarum factę fuerint quo casu eas etiam subscribant addito protestu, & iuramẽto, probetur plene cambii veritas, & numeratio.

Vide l. de proxenetis in fi.

§. 3. *De Persona Rei.*

REus in ciuilibus causis ille dicitur, contra quem agitur in iudicio, dictus non à reatu, sed à re, quæ petitur ab eo in iudicio, super qua agitur. Non tamen potest, quilibet conueniri in iudicio. Quando quidem inter alios, is, qui cum equo in causa publica transuehitur. Item is, vel ea, qui vel quę nubit. Item Iudex dum cognoscit de causa item is, cuius causa apud maius Tribunal agitur. Ité is, qui ducit funus familiare: seu iusta mortuo faciẽs obsequia: vel

Io. Andr. Alciatus, & Brunarius

qui

qui cadauer prosequitur,& qui certo loco causę adesse habet, neque legati, & cęterorum negotiorum exequutores. Hęres defuncti,aut parés,aut liberi, aut eõiunx, aut cognatus,aut affinis,vel fideiussor vel alius nomine defuncti non conueniuntur intra decem dies ab obitu numerandos. Neque pupillus,infans,minor annis de iure 25. & de iure municipali 18. furiosus,mẽtecaptus, surdus,prodigus,cui est, interdictum sine tutoris, & curatoris auctoritate,nec venter prægnans. Hic aduertẽdum est,quòd si infans fuerit,solus citabitur tutor, si autem maior septennio,citabitur ipse cum tutore,si autem agatur de huiusmodi personis,quę actiuè,nec passiuè stare possunt in iudicio vti prodigus,furiosus,&c. citabũtur tantùm curatores bonorum. Si autem non essent constituti tutores, neq; curator,tunc Mater petet dari curatorem ventri prægnanti,& bonis,citatis creditoribus,& omnibus quorum interest , quo casu statur dicto mulieris, vel obstetricis vel maioris partis peritarum asserẽtium ventrem esse pręgnantẽ, vt interim proximior cesset. l. cum quidam. ff. de acquir. vel omitt. hęr. vel poterit intentari remedium Nouarum constitutionum lib. 2. de tutelis capit.& quia per quas cautum est,quòd possint loco eorum citari duo agnati proximiores, & in eorum defectum,duo cognati: aut poterit intentari remedium statuti sub rubrica de curatore dando ad litem,ca. 34. vol. 1. vbi datur modus decernendi talem curatorem,aliqui,vt expeditius negotiũ expediant,solent habere recursum ad Principem,qui dat litteras Iudici ordinario,vt seruatis seruandis prouideat de idoneo curatore,& tunc de mandato talis Iudicis citantur in specie(si scias nomina,secus per edictũ in genere) agnati, & cognati; & attinentes talis,vt compareant ad suscipiendum defensionem talis minoris,seu vtsupra,aliàs quòd in eorum contumaciam, vel negligentiam ex officio decernet cui iudicabit expedire. Et iste curator non tenetur facere inuẽtarium,quia est datus ad litem speciale,sed tenebitur tantum satisdare rem pupilli saluam fore,& vtilia facere,& inutilia prętermittere, & dictum adultum indefensum non relinquete. Et cùm eo exinde instituetur iudicium,citando tamen etiam minorem,si septennium excesserit. Filius autem familias cõuenietur cum

Borgn nu. 68.

Borgninus de tut. & cur. n. 68.

Vide Borg. can. in tr. de tuto. et cur. n. 284

con-

consensu patris, si fuerit minor, vel agatur de his, in quibus patri aliquid acquiritur puta in aduentitijs, & secundum aliquos doctores tunc requiritur etiam curator. Si autem fuerit maior, & agatur de his, quę potest filius sibi acquirere, poterit solus citari sine patris consensu: si autem de his, quę acquiruntur patri citabitur etiam ipse pater. Ego sentirem quòd si mulier esset maritata conueniretur cum cōsensu eius mariti, si autem maritum non haberet, cum consensu agnati, & seruarem quo ad consensum ea, quę in contractu requiruntur, nam in iudiciis quasi contrahitur. Forasterius autem conuentus per suppositum, tenebitur præstare fideiussionem de iudicio sisti, & iudicato soluendo, vbi instrumētum debiti appareat, vel scriptura scripta, vel subscripta manu debitoris, & verificata, vel aliter liquida c. 45. si tamen peratur in primordio litis. Nota quòd differunt fideiussio de iudicio sisti, & iudicato soluendo, quia illa expirat morte rei principalis, hęc autem non, sed transit ad hęredes, Ias. §. in fideiussorem; verum vtraq; caduca fit perempta instātia, & huiusmodi fideiussor datus in causa principali, non tenetur de eo, quod iudicaretur in causa appellationis. Vlterius non est citandus Asin. in praxi. §. 32. c. 9. & habet executionem paratam absq; sententia si soluit. Rebuffus aduertēdum erit, quòd dictus fideiussor de iudicio sisti, & iudicato soluendo, esto quòd à principio datus fuerit idoneus, si tamen deuenerit ad paupertatem, vel perierit tenetur iterum dare. Et idoneus fideiussor ille dicetur, qui habebit in bonis quantum releuat, quod potest peti, & debetur, & erit eiusdem fori, & qui idonee non satisdat, non dicitur satisdedisse; nam paria sunt quòd quid nō fiat, vel malè fiat, tex. in l. quoties. ff. qui satisd. cogan. & vide Castren. in ea, l. & in l. arbitrio nu. 7. dicit quòd ille dicitur idoneus fideiussor, qui scienter fuit receptus licet nō esset idoneus. Hic etiam nota differentiam (vernaculorum tantùm, nō latini alicuius, & probati autoris exemplo confirmatam) secundum nonnullos Doctores inter non suppositum, vel non subditum, & forensem, nam forensis ille dicitur, qui nec domicilium nec originem habet in eo loco. Non suppositus, qui non habet domicilium, licet habuerit originem: subditus autem qui habet, & domicilium, & originem.

§ 1. de instit. cur nu 10. Roland.

Videt D. Carp. in suis annotat. ad statuta Med. vbi multa.

ginem iu loco. Forensis etiam tenebitur eligere habitaculum addendo confines, & cohęrentias ex ordine Senatus. 11. Augusti 1588. in Ciuitate Mediolani, nominado domum de qua Porta, & Parochia sit, ex c. 38. vers. 2. fol. 14. nisi per Procuratorem comparuerit ex cap. vtsupra. Est tamen verùm quòd per aliud statutum, cap. 179. cauetur, & tale ius reddatur forensibus per iusdicentem Mediolani, quale redditur nostratibus litigantibus in foro talium forensium, & vbi non appareat ex dicto duorum mercatorum stratis vtentium de modo procedendi, quòd seruetur dispositio iuris communis, ex qua teneatur satisdare. Mercatoribus tamen, & transeuntibus per istas partes siendum est bonũ, & expeditum ius, vt nostratibus tam pro se, quã contra se, tam super salarijs, captionibus, & restitutionibus, quam etiam super contractibus, vltimis volũtatibus, & iudicijs, ex statut. c. 180. vers. 2. & tã in præparatorijs, quam decisorijs, ex c. 179. stat. vol. eod. tale ius eis reddatur quale domicorum Mediolan. redditur: in dubio autem pręsumendum vbiq; seruari ius commune, Bart. cons. 140. ex l. 1. ff. quod quilq; cu.

Mar b. p. tis de satisf. v. multa disputat.

§. 4. *De persona Iudicis.*

Io. Andr. Io. vtsupr. Mar. 2. p. n. 13. Roland. Blancus de comprob. D. Nepos de Montealb. Lofred. cri. tit. de int. & appel. n. 2. Alcia et Brunatius. Decius de

IVdex ergo est ille, qui iudicat de causa, & dictus est à iure non ab eo quod fit, sed quòd fieri debere lex, S. C. edicta quę mandant, & qui deberet esse iustus, veridicus, discretus, eloquiosus, & causabilis. Sed tamen non omnes possunt esse iudices vti sunt infamis, surdus, mutus, furiosus, mentecaptus, impubes, seu minor annis 17. Irregularis, apostata, excommunicatus publicè, hęreticus, paganus, seruus, mulier, nisi ex priuilegio, vel consuetudine. Prodigus interdicta administratione, & lusor alicuius ludi reprobati publicatus. Et per ius municipale Mediolani, etiam sequentes videlicet, officialis forasterius condemnatus in syndicatu. Decreto Senatus diei 19 Nouembris 1575. cauetur ne Syndicatores successores ad officia exercenda admittant, nisi prius exhibuerint absolutione syndicatuum officiorum ab se ante gestorum, cumq; hoc anno quidam

Prætor

Prætor videretur paruifacere illud Decretum obtinui ab Senatu reſcriptum hoc. *reg. in reg. fœminæ*

Syndicator Burgi Lauizarij, nomine Senatus præcipiat dicto Prætori nuper electo, vt ſub pœna arbitraria non audeat ſe in Prætura ingerere, niſi exhibita abſolutione ſyndicatus officiorum ante preſentem Præturam geſtorum, & vbi contemnat præceptum ſtatim Senatũ moneat. Item condemnatus pro barataria, vel ſi forenſis pro alia cauſa in ſyndicatu. Item quòd qui fuerit officialis, ſi non ſit ciuis Mediolani, non poſſit habere illud officium, niſi præteritis tribus, & enim conſtitutio lib. 1. dicit duobus annis ab exitu prioris officij ſiue regiminis. Hinc habemus decretum lib. 1. de off. & iur. diuer. Iudic. quo cauetur, ꝙ omnia officia biennalia ſint, etiam ſi conceſſa ſint ad beneplacitum, vel ad vlterius tempus. Itẽ per ius municipale cauetur, ꝙ Rectores Ducatus Mediolani non admittãtur ad regimen, niſi prius iurauerint, ꝙ nõ tenebunt, nec teneri permittent via ordinaria aliquas cauſas in iuriſdictionibus ſuis, vltra quantitatẽ limitatam, & ſi ſciuerint aliquẽ tenere cauſas de maiori quãtitate, ꝙ infra tres dies notificabũt poteſtati Mediolani. Cęteri aũt iuſdicentes habent, & ipſi in ingreſſu eorum officiorum iurare formaliter ſecundũ diſpoſitionem iuris municipalis talis loci, ſeu terræ, de quo iuramento fit mentio in ſtatutis. Neq; ſolum ob cauſas præmiſſas quis prohibetur eſſe Iudex, ſed etiã ob alias, Iudex enim ordinarius poterit remoueri à cauſa vti ſuſpectus, ꝙ multipliciter euenire poteſt, vti quando eſt multùm familiaris alterius partis tantùm. Hinc etiã per Nou. Conſt. lib. 1. de off. quæſtor. ord. in fine, cauetur, ꝙ ſi quis ex quęſtorib. vtriuſq; Magiſt. coniunctus fuerit vique ad quartum gradum incluſiuè ſecũdum iura canonica computanda, &c. vel magna familiaritatè iunctus alicui, cuius cauſa in eo Magiſtratu tractanda ſit, nõ audeat in eius cauſæ expeditionibus, & liberationib. interuenire. Ne ex hac familiaritate ſequatur detrimentum Fiſco. vide Boſs. in praxi p. 383. num. poſt. 7. Ang. l. cui eorum §. affinitatis. ff. de poſtul. imò Senatus ipſe cuſtos iuſtitię, & æquitatis propagator ſi quis ex his, vel alijs de cauſis Senatorem quempiam ſuſpectum habuerit iubet per Secretarium

Stat. c. 426. & ſeq. fo. 145. vo. 1. Ca. 45 f. 5. verſ. 2. Cap. 40 fo. 14. verſ. 1. c. 45. nu. 2. Stat. c. 46. f. 15. vo. 2. Stat c. 95. f. 32. vo. 2.

informationes assumi, vt referantur. Item si comensalis alterius partis, & per ius municipale, ca. 48. vers. 2. fol. 16. prohibetur familiaritas iudicentis comedẽdi, & bibendi cum ciui. us, & accipiendi per se, nec submissam personã poculenta, & exculenta, hoc etiam dicit Const. in tit. de officio Iudic. s Olonę. Idẽ si sit conterraneus alterius tantùm partis. hoc idẽ statuta Mediol. c. 72. vers. 1. per quæ disponitur, ꝙ Iud x forensis nõ possit cognoscere de causis tangentibus aliquẽ de illa ciuitate, vel districtu, vel comitatu, vel vniuersitate, vnde esset ipse oriũdus, aut incola partibus ipsis, vel altera ex eis inuitis, & si talis Iudex esset de Lombardia nõ possit cognoscere de aliqua quæstione tangente aliquem, vel aliquam vniuersitatẽ illius prouincię, vnde ipse otiundus, vel incola esset; & per aliud statutum c. 6. vol. 2. cauetur, quòd non possit secũ conducere Iudices, milites, nec contestabiles expulsos, bãnitos, vel cõfinatos de terra sua, No const. lib. 1. dicit quòd non possint secũ conducere, nec tenere Vicarios, Iudices, collaterales, qui sint de Ciuitate, vel eius territorio, vbi exercere debẽt officium. Item nec in causa fideiussorum suorum ex dispositione statuti, c. 39. fo. 14 vol. 2. sunt plures alij casus notati tã per Mar. in suo tractatu iudiciario p. 6. quã Monte Albanum, & Alciatum. Sunt etiam aliæ causæ recusãdi Iudicem scilicet declinatoriæ iurisdictionis exceptio. Vnde Iudex dicitur incompetens tribus ex causis. Prima ratione alicuius vitij, vel defectus consistentis in ipso Iudice, vtpote quod sit excommunicatus, &c.

§. 5 De iurisdictione diuersorũ Iudicum.

Secunda ratione, & conditione naturę causæ vti si agatur causa Fiscalis. Fiscalis autem dicitur licet lis sit inter priuatos, ex quibus alter causam habeat à Fisco, vt si quis conductor, & exactor onerum cessisset ea alicui, qui ageret ex iure cessionis: ratio illa est, quia posset Fiscus de euictione conueniri, glosa l. 1. & l. sententia, c. de fid. & hic ergo cessionarius conueniet debitores coram Ill. Magistratu. Fiscalis causa dicitur, vbi agitur de pęnis maleficiorũ, bonis vacantibus, vel cõfiscatis, collectis, vectigalibus, lucris auferendis ab indignis, c. de priuil. Fis. in quibus proceditur de facto, cap. de exact. tab. lib. 10. & vt infra, fol. 74. vidi tamen quibusdam in Ciuitatibus peti post factam de fa-

cto apprehensionem bonorũ causa custodiæ peti per reos conuentos causam reduci ad viam iuris, atque hæc pacto seruari ordinem iuris in non illiquidis: verùm Mediolani conuenti per proclama debent agere, & se tueri, vt infra fol. 78. quia tunc tractatur coram procuratore Fisci, & Præside, & ex dispositione No. Const. lib. 1. de Senatoribus, nisi coram Senatu Excellẽtiss. vel vtroq; Magistratu secundum conditionem causarum. Nam si agatur defunctionibus Fiscalibus coram Magistratu ordinario, lib. 1. & 4. & si de bonorum damnatorum confiscationibus, vel condemnationibus, vel bonis vacãtibus, vel aquis aut bladorum coram Magistratu extraordinario. Itẽ de causis debitorum, & fideiussorũ Fisci, modo non agatur ex iure cessoso, quia Fiscus tunc tenetur sequi forum priuatorum, lib. 4. & sic de singulis. Et causę Marchionum, Senatus Mediolani autoritas varium, & multiplex scribendi argumentum mihi suppeditat, plenũ maiestatis, & vtilitatis, quodque vehementer animos omnium legendo retinere possit. Senatus præest Feudatarijs, Comit. Baronis, March. quos omnes Ladislaus Imp. submisit Duci Mediolani, & Carolus V. colendę mem. Senatui. cognosci inter Feudatarios cum disputant de finibus, c. 1. de controuer. feudi, quia Senatus est loco parium multò magis, si Fiscus diceret castrum cum pertinentijs ad dominum spectare: sed videndus Clarus. §. feudum, q. 30. Item cognoscit cum ex vasallis, hic quidem feudum ait esse nouum, ille antiquum.

Vide Pap. in glo. nec fuisse ind. compet. in for. declin. iurisdictionis num 6. & seq. Item Alc. Isẽ Maran

Habet Senatus Notarios, vt ait Tiraquell. qui dicuntur à secretis, viros doctissimos in primisq; probatos; quorum fides, & eruditio vsui magno est Reip. & Senatui maximè in libellis edẽdis: libelli enim primo à Senatore annotantur. Secundo ab Illust. Præside recensentur. Tertio à scriba excipiuntur, qui annotationis argomentũ fusius explicat. Quarto libell. Secret. extremã manũ imponit, & eos Hostiarios cõmendat, qui libellos sigillo literato imprimit, & signat. Quæ verò cognitionẽ desiderãt ea per libellum expediri non possunt, nisi prius petitorum copia edatur aduersario, quod vulgò dicitur intimetur, l. fin. ff. quando app. sit, l. sicut in rem. C. præscript. 30. &c.

Petentibus ex iustis de causis rest. in integrum concedit in for. ideſt vbi de iure.

Dilationes cõcedit vltra consuetas, quibus obtẽtis pars altera renunciare nõ põt inuita altera, nisi re integra, Iaſ. l. 1. n. 54. ff. de adopt. facilius prorogatur, quã noua cõceditur, Spec de dila. §. nũc videamus, ab eius sentẽtijs nefas eſt appellare, Auth. quæ ſupplicatio de precibus Imp. ſed reuiſionem concedit is ordo loco appellationis.

Sententiam latam etiam de consilio ſapientis retractat, & ſi transiuerit in iudicatũ, Bar. l fin. col. 2. c ſent. reſcind. vbi ordinario iure parti ſuccurſum eſſe non poſſit.

Omiſſo omni medio ad Senatum appellatur, l. Imperatores. ff. de app. qui tamen litigatores remittit ad Iudices ordinarios.

Comitibus Palatinis concedit, vt ſpurios reſtituant natalibus.

Veniam ætatis minoribus concedit.

Sumit vindictam de Iudicibus ordinarijs.

Mandat, vt torqueantur Doctores.

Cognoſcit de donationib. & priuilegijs Regijs, maximè cũ de mẽte Principis dubiũ eſt, l. Nerat. ff. de reg. iur. (rã de obreptione ẽt inferiores) quarũ cõfirmatio ſpectat ad Senatum, ſiue vt dicitur, interinatio, quę in antiquis præſumitur, vt ait ſola eod. tit. ad fi.

Cogit mulieres obſequi agnatis, vt honeſtè educentur, & tuto, quamuis maiores eſſent Crauetta conſil. 90.

Leges interpretatur, l. fin. C. de leg. & cõſt. & quod legi deeſt, ſupplet ex æquitate, qđ antiquitus Princeps, vel Prætor faciebat l. quia actionũ nu. verſ. ſi lex doct. de præſcrip. verbis; cõcedit vt ex fideicõmiſſo dos detrahatur. Auct. res quę c. communia de leg. & vt deſcendentes ex cauſa neceſſaria bona fideicõmiſſo ſubiecta alienare poſſint vrgente ferrea neceſſitate.

Deficiẽte actione interponit auctoritatẽ, l. vt tĩ ff. de ſer. corr. l. ſi bo. fidei, & l. filius à patre, & l. plane. ff. de pet. hær.

Bannitis cauſa teſtimonij dicendi, vel ex alio delicto vocatis, dat ſaluaguardiã, Boſs. in praxi p. 266. n. 10. l. Pap. exuli Clar. q. 38. n. 22. ait L. T. reorũ remiſſorias cõcedere.

Senatus deniq; eſt cuſtos æquitatis; ideſt iuſtitiæ, propheta

pheta enim ait, cognoui domine, quia æquitas iudicia tua. Aequitatem colligit ex recta ratione, vsu, adiunctis, loci, temporum, rerum, sine qua riui legum arescerent nõ solũ, sed sæpè sub specie iuris perniciosè erraretur. Intelligendum est enim ex his, qui iustitiæ imaginem expresserunt, quosdã espressisse eã facie antiqua, verginali, surda, inexorabili: quosdã hilariori, & sese laxanti, ac exhilaranti facillimè: Tertiũ genus eorũ fuit, qui mediã quandam viam amplexi inter rigorem, & conuiuentiam æquitatem collocauerunt, quę melior inopi, quàm diuiti, reo, quàm actori modũ agnoscit, pro re nata flecti nouit, & erigi: sine qua, quia Ciuitates rectè gubernari non possunt (periculosum est .n. tot humanis necessitatibus lege sola scripta viuere) consequens est, dicamus, neq; sine Senatus authoritate id fieri posse, qui textus, glosas, cõmentaria, & immensas ambages prudẽtia æquitate duce libret, & explicet, sed premor onere suscepti argumenti: materies est digna copia, & facultate maiore: quare ad alia gradum faciamus, Comitum, & quorumcunque feudorum siue lis sit inter ipsum Principem, & vasallos, siue inter ipsos vasallos. Item confinium, & cæteræ causæ arduæ, & magnæ annui reditus scutorum mille corã Senatu cognoscuntur. Causæ autem militum ex causa militiæ, Delicti militaris cognitio spectat ad tribunum militum: sin miles delictum non militare admiserit, & magister militum, vt est Castellanus Mediolani eum non habet in potestate, Præses Prouinciæ processum instruit, examinat militem, & remittitur ad tribunum, Bal. l. 1. C. de exhib. reis, Salycet. l. magisterię, c. de iurisd. om. iud. vel ab ea dependentium. Itẽ extorsionũ, q̃ comittũtur p̃ custodes portarũ ab ingredientibus. Itẽ occasione venditionũ, permutationũ equorũ, & cum ex loca- *Eodem fere.*
to, vel conducto equorum agitur qñ alter ex litigatoribus miles est. Itẽ occasione fraudũ, quę fiunt per famulos, exequutores ue in ipsis exequutionibus faciẽdis corã collateralibus, qui iure tribuni militũ, fungũtur, in quorũ locum suffectus est Auditor Exercitus, qui nunc est Magn. Hieronymus Calliẽtus Iurisconsultus omni laude dignus. Causæ verò Senatorum Magistrorum vtriusque Magistratus *Eodem fere.*
Thesaurarij generalis, collateralis generalis, commissarij etc.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Cãtellarij & vtriusq. Magistratus sunt cõprehensi.

generalis taxarum, aduocatorum, & syndicorum Fiscalium generalium, & Vicariorum generalium Mediolani cõmorantium, Secretariorum, & Cancellariorum, tã Principis, quàm Senatus, Rationatorum Fisci, nec non, & curialium in domo Principis, vel L.T. residentiũ, vel qui ab eis prouisionem habent, vel stipendium, siue præmissi agant, siue conueniantur, tractantur coram Capitaneo Iustitię Mediolani. Non tamen poterunt trahere inuitum ex alijs Ciuitatibus, & districtu earum Ciuitatũ ex causa, quę anteos centũ non excedat. Item causæ inter meretrices ipsas, vel ipsas, & priuatos, lib. 4. Cãusæ datij pedagij, vel Gabellæ, vel alia occasione ab eis, vel aliquo eorũ dependẽte, emergente, vel connexa tractantur corã Iudice datiorum. Corã Referendarijs Ciuitatum cognoscuntur causæ inter Fiscũ, & priuatos, & debitores publicanorum ex causa vectigalium tantùm. Exequutorum Regiæ Cameræ iurisdictio ea est faciendi exequutiones contra quoscunq; debitores Fisci, & itẽ cognoscere de his, quæ circa exequutiones incidenter emiserint, de iure, vel de facto, & cognoscẽt etiam inter priuatos circa exequutiones faciendas ex causa vectigalium tam contra debitores publicanorum immediatè ex qualibet causa (in quibus credita cessa non comprehenduntur, quia in his vti iure, & foro cedentis debent) quam debitorum ex causa vectigalium tantùm: & hoc iure proprio ex iurisdictione prorogata etiam ex alia causa in omni iurisdictione maioritas in administrando attenditur.

Lib. 3. tit. de feudis, c. interd.

Maior Magistratus cognoscit de causis feudatariorum, vel inter ipsos feudatarios, vel eos, & eorũ subditos, & alios nobiles, ciues, vel rusticos, suę iurisdictioni suppositos, vel inter ciues, & rurales, & eorum massarios modo præmissi sint de eius districtu. Efficitur autẽ quis de districtu feudatarij ratione iuramenti fidelitatis non ratione originis. Est tñ aduertendum, quòd massarij ciuium non gaudent priuilegio maioris Magistratus nisi in habitaueriut domos, & ita ratione domicilij, proprias ipsorũ ciuium ex declaratione Senatus Excell. emanata super interpretatione dicti decreti Prętores feudatariorum tamen poterũt cogere omnes, etiam compræhensos in decreto maioris Magistratus

ſtratus ad ſolutionem imbotaturarum, & datiorum per Principem vel Fiſcum in eos translatorum, & cõtributionem onerum ſalarij Prętoris, & etiam aliorum quorumcumque onerum modo ſumma aureos tres non excedat, & præmiſſi ſint in quaſi poſſeſſione ſoluendi Vicarius Prouiſionum cõmunis Mediolani cognoſcit de cauſis ciuilibus motis, & mouendis nomine communis Mediolani, contra quoſcunq; debitores, & occupatores, ſeu detẽtores bonorum, & iurium communis Mediolani. Item de cauſis occaſione laterum, & regularum, & eorum, quę circa illud artificum cõmittuntur in damnum publicum. Item in cauſis inter paraticos, quã alios occaſione paratici, ſiue artis, ex paratico, & in cauſis fraudũ cõmiſſarũ per artifices, & omnes de paratico. Item de cauſis victualium, & ſimilium tẽdentium ad vbertatem ciuitatis. Item in cauſis cridarum de bonis vendendis. Item etiã prẽuentus de cauſis iniurarum, c. 360. illatarum alicui Notario Collegij, & in cauſis perſonarum, & pignorum indebitè c. tutorum, c. 70. verſ. 2. Item de contrauentionibus factis per Poteſtatem, & Iudices Mediolani, cap. 9. verſ. 2. ac etiam in erigendis aqueductus, & ſoratorijs, cap. 246. verſ. 2. nõ tamen poterit cognoſcere de cauſis ſingularium perſonarum, niſi in his, quę ad eius iuriſdictionem ſpectãt vtſupra, c. 36. verſ. 2. Abbates DD. Notariorũ Mediolani, cognoſcunt de cauſis Notariorum, vel inter ipſos Notarios, vel ipſos, Statuto Mediolani, cap. 344. vol. 1. ſi quæſtio ſit criminalis aduerſus Notariũ querelans debet ſatiſdare, &c. niſi à Senatu excuſetur ratione paupertatis; verùm in caſu huius ſtatuti. §. ita tamen ego ſemper arbitratus ſum poſſe principali errorrigi querelam contra vtentes inſtrumẽto falſo coram Iudice ordinario, vel D. Capitaneo Iuſtitiæ omiſſo Notario per legem nihil intereſt. §. cum alterum. ff. de adulterijs: nã vbi principaliter de Notario non agitur, iſtud ſtatutũ (ſi rectè verba ipſius conſideremus) locũ nõ habet, & alios priuatos ex cauſa Notariatus, & dependentium ab eorum exercitio, niſi in cauſa iniuriæ illate alicui Notario Collegiato per non Collegiatum, quia iſto caſu vel Iudex ordinarius, vel Vicarius Prouiſionum cognoſcit, cap. 345. verſ. 1. Abbates Mercatorum Mediolani, co-

Conſt. l 5:

Stat. cap. 316 verſ. 2 conſt lib. 2. & ſtat. c 464. vol. 1.

gnoſcunt de omnibus cauſis vertentibus inter negotiatores, vel Mercatores, ſiue eorum fideiuſſores, & contrahentes cum eis ex cauſa mercimonij tantùm, Mercimonium autem definitur eſſe in hac materia res, quæ emi poteſt, ac ſolet vilius, vt carius vendatur ſalua rei ſubſtantia, nam qui commutãt ſpecies, in aliam for. non ſunt mercatores, ſed artifices, nec res ipſa mutata dicitur mercimonium: neque mercimonium conſiſtit in rebus ſoli: vt quidam fatui putant, quod exercetur per Mercatores deſcriptos, vel alios, qui diuerſimode mercimonia exercent, & etiam quotieſcunq; de ipſo mercimonio agitur. Item pro aliqua remuneratione, ſeu mercede, ex cauſa mercimonij debita, ac etiã inter ipſos mercatores occaſione cõtractuũ in quibus alter alteri pecuniã ſoluere promiſſit. Item de depoſitis factis pœnes Mercatores, vel campſores conſt. l. 5. & de litteris cambij, & ex declaratione Sen. Excell. facta die 16. Martij 1560. ſiue ipſi agant, ſiue conueniantur ex cauſis compræhenſis in dicto decreto. Abbates, & Conſules vniuerſitatis fabrorum, & aurificum Mediolani cognoſcunt de cauſis artis occaſione ipſius artis fabrorũ, & aurificum, vel negotiationum pertinentium ad ipſam artem, & de omnibus mercantijs, & laborerijs, & exercitijs, & traficis ab inde factis, & faciendis, ac ortis, & oriundis, & qua orientur occaſione dictæ artis, & dependentium, c. 102. vol. 2. & per ſtatuta Mediolani, cap. 418. cautum eſt, quòd paractica, ſi à Principe admittantur, non habeant iuriſdictionem niſi inter ipſos de paratico tantùm, ſaluo ea, quæ deſcripta reperiuntur in ſtatutis, quia ſunt ſeruanda ſtatuta communis Mediolani Prætor autem Mediolani, habet merum, & mixtum imperium, & plenam iuriſdictionem in Ciuitate, & Ducatu Mediolani, vnde omnes, & ſingulos de Ciuitate, & Ducatu Mediolani poterit, ciuiliter, & criminaliter conuenire, & compellere, præterquam in locis, & terris feudatis, vel habentibus iuriſdictionem ex ſe, vel limitatam. Saluo decreto de maiori Magiſtratu. Iudex Galli cognoſcit etiam de cauſis damnorum datorum, & vetitorum, & confirmat, ſiue conſtituit camparios agrorum nominatos, ſi eſt requiſitus.

Stat. c. 27. et 96. ver. oõſt. lib. 3.

Stat. c 5. et 367. vo. 2.

Dominoſũ Conſulũ Iuſtitiæ Mediolani iuriſdictio eſt,

in

in his quę ſunt mixti imperij,& ſimplicis iuriſdictionis;& Cõſules breuis togæ non poterunt ſubſcribere,nec ſignare aliqua præcepta continuandi, aut ponendi aliquem in poſſeſſione aliquorũ bonorum, neq; aliquem perſonaliter capiendi,nec aliquorum pignorũ ſequeſtratorum,nec pariter detẽrorum relaxationem, ſed ad conſultores ſpectat. Qui D. Conſules durante eorum officio lites mouere non poterunt coram dicto ſuo officio, nec iuſtitiam facere pro Notarijs, & cõductoribus dicti officij de aliquo iudicio contentioſo,ſi oppoſitum fuerit. *Stat. c 54 55.18. vo. 2.no.conſt. lib. 5.*

Sciendum etiam erit, quòd per ſtatuta Mediolani 68. vol.1.conceditur,q; quilibet exercens iuriſdictionẽ in Ciuitate,& Ducatu Mediolani,poſſit cognoſcere,& diffinire ſummariè, & de facto, ideſt manu Regia remota inſtantia ſeruatis tantũ iuris naturalis præceptis, abſque ſententia condemnatoria,ſola declaratoria, appellatione quoq; remota Boſs.de appell.nu.16. citatur tamen pars ad videndum fieri requiſitionẽ,produci informationes, teſtes examinari prouiſionem quamlibet, & declarationem, ac alia opportuna fieri, &c. Alciat. conſ. 383. & prout ſibi videtur pro meliori de cauſis mercedum non excedentium ſummam librarum 50. Imper. & de alijs cauſis non excedentibus quantitatem, ſeu valorem librarum decem Imp. In cauſis verò non excedentibus ſummam,ſeu valorem librarum viginti quinque Imp. proceditur ſummariè ſine ſtrepitu,& figura iudicij, & per ſtatutum, lib.6.fol.3.vol. 2. cauetur, q; iudices non poſſunt ſe intromittere de officio alterius niſi ſurrogati per D. Prætorem ob infirmitatem,vel abſentiam,aut aliam iuſtam cauſam impedimenti alterius iuſdicentis,& ſi cõtra factum fuerit,non valeat, nec teneat illud,quod factũ fuerit vltra eius officium. Item iudex poteſt recuſari, quando cauſa eſt vltra illam ſummam, ad quam non ſe extendit iuriſdictio iudicare debentis,quia tunc talis iudex dicitur incompetens. Hinc ex diſpoſitione ſtatuti,c.76.vol.2.293.No. Conſt lib.1 Capitaneus Marth.habet iuriſdictionem vſq; ad libras viginti Imper.ex iuriſdictione ordinaria, Galaratum vſq; ad libras duodecim cum dimidia,Vicarius Mõtis Briancię vſq; ad lib.decem Imper. & hæc ſcire expedit actori, ne nul-

Pap. vſf. Stat c.97. vo.2.cõſt. lib. 1. de off.iud lib. 5. vide Caſtr. in l.in crim. C.de iur.om iu. vt de ſuo compet.

liter

liter procedat, nam cauetur per statuta Mediolani quod omnis processus factus coram iusdicentibus Ducatus Mediolani contra formam, & ordines statutorum nullus sit, & nullius momenti. Reconuentendo tamen iurisdictio augetur iuris administrandi necessitate contra statuti regulas, Auct. & consequenter, C. de sentent. & l. Papinianus. Propterea per statut Mediolani, cap. 98. vol. 2. cauetur quod si quis egerit coram aliquo iusdicente Ducatus Mediolani, vel terrarum suppositarum vltra summam, pro qua est illis concessa iurisdictio, quòd cadit à reliquo crediti, pro quo non habet iurisdictionem. Item sit in diuidente. (Hoc locum non haberet iusta causa erroris subesset, quid enim si quis cum putaret se cohæredem habere, quem non habebat, medietatem crediti petierit, l. sed etsi restituatur. § fin. ff. de iud.) creditum suum coram iusdicente respectu maioris summæ, & vlterius processus nullus est ipso iure, & non valet. Ratione etiam Actoris, vel Rei, Iudex dicitur incompetens, quãdo Reus, & Actor sunt diuersi fori, puta Actor Mediolanensis, & Reus Nouariensis, Quid si plures sint rei fori diuersi? hic quidem Nouariensis, ille ex oppido insigni Modoetiæ tertius Nouocomensis. Resp. esse in electione actoris quodnam forum sequatur, Papien. for. lib. quo agitur vt pacta seruentur, glos. debitor, nu. 4. Mising. cent. 1. obser. 4. nam de iure Actor tenetur sequi forum Rei. Et hic quidem ad propositum caderet quæstio illa, an Reus sit conueniendus in foro domicilij, aut originis, aut vbi contraxit, aut vbi res est sita, & quid, quando voluit conueniri vbique locorũ, Hoc pactum, vt possit, quis, vbiq; conueniri, intelligitur si ibi reperiatur, vbi conuenitur, non si per litteras subsidiales vocetur. ita sentit Borgnin decis. 1. nu. 3. & in repertorio, & renunciauit priuilegio fori sui. cessionarius etiã si sit Fiscus, non poterit vti alio foro, quàm cedentis, const. cap. de executorib. & l. 4 & de iure, & priuilegio Fisci in prin. Personæ miserabiles, inter miserabiles ex interpretatione numerantur nuptæ, innuptæ, vt inquit ille, idest mulieres, quibus viri earum non subministrant alimenta, Rebuff. de sentent. prouis. art. 3. glos. fin. quas nuda senectus premit, & turpis egestas; non enim pauperum persona meretur

Papiẽ vs. Vide Cast. in l. si contra C. quomodo imp. vbi dicitur quomodo quis potest trahere eius aduer. extra forum.

retur extraordinarium auxilium, sed ipsa miseria, quæ sola cum careat inuidia, non est cur hoc priuilegium fori miserabilibus inuideamus, poterunt trahere, Etiam extra forum vocandorum, l. 1. C. quando Imper. inter. . . . & hoc datur paupertati: atque hic est casus exceptus ab ordine Senatus an. 1540. 15. Ianuarii. § quod rescripta, vers. nec etiam censentur dare iurisdictionem, vt quis extra forum suum trahatur, & vers. nisi cum causæ cognitione, & ex iusta causa, aduersarios suos vel coram Principe, vel coram ab eo delegato. Aduerte secundum aliquos doctores Iudex tunc potest recusari vti suspectus, quando vel in vna causa iudicauit simili eidem motæ, vel aliquo modo propallauit vel indicauit animum suum, l. obser. ff. de off. præt. Alb. in l. fals. C. de falsis, vers. non. cons. 30. nu. 2. in fin. Inn. Abb. & alij in c. irrafreg. de off. ordinarii. & Capic. decis. 146. & hoc procedit etiam in Iudice ob timorem contrarietatis, & an causa legitima sit recusationis cognosci non debet per ipsum Iud. delegatum suspectum, sed per superiorem Lanc. de atten. in 2. parte, c. 6. & 38. Bal. in l. aparit. C. de iudic. Paris. cons. 30. nu. 119. in princ. lib. 1. Crauet. in cons. 103. nu. 13. Dec. cons. 26. num. 13. lib. 1. nam app. & recus. à pari procedunt Bouer. decis. 269. nu. 3. Dec. eo. num. 16.

Expedit scire quando sit opponenda exceptio declinatoria, vel suspitionis, quia debent proponi per Reum in primo actu, quem facit ante litem contestatam, vel habitam pro contestata, licet possit opponi etiam post litem contestatam, si superuenerit noua causa. Hinc datur cautela, quòd opponens has exceptiones non implicet alias ad merita causæ facientes, Nisi semper repetita protestatione in principio, medio, fine, maximè cum statutum Mediolani, cap. 23. vol. 1. etiam declinatorie cognitionem differat ad finem litis, nec vlterius compareat coram Iudice qui si ad vlteriora procedet appellabit, nam litigans coram Iudice recusato, videtur renuntiare, recusationi, & impetrans Iudicem, non potest eundem recusare, nisi noua causa superueniat secundum Marantam, p. 6. vers. actus, num. 75. & 76. sed hic Mediolani quo ad causas suspiciones Iudicis, & delegati non solet opponi exceptio suspicionis, sed

Vide etiam ad hæc. Pa. vsup & Blă. um de compro. & Alciatum.

sed intra tempus debitum, vt suo loco dicam, petitur vel compromissum, quando agitur inter compulsos, & de re compromissibili, nam verbi gratia causa filiationis non est compromissibilis, Asinius cap. 168. in praxi, par. 2. vel consilium sapientis, quando dandum venit, nam his remediis, vel altero eorum, obstantibus, Iudex habet ligatam manum in pronunciando.

§. 4. *De arbitris, & Arbitratoribus.*

Blanc. de comp q. 2. Marã p 4. dist. 13. nu. 3. & seq. Alcia Lan fr Uria. & multi alij.

ESt, & alia species Iudicis nempe Arbitratorum, & Arbitrorum, qui quidem aliquando, & dicuntur Arbitri simpliciter, & ij eliguntur de partium consensu, & in hos sub pœnæ stipulatione promittitur, qui æquiparantur iudici, & in procedendo tenentur seruare iuris ordinem. alij dicuntur arbitratores, & ij sunt quidam amicabiles compositores, qui habent dirimere, & decidere litem de facto potiusquam de iure, sine aliquo iuris ordine; Arbiter iuris, is dicitur, qui eligitur ex necessitate statuti. & is habet seruare iuris ordinem tam in procedendo, quam in diffinendo, nisi à partibus ei aliter concedatur; & isti arbitri possunt ea omnia expedire, & facere, & sententiam proferre, prout Iudex ordinarius, & facta coram eis valent, & tenent, & suum effectum sortiuntur, perinde ac si coram Iudice ordinario, compromissum propriè fit in arbitrum: at in arbitratorem conferuntur multa ex pacto, & ex contractu, facta fuissent. Sed non omnes eligi possunt in arbitros, vel arbitratores, repugnante dispositione iuris communis, vel municipalis: nam infrascripti inter alios prohibentur eligi videlicet infamis, surdus, excommunicatus, Monachus, mutus, furiosus, impubes, seruus, irregularis, hæreticus, paganus, apostata, (prodigus ex dictis statut. cap. 424. & sequen. interdicta administratione bonorum, & lusor alicuius ludi reprobati publicatus) bannitus capitaliter cum bonorum confiscatione in loco, quo, cæcus totaliter, Iudæus nisi inter ipsos Iudæos tantùm. Iudex ordinarius de iure communi, secus de iure canonico. Item delegatus,

Vide Blancũ de cõp. q. 8 nu. 24 40. conclusio itaque. Vide stat. c. 121. vol. 1.

licet

licet sit controuersia, neque aduocatus (nisi ex licentia Principis) in causa, in qua consuluit etiam de consensu partium ex statut. cap. 61. versic. 1. Neque consultores DD. Consultum durante eorum officio, ex cap. 55. volu. 2. his tamen casibus solet Princeps dispensare. Quemadmodum quoque vt ij, qui non sunt ex compulsis, diù tamen litigauerunt in quæstione valdè dubia cogantur compromittere Bart. l. ex stipul. Cod. de furtis, quod si fieret breui tempore pax sine lite foret. Neque pater in causa filij, & è contra. Sed videamus obiter de personis, quæ possunt petere compromissum, nam per nouas const. lib. 2. eo. tit. & statuta Mediolani disponitur, quòd si fuerit causa, lis, quæstio, controuersia, vel discordia inter ascendentem, vel descendentem, vel inter Agnatos (constitutio addit, vel cognatos, statutumque addit vel affines affinitate præsenti, vel præterita, vel vicinus Ciuitatis Mediolani, vel intra corpora sanctorum) teneatur, & debeat quilibet iusdicens aditus per aliquam partium (statutum addit, vel procuratorem mandatum habentem generale ad causas) cogere ipsas partes ad compromittendum in amicum, seu amicos communes communiter eligendos de iure, & amicabili compositione: videatur D. Biancus, de compromissis, par. 3. per totam. Ascendentes autem sunt. Pater, Mater, Auus, Auia, Proauus, Proauia, Abauus, Abauia, Tritauus, Tritauia. Descendentes sunt filius, & filia etiam emancipati, eorumque aptè referendo. Filij Filiæ, Nepotes, Neptes, Pronepotes, Proneptes, Abnepotes. Trinepotes, Trineptes. Agnati verò sunt. Fratres, sorores, eorumque aptè referendo. Filij, & cæteri sanguine iuncti ex parte viri vsque decimum gradum. Cognati autem dicuntur omnes sanguine iuncti vtsupra ex parte mulieris. Præter hos etiam legitimatus actiuè, & passiuè poterit petere compromissum. Item filius naturalis, & eorum filij actiuè, & passiuè possunt petere compromissum. Item filius naturalis, Bart. l cum non solum. § necessitatem. C. de bo. quæ lib. etiam filiumfamil. ait posse petere sine consensu patris, & eorum filij actiuè, & passiuè possunt petere compromissum litigando contra propinquos ex parte patris, siue ex parte matris,

Cap. 115. vol. 1.

Ad hæc videatur Rolan. in flore testam. sub rub de his, qui omnino sunt inflit. vel exheredandi.

Ad id fre videatur Blancus de comp. q. 5.

tris, & è contra, arrogáti, & ipsi nisi fuerint emancipati poterunt petere compromissum. Adoptiui non possunt compellere propinquos patris adoptantis ad compromissum faciendum, sed bene ipsum patrem, & sic etiam ipse filius poterit compelli à patre ad compromittendum. Spurij autem actiuè, nec passiuè habent ius compromissi quo ad agnatos patris, quo verò ad agnatos matris poterũt nisi sint cõcepti ex coitu damnato, & punibili, & spurij dicuntur, qui nati sunt ex coitu à lege ciuili reprobato manseres sunt nati ex meretrice, not. nati ex adulterio, incõtestuosi, qui sunt nati ex cõsanguinea transuersali, alij nepharii, qui nothi nati ex cõsanguinea ascendente, vel descendente, vel ex constituto in sacris, & concubina soluta, vel ex monacho professo, vel concubina, vel ex professa moniali, & soluto, qui multa alia circa hãc materiam videre cupit legat D. Blancum de compromissis, qui diffuse tractat. quæst. 3. num. 13.

Indisertè quidem Caballinus vir in iudiciis multum versatus, & multi vsus, & ingenii hanc partem, quæ acta iudicii continet, attigit. tanquam igitur si eam nobis integram reseruasset de ea tractemus breuissimè.

Acta iudicij sunt.

1 *Citatio.*
2 *Legitimatio personarum.*
3 *Libellus, siuè qualis qualis petitio in executiuis, & summarijs.*
4 *Conclusio petitionis non tamen omnino semper necessaria.*
5 *Exceptiones litis finitæ.*
6 *Contestatio litis, vel quasi, non tamen semper necessaria.*
7 *Iuramentum calumniæ sublatum ex statuto in prima instantia, nisi in causis cridarum, vt fol. 17 nou. const.*
8 *Positiones.*
9 *Articuli.*
10 *Dilationes ad defendendum.*
11 *Testium iuramentum.*
12 *Citatio ad videndum iurare testes, siuè præceptum generale ex more nostro.*

13 *Publicatio processus, non tamen in summarijs.*
14 *Renunciatio, & conclusio in causa, non tamen Mediolani.*
15 *Consilium sapientis, nisi in exceptis.*
16 *Peremptorium.*
Sententia in scriptis nõ tamen in breuissimis causis, quæ oretenus decidiuntur: lata ipsa h. peremptorij, ex statuto licet ex æquitate etiam die seq. Bart. l. si finita, num. 26.
17 *Executio.*
Hic ordo nisi seruetur lite tamen contestata, vel quasi, si est probatum Iudex potest sententiam ferre, & sententia dicitur lata contra ius litigatoris, non contra ius: ideò appellan.

Vltimò sciendum erit, quòd licèt tres personæ constituunt iudicium ciuile, ita acta iudicii sunt triplicis qualitatis, quædam enim sunt ordinaria vti citatio, libelli oblatio, satisdatio, & similia, quædam sunt instructoria causæ, seu veritatis indagatiua, vt attestationes instrumentorum productiones, confessiones, quædam causæ, seu negotii decisoria, vt sunt sententiæ. Et istarum partium iudicii aliqua sunt de substantia processus, & ordinis iudiciarij vti citatio libelli oblatio, vel qualisqualis petitio, quãdo exigitur litis contestatio saltem tacita (conclusio hic Mediolani non concluditur in causa) & sententia, & hæc non debent de iure prætermitti, aut confundi, vel præposterari etiam de consensu partium aliàs ex omissione, vel confusione, aut præposteratione induceretur, & surgeret nullitas iudicij, & processus, sed aliqua nõ sunt de substantia, sed de solemnitate vti sunt recusationes, dilationes, exceptiones, & iuramentum calumniæ, & quomodo sit procedendum in iure ciuili his versibus breuiter exponitur.

Ad hæc videantur Mar. p. 6. consil. 11. actius, num. 114. Io. Andr. 2. prin. ca. acta. iudicij.

Primo Reum citet Actor, post fert illi libellum.
Inducię dantur: post hæc de re quæ petita.
Lis contestatur, sequitur calumnia partis.
Quæruntur testes, ac instrumenta sequuntur.
Producti manifestantur, super his placitetur.
Diffinitiua post hæc sententia fertur.
Quæ mala si fuerit, datur appellatio parti.

Ex Io. Andr. vtf. §. processus iuris.

De arbitris & arbitratoribus.

In dubio cum datur facultas aliquibus cognoscendi ex capite arbitri, & ex capite arbitratoris laudo debet addi hæc clausula ômni meliori modo &c. vt actus, vel ex hoc, vel ex illo capite sustineatur.

A sententia quorum peti debet reductio ad arbitrium boni viri, quæ admittitur quamuis sit ei renuntiatum pœna subiecta compromisso: quando quis læditur saltẽ in parte sexta, Afflict. decis. 51.

Reuisionis autem petitio non est appellatio, sed potius attestatio quædam, quæ nisi post lapsum dierum decem sequatur laudum dicetur emologatum & ex eo iure statutario non communi tamen orietur actio in factum, sicut ex re iudicata, cap 117. vol. 1 stas. Quod si dolo alicuius effectum esset, vt decem dierum istud spatium efflueret, & reuisio legitimo tempore non perageretur daretur in hunc actio de dolo l. arbitrio. §. si cuius. ff de dolo fortasse enim læsus eum præpararet reuisionem secutus probitatem alicuius amici qui pollicebatur sua authoritate, & prudentia subleuaturum communem litem tranfactione, vel alia ratione passus est labi dies vtiles, quis enim viro bono non credat? Asinius in praxi vbi de filiatione probanda ex attestatione viri boni.

Nec quod abest hic me tecum mirare relicta,
Moribus, & vitæ credidit illa meæ inquit Ouidius poeta, & Iurisconsultus.

Flabit Spiritus Domini, & fluent aquæ. Cap. II.

De præparatorijs Iudiciorum.

Vide ad hæc omnia speculato. Papiẽsem. Paul. act. C. de inter.

Huc ad specialia iudicij condescendemus, & primò aliqua de præparatorijs iudiciorum, (quæ interrogationes ante litem dicuntur) præmittemus; Nam huiusmodi interrogationes inuentæ sunt, vt releuarent Actorem ab onere probationis eorum, quæ sunt difficilis probationis

tionis puta additionis hæreditatis, & huiusmodi, tum etiã, quia per eas magis ordinatè proceditur; & aperitur via ad procedendum ordinatè. Quandoquidem rei non possidente &c. vel non existente hærede eius, cuius nomine conuenitur, frustatoria esset actio. Quæ quidem interrogationes fieri possunt in omnibus illis casibus, in quibus congruè adaptari possunt & militant in duobus generibus actionum, nempe personalium, vt cum quæritur an sit hæres patris, vel alterius, & realium, quando interrogatur an teneat, & possideat rem, seu ius, de quò quæritur. In huiusmodi interrogationibus ante litem contestatam, vel habitam pro contestata inferenda erit causa, quare fiant. Item statuendus terminus competens deliberandi iuxta prȩmonita in citatione, & partibus essendi ad causam certa die mensis, & hora, & quòd ponatur nomen seruitoris. Item quòd cirentur ad eligendum habitaculum, si habitabit interrogandus extra redefossa. Si interrogaretur minor, vel alia persona, quæ indigeat curatore, intimabitur interrogatio ipsi minori, si maior erit septennio, & eius tutori, siue curatori, si habuerit, secus duobus agnatis proximioribus, & his deficientibus duobus cognatis proximioribus. Si autem esset minor septennio, aut furiosus, mentecaptus, prodigus publicatus, citabuntur non ipsi, sed tantum curatores generales, vel speciales si adfuerunt, pro eis agnati siue cognati vtsupra non puto essent legitimæ personæ, sine decreto Iudicis, & terminus deliberandi, quando agitur de interrogatione, si quis velit vti aliquo instrumento &c. non debet esse minor tribus diebus ex forma statutorum, vol. 1. cuius interrogationis ad multa communis forma subijcitur.

ante lit. & Alciat. Vide etiam additiones Mag. Carp ad statuta Mediolani necnon ipsa statuta, sub rub. de inter.

Præparatoria Iudiciorum.

Restitutio in integrum distinguendo, vt infra, fol 93.
Restitutio verbalis fideicommissi.
Excussio bonorum
Venia aduersus patrem, & Fiscum.
Satisdationes præuiæ.
Querela inofficiosi.

Habilitatio à iuramento.
Cessio ad effectum agendi.
Caducitatis protestatio.
Interrogationes.
Iuramentum vt libellus incertus admittatur, glos & l. 1. §. si quis argentum. ff. depo. l. in l. Aquilia si delatum. ff ad l. Aquil. vel inquilinus capiatur, vt infra fol 32.
Actio ad exhibendum, l. 1. C. eod.
Annotatio bonorum.

§. 2. *De variarum interrogationum formulis.*

1580. Indictione octaua producta die mensis in hora debita causarum per infrascriptum. A. semper cum reseruatione quorumcunque eius credit, si erit forensis addes suum diligentem habitaculum domi habitationis N. sita in P. . P. S. N. Mediolani vbi &c. [Idest vbi vult posse citari, & requiri ad quæcunq; expediëtia in præsenti causa, & ab inde dependentiũ iuxta formã statutorũ cõmunis Mediolani] & facta est requisitio admissionis, & admissio, & staturus terminus deliberãdi, & partibus essẽdi ad causam die. N. proxin è futura, quæ erit mensis in hora debita causarũ, & facta est impositio. N. seruitori, q vadat ad omnes partes necessarias quolibet die etiam feriato ad intimandũ suprascriptũ terminũ infrascripto B. personaliter, vel ad eius domum habitationis, & ad dimittendum copiam infrascriptæ interrogationis. [Si habitabit extra corpora sanctorum subditur ad quem terminum dictus B. etiam compareat ad eligendum habitaculum in præsenti Ciuitate Mediolani, vbi possit citari ad omnia, & quæcunq; expedientia occasione contentorum in infrascripta interrogatione, & causa, & quæ sequi possent exinde etiã vsq; ad sententiam diffinitiuam inclusiuè, aliter ad videndũ eidẽ eligi scalas Pallatij Broleti noui cõmunis Mediolani pro habitaculo cum debita declaratione validitatis, & roboris omnium ibidẽ fiendorũ ad formã statutorũ,] (si esset interrogatio vtrũ scripsisset, subditur, & dimissum est infrascriptum originale chirographum tenoris infrascripti debito tempore permansurum penes me Notariũ infra-

infrascriptum, vt videri, & recognosci possit si voluerit.)

Nota quòd præmissa in alijs locis, & Ciuitatibus ponuntur in pede interrogationis cum ordinatione Iudicis vt intimetur parti, &c.

In nomine Domini Amen. Coram Mag. D. Consulibus Iustitiæ Mediolani Iudicibus ordinarijs sedentibus, &c. [Super solito eorũ Tribunali sito in Prætorio communis Mediolani, vbi iura redduntur petentibus.] Ad petitionem, &c. [instantiam, & requisitionem.] A instantis, &c. [Petentis, & requirentis.] Interrogetur, & per vos D. Iudices petitur interrogari debere, & ex officio vestro, quod benigne imploratur, interrogetur B. & quælibet persona, quæ pro eo in iudicio legitimè interuenerit, & per eam personam ipse B. vtrum possideat, Si quis ignorat bona, vbi sita sint, ex statuto nostro 188. vol. 2. debet adire Mediolani Antianum, ruri Consules, seu quasi teneat, vel detineat infrascripta bona immobilia inferius descripta, terminata, & cohærentiata in totũ, vel pro parte, & pro qua, & quanta parte, & an suo, vel alieno nomine, Non sunt superfluæ interrogationes, & vsitatæ, quia licet nemo cogatur dicere tit. l. cogi. C. de pet. hær. habet tamen lex ista fallentias, vel dolo desijt possidere, vel detinere. Item quo iure, & titulo.

Vide Pap.

Interrogatio vtrum possideat.

Stat. c. 74. 75.

Si sit interrogatio an sit hæres.

VTrum ipse B. est, & ipse vult, & intendit hæres dicti quon. C. patris sui, & se immiscuit, vel immiscet, aut imiscere vult, & intendit de hæreditate, & bonis dicti q. patris sui, & si se immiscuit, vel voluerit esse hæres, & se intromittere, & immiscere de hæreditate, & bonis dicti q. eius patris, respondeat vtrũ insolidũ, vel pro parte, & vtrũ ab intestato, vel ex testamento, & vtrũ aliquo mediante: si verò respõderit esse, vel velle esse hæredem, seu intendit esse pro parte, dicat, & declaret pro qua, & quanta parte, & quo mediante, & qualiter, & quomodo. Nota quod filij perseuerantes habitare in domo patris, & gaudéres de bonis domesticis intra annum obitus, non ob id possunt fieri citrà ius, & nomen hæredes patris, modo non faciant alios actus, qui non possunt fieri citra ius, & nomen hæredis

Stat. c. 71. Vide Rgl.

Vtrum sit hæres.

pũta, exigendo nomina debitorũ alienando bona paterna, & pecunias acceptando, nisi præcederet dispensatio Senatus vt possunt administrare bona paterna citra nomẽ hæredis, quę al às cõsueuerat cõcedi, nunc auiẽ (in ord. postremis Excellen. Senatus an. 1570. 15. Ianuarij leguntur: hæc nõ dentur litteræ; quod hęres scriptus, vel ab intestato, esse debeat curator hęreditatis, donec deliberet de adeunda hæreditate, sed alius deputẽt) ratiò & Paul. de Cast. in l. si curator. C. de iure delib. inquit quòd quando decessit aliquis, & non apparet, quis sit hæres eius, & creditores volunt eis satisfieri, quod ad eorum instantiam poterunt citari illi, qui tenent primam causam successionis, vt veniant, & dicant, an velint esse hæredes, vel non, & si non apparet, qui sint illi, qui tenent primam causam successionis, tunc mittitur generale proclama, si sit aliquis, qui prætendat, vel velit esse hæres, compareat, infra talẽ terminũ, & si nullus cõpareat, datur curator hæreditati iacenti, & contra illũ dirigunt creditores actionem, & condemnatur, & postea fit exequutio in bonis hæreditarijs; sed in practica cum ignoratur hæres defuncti, recurritur ad Senatũ, qui dat literas iudicibus ordinarijs, vt per proclama moneant quoscunq; prætendentes esse hæredes, vt comparent termino mensis ad adeundum hæreditatem. hoc idem notat Bart. Brun. de contumacia rei, num. 6. Et ante Brunatium, Bartolus, l. quãdiù ff. de acquir. hær. contendentibus interim creditoribus, vel hęredibus substitutis, & alijs, fit inuentarium, l. fi. ff. si pars hær. pet. solet etiã in obitu diuitum his casibus Senatus mittere Secretarium, & hostiarium, & quando nullus reperitur hęres, & hęreditas est vacans: solet deferri Fisco, qui post fundatam intentionem suam de possessione, & morte defuncti facit fieri proclamata, vt si quis vult esse hęres &c. compareat termino dierũ. etsi nullus esset declarat hęred. vacaniẽ, &c.

Nota.

Quod non semper aliquis interrogatur an sit hęres, sed etiam pro qua parte, vel quantum possidet.

1 Fit autem hoc in actione personali.

2 Quando certum petendum est.

3 Quod actio sit hęredi hæreditaria, glossa l. 1. ff. de inter-

erroga t. actio.

Si igitur alicui sit relictum legatũ iure institutionis, & pro eo consequendo intentet actionem personalem ex testamento, quod in expletione legati impenderit recipiet ab hærede, ex statuto, c. 401. vol. 1. §. Et quod legatarius.

Sin verò egerit actione mixta, idest familiæ hercis. de qua infra, fo. expens. non debebuntur, & nunc sub Iudice lis vertitur huiusmodi.

Si sit interrogatio an scripserit, &c.

VTrum scripserit, vel subscripserit manu propria, vel scribi, vel subscribi per alium fecerit infrascriptum originale chirographum tenoris infrascripti. Si verò quis negauerit an posset postea pœnitere, & euitare pœnam re integra, vide l. hoc edicto. ff. de pub. & vectig. Riminal. seniorem, cons. 738. vol. 4. num. 12. *Vide stat. c. 75.*

Si de interrogatione an velit vti testibus, vel aliquo instrumento.

VTrum velit vti capitulis, & testibus super eis productis examinatis, & iuratis, vel tali instrumento, siue scriptura producto in causa vertente inter ipsas partes coram præfatis D. Consulibus occasione (exprimatur) sub die (exprimatur) eorumq; dictis, & attestationibus, & sacramentis: etsi voluerit vti exprimat in totum, (An admittatur respõsio, volo vti in parte, & partibus fauorabilibus, vel separatis. Rota Genuæ decis. 95. & 153. Ias. l. manifestè, nu. 8. ff. de in lit. iu.) vel pro parte, & p qua & quanta parte. Nota quòd hæc interrogatio debet produci, seu fieri corã illomet Iudice, corã quo testes, vel scriptura producti fuissent, & debet fieri interrogatio in specie, non autem in confuso, ad hoc vt interrogatus certus reddatur super his, super quibus interrogabitur, verum tamen interrogari nõ poterit, an velit vti aliqua relatione seruitoris, nec aliquo instrumento, vel scriptura facta, vel facto per alios, quàm per ipsum interrogatum, nec aliquibus testibus examinatis inter alias psonas, nec aliquo instrumẽto vel scriptura, vel aliquo actu iudiciali, neq; dictis testium *Vide Nou. Const. lib. 4. de pæni. cons. quis fals ũ stat. c 76. Bos. tit. de fal. nu. 119.* *Vide stat. c. 203. vol. 1.*

in facto proprio, quando sunt confecta de antiquo videlicet ab annis decem retro, nec in causa alicuius appellationis, nec reuisionis arbitramentorum de productis, nec actitatis in aliqua causa præcedenti mediatè, vel immediatè. Deinde subditur clausula cõmunis, & causa, Itaq; cõmutatione causę licebit postea aliud etiã iudiciũ, aduersus eundẽ instituere, l. neq; ad exhiben. C. ad exh. nisi deduxero in causa, & prosecutus fuero omne ius, per clausulam deducens, &c. quæ nõ est semper, ita salutaris, vt oẽs existimant, ob quã fit talis interrogatio, est q; si dictus B. vel alia persona legitima pro eo, & eius nomine respondebit, se tenere, & possidere, seu quasi vel dolo desijsse possidere dicta infrascripta bona immobilia (vel mobilia) ipse A. ea vendicare vult. Siuè enim agatur rei vendicatione Publiciana hypothecaria, vel possessorio cõtra aliquẽ interrogatio procedere debet, an possideat, cuius interrogationis effectus est triplex.

1 Nam vel reus negat se possidere, & re ipsa non possidet, & debet absolui reus ab obseruatione iudicii expressa causa, quia non possidet.
2 Vel conuincitur mendacii, & actor intentat remedium adipiscen. possessoriũ ex l. qui restituere. ff. de rei vind.
3 Vel non conuincitur mendacii reus, actor tamen docet de iure suo, & fertur declaratoria super iure agentis, & hæc sentẽtia poterit postea exequi cõtra reũ, si vllo vnquã futuro tẽpore possidere reperietur, l. si à re. § 1. ff. de excep. Bart. & intẽdit vigore eius iuriũ anteriorũ, & potiorum (quando agitur actione hypothecaria contra principalem debitorem post intendit, dices iure pignoris, & hypothecæ, quando contra tertium possessorem post intendit, addito vti bona aliàs Titii obligata, & hypothecata ipsi A. vigore vnius instrumenti depositi librarum mille Imperogati p &c.) deinde subdito (quãdo ages actione, rei vendicatorio) cum fictis, fructibus, & redditibus dictorum bonorum à tempore eorum occupationis, & detentionis citra, & in antea vsq; ad effectualem relaxationem dictorum bonorum. [Si actione hypothecaria dicitur vsq; ad effectualẽ solutionem dicti debiti, & damnorũ, & expensatum.] Vel responderit se hæredẽ, vel se immiscuisse,

se, vel se immiscere velle in hæreditate dicti Titii, intendit contra eum, & eius bono consequi scuta mille, ad quos dictus Titius erat obligatus versus ipsum A. ex causa depositi veri, & realis publico apparente instrumento depositi rogato per N. Notarium Mediolani anno &c. Qui si responderit, se scripsisse, vel subscripsisse, vel scribi, vel subscribi fecisse per alium dictum infrascriptum originale chirographum, dictus A. intendit consequi, & habere summam pecuniarum, de qua in dicto chirographo fit mentio vna cum omnibus damnis, expensis, & interesse.

Et si responderit velle vti dictis testibus, vel dicta scriptura intendit redarguere de falso tam dictum B. quàm dictos testes, & notarium: Deinde subditur clausula generalis, si verò non responderit, vel minus legitimè responderit, q̃ eis dispositio statutorum, & iuris suum sortiatur effectum. Quæ quidem bona sunt infrascripta videlicet, ponantur cum cohærentiis, vel cuius quidem chirographi tenor est videlicet describatur. Si sit aliquod animal designandum erit per pilorum colorem, vel cornua, & huiusmodi. Nota q̃ huiusmodi interrogationes subscribuntur à Iudice, & ab Actuario ad libitum partium, tutius tamen est, & sic de iure requiritur, vt scribantur ab Actuario. Aduerte q̃ si procurator in aliqua causa produxisset aliqua capitula, vel testes, vel instrumenta falsos, vel falsa, debet interrogari, tam ipse procurator, quàm Dominus an velint vti vesupra, alioquin ex sola responsione procuratoris non posset quetelari de falso Dominus.

Insuper de iure scriptura publica, siue priuata nõ probat sine causa puta depositi, mutui, & huiusmodi. tamen ex dispositione statutorum Mediolani, c. 96. vol. 1. cauetur quod scriptura etiã sine causa, Hic Iason quid dicat? qui nudi pacti exempla inuenire difficile esse dixit, & etiam facta, prout sunt ferè omnes quas faciunt mercatores, q ui pecunias negotiantur aptando nomina, idest credita, & debita, & partitas in libro. Angel. l. singularia. ff. si cer. pet. per acceptilationem. l. siue pecunię interuentu, obligationes inuicem tollendo. Statur autem interpretationi, & declarationi eius, qui scripsit, si oriatur dubium de parcella annotata in absentia partis, in absentia creditoris valeat

contra scribentem. Idem Paul. Castr. in l. idem respon. de verbor. obligat. & cons. 331. & l. in conuentionalib.

§. 3. *De relationibus generalibus.*

SVccessiuè intimatis interrogationibus fit relatio, quæ relatio fieri solet, vel in principio actus, vel in fine. Si autem fiat in principio solet sic fieri.

In nomine Dñi Amen. 1580. Indictione, &c. die, &c. coram, &c. Retulit N. seruitor publicus communis Mediolani Port. & Par. talis se die tali parte, & mandato infrascriptis iuisse domum habitationis infrascripti B. sitam in Por. & Par. tali, & ibidem ipsi personaliter reperto, vel reperta de eius familia copiam vnam infrascriptæ interrogationis signatæ intimasse, dedisse, & dimisisse, & terminũ statuisse, & fecisse in omnibus, & per eã, prout in mandatis habuit, & continetur in dicta interrogatione tenoris sequentis videlicet, ponitur. Si autem fiat post actũ sic solet concipi. posteà verò suprascriptis anno, & indictione, die verò tali, coràm vt supra. Retulit sequitur vt supra, aptãdo sensum, videlicet, vbi dicitur infrascriptæ dicitur suprascriptæ, & in fine loco tenoris dicitur de qua supra. Quando autem (quod habet locũ etiã in exule ex ordine Senarus 1596. 20. Martij) intimata esse illi, q se obtentasset à Ducatu, & Mediolano cum tota, vel maiori parte familiæ, solet fieri relatio hoc modo (retẽto principio aptè referendo vsque ad domum inclusiuè) inde dices domum talis sitam in tali cõtrata talis parochiæ, vbi dictus B. consueuerat habitare antequam se absentasset à Ciuitate, & Ducatu Mediolani, & ibidem copiam vnã repertis in ea habitantibus intimasse, dedisse, & dimisisse, deinde aliam similem copiam intimàsse, dedisse, & dimisisse in dicta contrata domus olim habitationis dicti B. eam affigendo ad muros publicos præsentibus de hinc inde euntibus, & redeuntibus, & de vicinis dictæ parochiæ, & vltimo iuisse ad scalas Pallatij Broletti noui communis Mediolani, & ibidem aliã copiam intimasse, & dimisisse præsentibus pariter de euntibus, & redeuntibus, & eadem die suprascriptæ intimationis copiam vnam dimisisse, & portasse ad offi-

cium

cium ſtatutorum communis Mediolani in manibus Gubernatoris ipſorum ſtatutorũ, & feciſſe in omnibus,& per omnia, prout requiritur ex forma ſtatutorum communis Mediolani, & in mandatis habuit:ſi autem eſſet relatio forenſis,qui poſſet conueniri in Ciuitate,& Ducatu Mediolani,relatio ſic ſolet fieri. Retulit N. ſeruitor publicus cõmunis Mediolani, vt ſupra,ſe die tali,hora ſextę,ſeu veſperarum (prout in facto) vel circa, vna cum N. publico tubatore communis Mediolani parte,& mandato,& inſtantia infraſcriptis,vel ſupraſcriptis citaſſe. N. ad ſcalas Palla tij communis Mediolani,& ad arengheriam,ſeu lobiam de oſtijs poſitã in Broleto Mediolani, & ad fores eccleſiæ Majoris Mediolani ſono tubę præmiſſo,& copiam,ſeu copias dictæ citationis, vel intimationis in qualibet parte ſupraſcriptorum locorum dimiſiſſe affixas præſentibus reſpecti uè euntibus,& redeuntibus illhac,& terminum ſtatuiſſe,& aſſignaſſe,nec non eodem die aliã copiam portaſſe ad officium ſtatutorum cõmunis Mediolani, & per Gubernatorem dictorum ſtatutorum infilciatam fuiſſe, & feciſſe in omnibus, & per omnia ad formam ſtatutorum communis Mediolani.

Forma relationis illius, cuius porta reperitur clauſa.

REtulit vtſupra,ſicuti die hodie,vel heri parte,& mandato,ac inſtantia ſupraſcriptis,vel infraſcriptis iuerat ad domũ habitationis talis ſitam in tali porta,& parochia pro intimanda copia vna infraſcriptæ,vel ſupraſcriptæ intimationis ſignatę,&c. ſed quia inuenit ianuam, ſeu portã ipſius talis clauſam: ideo ſeruando diſpoſitior ẽ ſtatuti cõmunis Mediolani,copiam vrã dictę relationis intimauit ad domũ ipſam, ſeu portã ipſius talis citati ibidem dimittendo copiam dictę citationis per rimu ã porta; deinde aliam copiam ipſius citationis portaſſe Reuerendo Dño N. Parochiano parochiæ ſupraſcriptæ talis citati,& ibidem etiam copiam dimiſiſſe, & intimaſſe, & feciſſe in omnibus, & per omnia, prout requiritur ex forma ſtatu-

torum

torum communis Mediolani, & in mandatis habuit, & hactenus de relationibus. Aduersus relationem quare ab actuario admitti non debeat, vel admissa non valeat, quæ opponantur, vide stat. 204. & 205. vol. 1.

Sunt, & alia genera interrogationum, quæ apud Doctores tractantur, inter quas est, vt cum velles agere contra aliquem, de cuius ætate posset exiode dubitari in fine litis, vt validum sit iudicium, seu vt cautius agatur: interroga-

Vide Rol. fol. mihi 341. tit. de iudic. vbi multa. & Specu. Ex no. cõst. lib: 2. Ex stat. c. 77. vol. 2.

re debes ipsum cuius ætatis sit: qui si responderit se maiorem, esto, quòd esset minor, sibi præiudicabit, nam multum periculosum est cum tali, de cuius ætate dubitatur, litigare, si enim reperiatur non legitima ætatis, & steterit in iudicio sine tutore, vel curatore sententia lata pro eo valebit, contra verò non; & si responderit minorem, curabis, vt legitimet personam suam accipiendo tutorem, vel curatorem', vel citando proximiores Agnatos. pariter quando velles mouere litem contra aliquem, quem non bene constaret cui foro esset suppositus, ad hoc ne defectu iurisdictionis processus corrueret, interrogabis illum, vt respondeat cui foro immediatè sit suppositus; nam per statuta disponitur, quòd quilibet in iudicio interrogatus teneatur dicere, & respondere cui foro immediatè est suppositus, aliter in sui præiudicium habeatur illud, quod erit deterius in eius præiudicium videlicet quòd sit in foro D. Potestatis Mediolani, vel alio foro, donec clarè responderit, & si mentitus fuerit, & probatum fuerit, habeatur illud, quod erit deterius contra ipsum.

§. 4. *De comparitione interrogati ad terminum deliberandi.*

IN termino deliberandi, Reus solet aliquando comparere, & proponere eius exceptiones sibi competentes, per quas putat elidere intẽtionem Actoris interrogantis, inter quas præcipua esse solet exceptio declinatoria ex defectu iurisdictionis, vel personæ iudicis puta quòd sit inimicus, vel affinis partis, vel similẽ causam habeat, vel alia exceptio peremptoria, vel prout in facto, de quibus non

potest

poreſt dari certa regula, vnde poſſet facere comparationem ſub conſimili forma videlicet.

1580. Indictione tali die, tali menſis talis, hora tali debita cauſarum coram honorando Iudice tali Mediolani.

Comparet B. cum reſeruatione quorumcunque eius iurium, &c. (qui ſi non habitabit in loco iud. faciet electionem habitaculi hoc modo quatenus teneatur, & non aliter ſuum elegit habitaculum domi habitationis talis ſitæ in tali parochiæ talis portæ, vbi, &c.) in debito aſſerto termino eidem ſtatuto ad deliberandum ſuper aſſerta forma interrogationis (vt dicitur) productæ ſub aſſerta die tali menſis talis, hora tali per A. prætenſi effectus, & continentiæ, vt idem comparens reſpondere velit an teneat, &c. repeti debet tenor dictæ interrogationis, & prout ſic vel aliter contineri dicitur in dicta aſſerta interrogatione, & cauſa omnium in ea contentorum. Dicens propterea (ſi erit declinanda iuriſdictio, vel ex defectu iuriſdictionis, vel perſonæ iudicis excipiendo cum bona venia præfatum D. Iudicem non fuiſſe, nec eſſe iudicem competentem. Quotidianę ſunt cantilenæ, & nenię triuiales iſtæ exceptiones incompetentiæ: ad quas extinguendas, & comprimendas, multi adeunt Excell. Senatum precantes prouideri his verbis.

Dignetur M.V. mandare præfatis DD. Abb. & Conſuli, ac actuario eorundem, vbi cauſa prędicta ad eorum forum ex forma nou. conſt. non ſpectet, vt cauſam, & partes ad Iudicem competentem remittant, nec in ea ſe intromittant ſub pœna nullitatis expenſarum, &c. & alia arbitrio. Qui ſolet reſcribere, fiat, concedatur, vel quidpiam huiuſmodi, inter ipſas partes, & ſuper cauſa, & quæſtione, de qua in dicta aſſerta interrogatione, tam inſpecta conditione perſonę prędicti D. Iudicis, quam dictarum partium, ac etiam, & qualitate cauſæ, prout apertius in iuris allegationibus demonſtrabitur. *Si* autem ceſſaret exceptio incompetentiæ, & militaret exceptio recuſationis: tunc dicitur dicens propterea, quòd præfatus D. Iudex non debet de iſta cauſa ſe intromittere, nec ad vlteriora procedere, quia dictus comparens propoſuit, & allegauit præfatum.

Causas recusationis, & suspicionis iud. intrac. Steph Auff.

fatum D. Iudicem esse sibi iure merito suspectum, & maximè causis, & rationibus infrascriptis.

(Si ordinarius sunt exprimendæ causæ suspitionis, Reculandi.

Iudicis causæ sunt hæ si probetur esse.
Amicus valdè.
Aduocatus in communi negotio, vel
Consultor.
Conciuis.
Inimicus.
Dominus.
Filius Aduocati.
Habere similem causam.
Esse in loco minus tuto.
Priuignus.
Secreto in aures loqui.
Testis in causa.

Alciat. cons. 369. n. 25. ait Iudicem posse recusari, quando grauat partē, secus si delegatus, quia sufficit cum iuramento allegare suspectum. (primò, quia prædictus D. Iudex est inimicus dicti comparentis, & affinis aduersarij, dicantur aliæ si competant) mox, & alijs rationibus, & causis suis loco, & tempore proponendis. Protestans propterea dictus comparens in principio, medio, atque fine presentis comparitionis, & oppositionis, quòd per præsentem comparitionem, vel actum, seu aliquam aliam vel aliquem alium quem, vel quam ipsum B. facere contigerit in futurum, non intendit, nec vult in præfatum D. Iudicem tamquam in eius Iudicem competentem aliqualiter consentire, quinimmo cum omni reuerentia vestram iurisdictionem, & audientiam tamquam iudicis incompetentis (si sit allegatus suspectus dices suspecti) omnino declinat. Quando sola exceptio incompetentiæ competit ne habearis contumax, debes subdere, & vbi præfatus D. Iudex aliquo modo dici posset, & sit iudex competens (proponendæ erunt exceptiones, tam nullitatis, quam iniquitatis, quod etiam faciendum est, quando non competit

petit dicta exceptio, vel recusationis) dixit, & dicit de nullitate dictæ assertæ interrogationis, & omnium, & singulorum in ea contentorum, tum quia procedunt, ac fiunt minus legitimè, & solemniter, & non seruatis de iure seruandis, & carent debitis solemnitatibus à iure, & ex forma statuti requisitis, item incongruis loco, & tempore. Item ad assertam instantiam personæ, iure, & actione carentis taliter agendi, seu interrogandi, & petendi, prout interrogare, & petere velle videtur, cui opponitur exceptio tua non interest, seu pacti de vlterius quicquam non petendo iuramento vestiti, item doli mali, & quòd petis, quod intus habes. Item quia dicta assertа interrogatio producta fuit contra formam statutorum, & iuris, item quia fuit, & est incerta dubia, vaga, & obscura, pecans in materia, & forma, & demum talis, cui de iure non venit, nec debet responderi. Petens propterea si proposita fuerit exceptio declinatoria, & velis, quòd remittatur causa) per prefatum D. Iudicem causam, & partes remitti debere ad suum Iudicem competentem, seu saltem pronunciari super dicta exceptione declinatoria diffinitiuè seruatis de iure seruandis. (si verò recusationis) per præfatum D. Iudicem eligi debere arbitrios iuris, coram quibus probare possit dictas causas recusationis, & cognoscere, & decidere possint super dicta suspitione, prout de iure tenetur. Si autem cessant dictæ exceptiones, sic præfatum D. Iudicem declarari dictam interrogationem nullam, & vbi aliquam non teneri dictum B. illi respondere, & absoluendum esse à petitis: & partem aduersam condemnari debere in omnibus expensis, damnis, & interesse, tam factis, & passis, quam in futurum faciendis, & patiendis, de quibus fit solemnis protestatio & poterit petere consilium sap. vel compromissum, & quando interrogatio est an sit hæres potest peti terminus deliberandi, qui conceditur ad mensem si maior, & ad tres menses si minor, vel curatore indigens, ex forma statuti, cap. 75. vol. 1.

Si Reus fecerit aliquas exceptiones esto friuolas, solent deferri scripturæ illi iudici, qui concesserit ipsam interrogationem, qui visis hinc inde deductis solet, vel

scripto

scripto pronuntiare quid faciendum, suspendere, moderari, reuocare, vel per processum ad vlteriora pronuntiare in causa esse procedendum ad vlteriora, attenta efficacia statutorum dispositione, per quæ cauetur, quod istis interrogationibus Reus tenetur respondere, & compelli possit per omnia iuris remedia non obstante statuto de sapientibus dandis, nec denuntiatione, nec aliqua exceptione qualiscunq; esse possit dicta exceptio, & quisquis sit interrogans, sed saluis omnibus exceptionibus suis (de iure tamen multi sunt casus, vt inquit Rolandinus, in quibus respondere non tenetur, & maximè quando aliquis interrogatus de consistentibus in iure, vel an bona, vel mala fide possideat, vel si interrogatio sit impertinés, vel quãdo esset super eo, quod in animo consistit, vel si interrogaretur an esset Dominus, vel de alieno facto, vel super negotio principali, & Paulus Castr. in l. iudices de iudicijs dicit, quòd si pars vult super negotio principali petere puta an sit debitor eius, vel an mutuauerit non debet audiri, nisi per modum positionum, vel capitulorum, & quòd si darentur talia interrogatoria tangẽtia principale, debet dicere non teneri respondere, sed dentur capitula, vel positiones, & respondebo credere, vel non, nu. 7. & 8. vel super re continente crimen, vel turpitudinem respondentis, neque etiam cogitur ille respondere, qui non cogitat iudicium pati, puta, quòd sit tutus exceptione fori. vnde Reo, siue comparuerit, siue non (stando in casibus, in quibus, vel de iure, vel ex forma statutorum possit interrogari) emanari solet præceptum interrogando iubẽdo, in quo debent poni duo termini, videlicet, primus ad respondendum, secus ad videndum accusari cõtumaciam, alter verò ad videndum dictam interrogationem pronuntiari pro cõfessa, & hoc præceptum signatur omnino à Iudice, & quando agitur de interrogatione, an velit vti instrumento, talis primus terminus non potest esse minor tribus diebus. Idem si agatur de respondendo formę sacramenti.

Vide etiã Pap i prin. Spec. eod. tit. & Rol.

Ex stat. c. 76. vol. 1. & c. 100. vol. 1.

Forma præcepti interrogando iubendo.

1580. Indictione, &c. die, &c. menſis, &c. hora, &c. Mag Domini N. Iudex Mediolani omnibus modo, &c. (extenſio via, iure, & forma, quibus melius potuit, & poteſt) ad petitionem, &c. (requiſitionem, & inſtantiam) A. præſentis, &c. inſtantis, & requirentis) præcipit interrogando iubendo ſub pœna iuris, & ſtatutorum B. de &c. perſonaliter, vel &c quatenus ipſe B. interrogatus, & iuſſus die N. tali quę erit talis mẽſis in tertijs hora debita cauſarum compareat coram præfato D. Iudice ad eius tribunal iuris ſitum, &c. ad reſpondendum clare, & ſine aliqua conditione illi interrogationi alias coram præfato D. Iudice productæ ſub die tali, mẽſis talis, hora tali, & eidem B. intimatæ cum debito termino deliberandi, prout ex eius relatione intimationis, de qua in actis (ſi factæ fuerint aliquę exceptiones, & eis non obſtantibus iudex voluerit procedere ad vlteriora ſubditur, & hoc non obſtantibus quibuſcumq; exceptionibus in actis, vt dicitur propoſitis contra dictam interrogationem per dictum B. vti friuolis, & impertinentibus) aliter compareat ad videndum per dictum A. ſeu eius legitimam perſonam eius nomine accuſati contra ipſum B. contumaciam, & ſucceſſiuè dicta die in Veſperis (ſiue alia die vtili, hora, prout in facto) dictus B. compareat vtſupra, & prout ſupra ad videndum per præfatum D. Iudicem pronũciari, & declarari dictam interrogationem pro confeſſa, & confeſſata in eo, quod eſt, vel erit, vel eſſe poteſt, & poterit in maius damnum, & præiudicium dicti B. & eius iurium & ſic ipſum interrogatum haberi ipſo iure pro confeſſo in eo, quod erit in maius præiudicium ipſius B. non reſpondentis, uel obſcurè reſpondentis, & in eo, quod eſt, vel erit, vel eſſe poteſt, & poterit in maiorem fauorem, & vtilitatem dicti A. & eius iurium, & ad videndum fieri omnia alia, &c. de cuius intimatione relationi. N. ſeruitoris communis Mediolani plena dabitur fides. Datum Mediolani die ſupraſcripto. Signantur à Iudice, & ſi dicatur non obſtantibus

Videſtatutum, c 95. vol. 2.

exce-

exceptionibus partis aduersę, debet etiam subsignari ab actuario, nam tunc habet vim interloquutionis.

§. 5. *De responsione facta interrogatione.*

De effectu siue correlatiuo inter rogationis, quæ est responsio, &c.

INtimato tali præcepto, interrogatus tenetur vel appellare, & statim obtinere inhibitionem, vel respondere, dictæ interrogationi, velit eam pronuntiari contra se. Et solet responderi modo sequenti.

1580. Indictione tali, die tali, talis mensis, hora, &c. coram Magn. D. Consulibus Iustitiæ Med. &c.

Comparet semper cum reseruatione eius iurium, &c. occasione asserti termini eidem (vt dicitur statuti) interrogando iubendo ad respondendum assertæ interrogationi (vt dicitur) productæ per A. & intimatæ eidem comparenti cum asserto termino deliberandi, & prout sic, vel aliter continetur dicitur in dicto præcepto interrogando iubendo (vt dicitur) concesso sub asserta die, &c. ad quod relatio habeatur sine prędudicio, &c. nec non occasione dictæ assertę interrogationis, vnde ipse comparēs dixit, & dicit (acceptatis, tamen prius dictis prędcepto, & interrogatione in partibus fauorabilibus tantùm) de nullitate, & inualiditate dicti asserti præcepti, seu termini statuti interrogando iubendo ad respondendum, vt supra, si prius fecisset comparitionem, & ea non obstante respondendum sit non est opus repetere generalia de quibus supra, sed est respondendum saluis eius exceptionibus: si verò non fecisses, tunc poteris dicere dictum terminum statuti non potuisse pluribus rationibus, & causis suis locis, & tempore deducendis, & allegandis, & demonstrandis, & maxim è quia dicta asserta interrogatio fuit nulla, & iniqua obijce exinde generalia de quibus supra, subijce exinde, & demum talis cui de iure non fuit, nec est respondendum, nihilominus vbi, & quatenus eidem de iure aliquo modo teneatur respondere, & respondendum sit, & non aliter, nec alio modo, quo casu præsens responsio pro non facta habeatur, respondet rem sibi demonstrari, & oculis subijci debere Pap. & clariorem interrogationem esse concipien.

&

& facta reuocan. &c. vt infra, videlicet, ponatur responsio pro veritate secundum subiectam materiam interrogationis. Nota quòd respondens nomine alieno debet habere speciale mandatum, vel saltem cum libera nisi fuerit legitima persona puta tutor vel curator, vel administrator alterius, & syndicus alicuius capituli, quia isti possunt respõdere sine speciali mandato nisi in specie omnibus fuisset intimata. *Alex. Stiaticus. Idem c. 22. fol. 112. et num. 13.*

De contumacia more veteri, & moderno.

Actore scilicet comparente, nam si neq; actor comparat contumacia non est locus, sed a capite est litigan.

ET licet interrogatus responderit interrogationi, quia posset esse, quod minus legitimè respondisset, Actor in termino dicti præcepti pro primo iussu, comparet, & accusat contumaciam, quæ antiquitus sic vsu erat recepta.

1580. Indictione, &c. die, &c. hora, &c. coram, &c.

Comparuit A. semper eius iuribus saluis, & accusauit, & accusat contumaciam, & absentiam B. pro eo, quòd dictus B. citatus, nec aliqua alia persona pro eo, nec eius nomine comparuit ad respondendum interrogationi alias productæ per dictum A. sub die tali, &c. & eidem B. intimata cum debito termino deliberandi effectus, an (subdatur continentia ipsius interrogationis, puta an scripsisset, vel teneret, &c.) prout sibi præceptum fuerat ad terminum suprascriptum sibi datum de quo in actis, quæ contumacia, & absentia clamata fuit per A. seruitorem communis Mediolani, & hoc ad bancum iuris præfatorum Dominorum Consulum pro tribunali sedentium, & ad instantiam dicti A. præsentis instantis, & requirentis, & perseuerantis, & qui perseuerauit coram præfatis D. Consulibus, donec descenderunt de dicto eorum banco iuridico pro iure amplius non reddendo ipsa die, & hora. Nunc autem si prœmisso tempore, & nomine Iudicis, dicitur contumacia data, & accusata contra B. non

comparentem ad respõdendũ, seu minus legitimè respondendũ interrogationi vtsupra eidem intimatæ, vtsupra, & hoc ad instantiam A. præsentis, &c. & perseuerantis, &c. & hoc in termino præcepti interrogando iubendo pro primo iussu. Nota quòd contumaciæ antiquitus cridandę erant, quando iudex à bancho volebat descendere, & non poterat iudex à banco descendere, donec contumaciæ cridatæ essent, vt colligitur ex statutis. Nota etiam quod secundũ Brunatium duplex est contumacia ficta scilicet, & vera, vbi dicit, quòd ad hoc: vt quis sit verus contumax, duo requiruntur scilicet, ꝙ cognouerit aliquo modo, id est vel ad domum vel personaliter se legitimè citatum, & ꝙ potuerit venire, & noluerit venire. nam sunt aliqui casus, quibus citatus non reputatur contumax, licet non compareat, maior Magistratus durãte suo officio citari nõ debet. Item nec infirmus, l. si Prętor. fin. ff. de iud. seu valetudinarius, quia infirmus tali infirmitate, qua à rebus suis auocetur iure non compellitur, nec tenetur etiã mittere procuratorem. Item citari non debet seruus, quia seruus in iudicio esse non potest. Item nec ille, qui ad maius tribunal vocatur, ex ordine Senatus 12. Iunij 1566. pendẽtia litis corã Senatus Excellentiss. non impedit processum ad vlteriora, quia excusatur. Item nec is qui equo publico vehitur, & dum sacra ministrat. Et qui funus familiare ducit, & dum ducit vxorem, sunt etiam alij causis notati apud Doctores. nec in istis casibus quis licet non compareuerit reputabitur contumax verus, & effectusque veræ contumaciæ est; quòd non potest appellare, sed sciendum, quod ex dispositione statutorum, 142. communis Mediolani verus contumax dicitur ille, qui citatus personaliter respõdit nolle venire. Idem dicit Brunatius, qui subdit id intelligi, quando hoc dixisset iudicio: secus si dixisset extra iudicium, & hoc procedere quando veniret iterum peremptoriè citandus, sed si fuisset peremptoriè citatus, siue in iudicio, siue extra, & respondisse nollé venire, quod pro vero contumace reputandum est. Hinc patet cautela, vt si aliquando occurret talis casus. vt facias referri in relatione per seruitorem, ꝙ aduersarius tuus respondit nolle comparere, & licet relatio seruitoris probet de per se, tamen,

Rubrica 2. Idẽ Alain tit. de cit. ex cõsensu §. eũ qui ff. de app.

tamen, vt fortius sustineatur poteris eam, caueant notarij, quia testes non possunt recipi ad æternã rei memoriã, nisi seruatis seruãdis recipi facere per instrumentũ publicum à notario publico cum testibus, & illam exinde exhibere in iudicio per instrumentum authenticum. Sat de contumacia Rei. Actor quoque, & ipse aliquando incurrit contumaciam, quæ maior est contumacia Rei: & ideo eo non comparente Iudex interloquendo pronunciabit Actorem esse contumacem, & delato sacramento Reo; ei condemnabit Actorem in expensis: qui non audietur nisi prius caueat nihilominus refectis expensis. Quando autem nec Actor nec Reus comparent: tunc neuter in aliquo condemnatur: quia inuicem contumacia compensatur, & alibi referam statuta de contumacijs. Reus actoris contumaciam accusat Mediolani coram D. Prętore, &c. per verba nihil accipiatur, vel non finiatur.

Hæc Brn. Vide stas. cap. 10. & seq.

Nota.

Ad differendũ negotiũ, ne contumacia notetur, & accusetur, solent accurati Causidici petere, quod edatur sibi copia cõparitionis actoris, & scripturarũ cum protestatione quod interim non currant tempora: deinde cũ datur copiã, curant, vt ab actuario scribatur dies copiæ datæ.

Solent etiam deinde excusare se cum Actuario, quod vulgò dicitur, farsi tener per buono.

Solent tertiò adire Abbates Notariorum, qui ex causa prouidere possunt, vt etiam non obstante cassatione, acta recipiantur in filo.

Vltimò Senatus Excellentiss. re intigrà admittit ad purgandam contumaciam, solutis impensis, in forma; res autem dicitur integra secundum materiam subiectam, regulariter antequam sit acta causa, idest decisa per sententiã, l. eius qui, C. si pend. appell.

Nota.

Hæredẽ reintegra debere iterum interrogari: quia pęna contumaciæ non transit ad hæredem. Bart l. 1. §. sed, & constitutio ff. de calumniat. num. 4.

De Pronunciatione more veteri, & moderno.

IN termino præcepti pro secundo iussu Actor procurat à Iudice pronunciari interrogationem, quæ cum fit de forma, passim admittitur à iudicibus; cuius formula sequitur secundum veterem stylum. Præmisso tempore, &c.

Præfatus Mag. D. Iudex pro Tribunali sedens ad petitionem, instantiam, & requisitionem A. præsentis, instantis, & requirentis non recedendo ab aliqua alia pronunciatione, &c. omnibus modo, &c. pronunciauit, & declarauit, & pronunciat, & declarat interrogationem alias productam per dictum A. sub die N. & intimatam infrascripto B. cum debito termino deliberandi continentiæ, prout in ea, pro confessa, & confessata, & eam confessam, & confessatam haberi vult, & intendit in eo, quod est, & fuit, & erit, & esse, & facere potest, & poterit in eius A. & iurium suorum maiorem fauorem, & vtilitatem, & in maius damnum, & præiudicium dicti B. & eius iurium, & hoc vbi dictus B. non responderit, vel minus legitimè responderit dictæ interrogationi, & in omnibus iuxta dispositionem iuris, & statutorum communis Mediolani. Et hoc in termino præcepti interrogando iubendo pro secundo iussu. signatur à Iudice. Post quam additur præsente A. & acceptante, &c. & absente dicto B. ad hoc legitimè citato, & monito per contumaciam, cuius contumaciam, & absentiã dictus A. accusauit, & accusat.

Vtrum facta ista pronuncia in contumaciam, Reus admittatur ad purgandum moram refectis prius expensis contumacialibus, Excellentissimus Senatus consueuerat passim dare litteras, vt non obstante pronuncia in cõtumaciam admitteret ad respondendũ tali interrogationi, vbi res esset integra solutis expensis contumacialibus: de iure verò quæstio ista est valde disputabilis: aliqui tenent quod possit purgari ante litẽ contestatam, aliqui verò inter quos est Papiensis in glos. 1. quia in forma excipiendi contra positiones, n. 2. & decis. Tolo. nu. 303. causis ibi relatis,

latis, tenent contrarium, quòd scilicet non admittatur moræ purgatio eo quòd in dispositione inest dies, & pęna videlicet, quia est dies certa faciendæ responsionis, & pęna, quia subditur, quòd aliàs habebitur pro cõfesso: id etiam magis confirmatur ex dispositione statutorum Mediolani: per quę cauetur, quòd non respondens habeatur, quòd nolit vti instrumento producto, & rursus, quòd interrogatus in iudicio an scripserit, vel subscripserit, vel scribi, vel subscribi fecerit aliquam scripturam, vel aliter interrogatus in casibus à iure, & statutis concessis non responderit clarè habeatur ipso iure pro confesso, & pronunciato in eo, quod erit in maius præiudicium non respondentis, vel obscurè respondentis. Ita quod acquisitum fuit ius tertio, quod non potest auferri bene verum est, quòd D. Lafrancus Orianus in cap. quoniam contra de probationibus tit. Instrumentorum productiones, num. 42. facit hanc quæstionem, nempe vsque ad quem terminum possint produci etiam citra pœnam expensarũ instrumenta vbi tenet vsq; ad conclusionem in causa saluo nisi esset statutus certus terminus per statutum, vel legẽ, quia vltra illũ non liceret instrumenta producere cũ terminus statutus à lege, vel statuto semper intelligatur perẽptorius, nec vltra terminum à lege, vel statuto statutum aliquid proponere licet: si verò talis terminus producendi instrumenta non statuitur per legẽ, vel statutũ, sed per iudicẽ; secũdum communem opinionem vltra terminum possunt produci re integra, si ius aduersarij non sit effectum deterius, nam si essent peremptι testes aduersarij post terminũ, per quos testes aduersarius reprobaret instrumentum, non posset reproduci instrumentum post terminum iudicis aliàs sic. quilibet ergo sit cautus in iudicio, nec modicum reputet in facto, quod maximum est in iure. Nota, quòd iste interrogationes quandoque fiunt ante litem contestatam, & quandoq; post litem contestatã. nã possunt fieri, de iure, & ex forma statutorũ Mediolani in qualibet parte iudicij. Si fiunt post litem contestatã possunt fieri vsq; ad conclusionem in causa vbi consueuit concludi: secus vsque ad sententiam diffinitiuam exclusiuè. Si autem fiant ante litem contestatam possunt fieri ante libellum de per sè, vt

Ca. 76. vol. 1. & 195. vol. 2.

Vide Pap. in gl. quanus ĩ for ma interr. fiendæ con reo conuento actione reali.

Mediolani fit vel vna cũ libello, vt fit in pluribus Ciuitatibus, & etiam aliquando Mediolani, mihi tamen magis placet, quòd proponantur libello quod etiam secutus est ipse Papiensis, qui separatas posuit interrogationes à libello, licet dicat vtrumque satis tollerabile, & practicabile. Præterea semel interrogatus non est amplius interrogandus, nisi interrogatio esset nulla, ex glo. ad stat. cap. 75.

§. 8. *Cuius effectus sit responsio interrogati.*

Vide Spec. de interr. sit. nũc de interr. ef fectu. Vide Pap. & Alciat. & Rol.

ET quia plerumque interrogatus solet respondere interrogationi: videamus cuius effectus sit huiusmodi responsio: & quidem eius est effectus, & virtutis, quòd si quis responderit tenere, vel possidere, vel se esse hæredem eius, cuius nomine conuenitur, vel scripsisse, vel quid aliud simile: tenetur ea actione, qua aduersus eũ agitur, ac si suum esset, vel possideret, vel haberet, vel res, esset sua, ac si ipse contraxisset. Atne interrogatus facilis esset ad decipiendũ Actorem, & ad deierandum: leges & statuta comminantur varias pœnas negantibus; nam qui negat possidere, vel detinere, poterit actor absq; aliqua probatione peti se mitti in possessionẽ rei petitæ tamquã vacãtis, saluo iure tertij: si verò conuinceretur de mendacio, l. in rem actione. ff. de rei vind. per probationes, itidem fiet missio in possessionẽ bonorũ, & reus priuabitur commodo possessionis, & per statuta cauetur, & interrogatus negans propriã scripturam per se, vel per alium eius nomine factam, & contrarium probatum fuerit, vel ostensum ipso iure cadat in pœnam dupli quantitatis, vel æstimationis rei, vel iuris in dicta scriptura comprehensi, & negans sigillum tenetur de falso secundum aliquos Doctores: item negans genealogiam, ideſt quem fuisse, vel esse filium, patrẽ, vel auum, vel legitimum, vel ascendentem, vel descendentem, vel hęredem, vel maritum, vel vxorem, vel fratrem, vel sororem alicuius, vel aliquem fore defunctum, & probatum fuerit, quòd negatum fuerat esse, vel fuisse verum,

Vide stat. c. 83. vol. 1. c. 54. eo. et 195. vo. 2. Vide Pap. gl. quod ne gatur. for. opp. con. in strumenta. Vide Pap. vt sup. l. 2.

rum, condemnetur absque alio processu in libris viginti quinque Imper. & vltra teneatur ad restitutionem omnium expensarum, & damnorum, & interesse, quę ea occasione aduersarius interrogãs passus fuerit, & intelligitur negasse etiam qui per se, vel procuratorem generalem, vel specialem, uel aliam legitimam personam respõderit non credere: si autem negans non habuerit probabilem causam ignorantiæ, & hoc arbitrio iudicis: Item negans aliquem mortuum fuisse, & contrarium probatum fuerit: ipso iure sit condemnatus in libris decem, & expensis, nec audiri debeat negans facta probatione, donec soluerit prædicta. Nota facta responsione interrogationi incipit currere instantia hoc modo si interrogatione facta fuerit petitio, prout sæpius fieri solet: uel si principaliter uolueris conuincere aduersarium de mendacio, ad effectum, ut priuetur commodo possessionis, & de reo fiat Actor, uel quod condemnetur in expensis, ut supra. *Ex stat. c. 71. vol. 1.*

§. 9. De forma sacramenti.

POtest etiam ante litem contestatam deferri forma sacramenti litis decisiui.

Autor melius dixisse loco litis contestationis, nam iuramentum succedit in locum litis contestationis, l. sed etsi restituatur. ff. de iud. uers. ex quibus autẽ causis nõ cogitur legatus iudicium accipere, nec iurare cogendus est se dare nõ opportere: quia iusiurandũ succedit in locũ litis contestationis, idem l. nam posteaquã ff. de iureiur. uers. si is qui temporali & uers. quia post litẽ contestatã quanti autem referat id scire colligitur ex allegatis iuribus, siue enim reus iuret, siue non iuret, habetur pro cõfesso actore iurante pro relato, at in cõfessũ nullæ sunt partes iudicis, nisi in condẽnandũ. i. non requiritur probatio aliqua, nec cognitio, sed cõdẽnatoria sententia ferri debet, glosa, l. proinde ij si. ff. ad leg. Aquil. & per hoc causæ breuiores fierent nam tunc tantum veritas pateret: & hoc remedium, licet de se optimum esset quando cum viro iusto, & religioso negotium esset, non tamẽ tutum esset, si cũ impio litem sustine- *Ex stat. ca. 100. vol. 1. & 102. vol. 2. Ex Pap in forma sacramenti.*

re velles, nam per hoc iuramentum facis Iudicem aduersarium tuum, qui potius auri, quàm propriæ salutis cupidus, non erubescet deierare. Quidquid sit, subijcitur forma, omissa productione, quia ex suprapositis resultat, & elicitur.

In nomine Domini Amen. Coram, &c.

Hæc est quædam forma sacramenti, seu sacramentorũ, quæ defertur per dictum D. Iudicem ad instantiam dicti A. infrascripto B. in facto proprio, super qua dictus B. iuret, & iurare velit, & debeat, vel referre iusiurandum ipsi A. & cui aliàs ex forma statutorum pro relato habebitur, vt sequitur, videlicet.

Imprimus namque dictus B. iuret, & iurare debeat ad sancta Dei Euangelia, an autem possit quis cogi sub alia forma verbi gratia per ignem sacrum D. Antonij? dic non admitti, vt hoc fiat manibus corporaliter tactis scripturis coram, & in manibus præfati D. Iudicis, in animam, & super animam ipsius B. si (dicatur factũ, quia hæc forma potest adaptari ad quamlibet materiam, qua quæritur,) & si iurare voluerit, quod inter puram, & merã veritatem, aut iusiurãdum referat, seu quod pro relato habebitur ipsi A. iuxta formã statutorum communis Mediolani, & iuris, & causa, ob quam fit, & defertur dictum sacramentum, est, quòd si iurauerit se esse (puta) debitorem de dictis scutis centum, intendit ea con[illegible] qui ab eo vna cũ omnibus expensis: si verò iurauerit non esse: intendit, quòd dispositio statuti, & iuris suum sortiatur effectum. Nota quòd ex dispositione statuti. hæc forma potest deferri in qualibet causa ciuili vertente coram Iudice, Arbitro, vel arbitratore, siue ante productionem libelli, siue cuiuslibet alterius petitionis siue post, vel etiã in qualibet parte iudicij, cum termino saltem duorum dierũ ad deliberandũ non obstante statuto de sapientibus dandis, nec aliqua alia exceptione. Sunt tamen aliqui casus, quibus non habet locum nempè vbi in fauorem illius, cui defertur, obstaret exceptio rei iudicatæ, etiã per arbitria, seu arbitramẽta, quæ executionem mereantur iusiurandi à parte parti delati, vel relati, & præstiti; vel transactionis iuratæ: aut iuramẽtum ipsum deferatur contra tenorem, vel effectum instrumenti

Vide Pap. vbi. et stat. 100. vol. 1.

ti iurati, in quibus casibus, vel aliquo eorum non admittatur forma ipsa iuramenti, nec teneatur ille, cui defertur eo in casu iurare, nec etiam habeat locum, vbi forma iuramenti videretur captiosa, quo in casu possit iudex, vel arbiter, aut arbitrator eam formam moderare, corrigere, ac etiam in totum reijcere, prout iustum sibi videbitur. Quibus casibus exceptis, cum teneatur iurare, vel referre, conceditur præceptum interrogando iubendo, in quo assignatur terminus trium dierum cum hora præcisa tertiarum, vel vesperarum ad iurandum, vel iusiurandum referendum, cuius præcepti formula subsequitur.

1580. &c.

Magn. D. Iudex, sic instante A. semper cum reseruatione, &c. commisit, &c. N. quatenus ex eius parte, & præcepto, & ad instantiam suprascriptam, vadat quolibet die etiam feriato, ad omnes partes necessarias, ad statuendum, prout tenore præsentium præfatus D. Iudex statuit terminum dierum trium proximè futurorum B. persona seriatim, vel, &c. ad iurandum formiter super forma sacramenti producta per dictum A. sub die, &c. & intimata dicto B. cum debito termino deliberandi: prout exactis propterea (si iurare voluerit) compareat die, &c. in tertijs ad iurandum puram, & meram veritatem (si est in facto proprio dicitur de veritate si est in alieno facto de crudelitate) in & super dicta forma sacramenti, seu sacramentorũ, & contentis in ea: alioquin die ipsa in vesperis, compareat, vt sup. ad videndũ per ipsum A. iurari pro relato; & in omnibus, iuxta formã statutorũ cõmunis Mediol: subscribitur à iudice; deberet ét subscribi ab actuario.

Præceptũ interrogando iubendo ad respondendum formæ sacramẽti.

De iuramento præstito.

Nota.

Multiplex ésse iuramentum, vt de fuga.	1
Conuentionale.	2
Suppletiuum.	3
Decisiuum.	4
In litem.	5
Legitimum.	6

Et

Et facultas iurandi concessa à lege, vt ex statuto de damno, & interesse transit ad hęredes, at ex pacto non transit, Plotus de in lit. iu. p. 195. & est cõmunis, licet igitur conductor in instrumento locationis conuenerit, vt possit melioramenta suo iuramento probare, conuentione tamen ista, hęres eius non poterit vti, siue minor, siue etiã maior sit: iuramentum decisiuum potest deferri cuicunq; at legitimum, & suppletiuum, nisi ei, qui sit omni exceptione maior, doct. l. admonendi. propterea qui cesserunt bonis iurare non debent.

Litis decisiuum de quo extat Senatus ordo ne retractetur etiam solutis expensis, diei 19. Ianuarij 1589.

IN termino dicti præcepti sub hora præscripta ad iurandum, fit comparitio, & præstatur iuramentum hoc modo.

1580. Indictione, &c. die in coram, &c.

Comparet B. cum reseruatione, &c. in termino eidem statuto, istis die, & hora iurandi formiter super asserta forma sacramenti, aliàs (vt dicitur) producta, & delati per dictum A. d. B. sub asserta die, &c. ad quam, &c. & causa, & occasione dictæ assertæ formæ sacramenti, & contentorum in ea, ipse comparens acceptando in fauorabilibus tantùm dictam formã sacramẽti in præiudicialibus dixit, & dicit de nullitate, & inualiditate dictæ assertæ formæ sacramenti, & superinde non teneri iurare pluribus de causis suis loco, &c. & maximè, quia (exprimantur causæ militantes in facto, vel in iure) & omnibus finitis subdatur nihilominus, vbi, & quatenus teneatur iurare, & non aliter, nec alio modo, volens gaudere etiam beneficio statutorum communis Mediolani in eo, quòd etiam possit iurare super dependentibus, iurando puram, & meram veritatem ad sancta Dei E.M S.C.T.S. &c. iurauit super primo capite dictæ formæ sacramenti (narretur factum, prout verè se habet) si autem non iurasset; tunc tu altera hora iurabis pro relato hoc modo. Retento principio antecedentis comparitionis, sic post cum reseruatione, &c. in termino iurandi pro relato, istis die & hora, de quo in præcepto intimato B. ad instantiam ipsius A. prout ex actis apparet, ad quæ relatio habeatur. vnde ipse comparens

iuram:

iurando pro relato, ſuper forma ſacramenti aliàs producta per ipſum A. & delati dicto B cum debito termino deliberandi, prout in actis, & attento quòd ipſe B. renuit iurare in termino ſtatuto, adeo quòd ex forma ſtatutorum communis Mediolani, iuramentum ipſum referendum eſt ipſi A. iurauit, & iurat. ad ſancta Dei E. M. S. C. T. S. &c. Quòd in rei veritate (narret factum) Aduertendum eſt, quòd niſi iuraretur in illis horis reſpectiuè, haberetur tale ſacramentum pro non delato, & pro non relato. Nec poſſet poſt hæc, dari forma ſacramenti ſuper ijs, de quibus aliàs delatum fuerit ſacramentum ſuper ijs, de quibus aliàs delatum fuerit ſacramentum. Effectus autem iuramenti eſt, quòd ſi ille, cui defertur iuramentum, iurauerit, ſtabitur ſacramento eius, in omnibus, & per omnia, tàm ſuper forma ſacramenti, quàm ſuper quibuslibet alijs dependentibus, & facientibus ad negotium, de quo quæritur, & in forma ſacramenti fit mentio ad excludendum, vel differendum intentionem deferentis ſacramentum. Si autem iurauerit ille, qui detulit, tunc ſtatur eius iuramento, tam pro ſe, quàm contra ſe. Nota quòd, dum diſputatur ſuper forma ſacramenti, non currit inſtantia, nec tẽpora probatoria ex diſpoſitione ſtatuti, cap. 100. idem de iure argumento eorum, quæ adducit Tiraq. in § 12. glo. 2. retract. nu. 3. & 4. Et hoc iuramentum præſtan. & refer. eſt per ipſas partes, vel procuratores ſpeciales. Vide Papien. in glo. ſimoninus in forma ſacramenti.

Effectus iuramenti.

Depen.

Hinc aduertendum erit, quòd in alijs Ciuitatibus non tranſmittitur præceptum interrogando, iubendo, quia loco ipſius ſuccedit illa comminatio, quòd niſi die ſtata reſponderit ex nunc, prout ex tunc habetur pro confeſſata dicta interrogatio. Et ſic in termino accuſatur contumacia, & fit pronuntia in forma: Mediolani autem illa comminatio non inſeritur in prima intimatione interrogationis, eo quia ex forma ſtatuti requiritur ſecunda iuſſio ad reſpondendum, quæ dicitur præceptum interrogando, iubendo, in quo continetur comminatio illa. Et hæc pro concordantia practicæ fori Mediolanenſis cum cæteris.

CAP.

CAP. III.

Qualiter inchoari possint iudicia.

Specul. Pap. Moran. Oria.

FActa ergo responsione interrogationi per Reum, siue affirmando, siue negando; vel pronunciata in contumaciam: aperta tibi est via inchoandi iudicij: quandoquidem si agendū sit actione reali, incipere debes ab oblatione libelli, qui intimari debet expensis actoris, si coram iusdicentibus ordinarijs litigandum sit; nam si coram delegatis I. C. debet inferi copia delegationis, & litterarum, vel Senatu Excellentiss. vel Consilio secreto, vel Senatoribus, aut vtroque Magistratu. Item Capitaneo Iustitiæ, & alijs, coram quibus proceditur summariè simpliciter, &c. poteris ingredi à requisitione, idest quali quali petitione præuia citatione. Si autem actione mixta, idest interdicto coram D. Capitaneo à præcepto ne quid de facto personali, aut constat de debito, vel iure per confessionē partis tacitam, vel expressam, vel aliter prima facie, aut non: si non. tunc poteris duplici modo incipere, nēpè vel à citatione ad videndū fieri requisitionem, quo frequentius vtimur, quando causa est summariè tractanda, & cognoscenda, & corā illis tribunalibus, corā quibus summariè est procedendum; vel à datione libelli; si causa sit talis, quæ libellum exigat; Quando autem constat de tuo credito, prima facie, & §. si quis prima facie, lib. 5. de off. Abb. Mercat. tunc poteris intentare remedium statuti, & Nouarum Const. in c. si per apparentē, vel à dilatione, siue præcepto 15. dierum vtilium; Est, & tertius modus, seu via inchoandi iudicij, videlicet, cum versaris in casibus, in quibus executiuè potest procedi, quia tunc incipis ab executione facti, idest nulla citatione præuia, velut cum agitur de debitore suspecto de fuga. §. omnium officialium, lib. 5. Nou. Const. tit. de off. Abb.

§. 2. *De citatione, in scriptis, & alijs substantialibus de processu.*

ET priusquam ingrediamur remedia, præmittendum censui tractatum de citatione, & aliquibus alijs substan-

ſtantialibus de proceſſu. Itaque incipiendo à citatione. vnde enim incipit ſtatutum primũ Mediolani, c. 1. vol. 1. Sciendum erit, quòd citare eſt vocare aliquem, vt veniat in iudicium coram Iudice reſpõſurus, ſecundum aliquos doctores, maximè Io. Andreæ, Maran. p. 6. Lafr. Oria. Specul. Alciatum, Aſinium, & Brunatium, ſecundum aliquos ſit iſta differentia, quòd citare ſit viua voce in præſenti iudicio, vocare vulgò dicitur vocetur, ita quod veniat ad iudices, vt accedat, vel recedat: ſed vocare in ius ſit abſentem, & extra iudicium exiſtentem certo aliquo die ad iudicem accire, & ſic copiam agendi facere, ſed confunditur vnum pro alio, & citationem parere triplicem effectum, primò quòd facit pendere litem, ita quòd nihil poterit innouari in cauſa, modo pars peream fuerit inſtructa ſuper quo conueniebatur, & hic ad propoſitum facit ſtatutum de re litigioſa non alienanda. Secundò facit; locum præuentioni, etiam poſt domicilium mutatum, quia poſt exequutam citationem, aduerſarius cõram alio Iudice me conuenire nõ poterit, per regulam vbi cæptũ, ad quod etiam facit ſtatutum diſponens, quòd ſi quis fecerit citare aliquem, vel requirere quouis modo durante inſtantia pro eadem re, vel negotio ſub diuerſis iuſdicentibus; quòd proceſſus ſit nullus, nec citatio præiudicium generet, vltra pœnam expreſſam. Item aliud ſtatut. cap. 9. fol. 46. diſponens, quòd cauſa contradictionis fiendæ alicui præcepto, vel executioni non poſſit ventillari, niſi coram illo iuſdicente, intellige quando agitur de rectitudine, ſiuè retitudine actorum: & citatur pars ad exhibendũ omnia acta cauſæ conditione ex lege inſtrumenta, C. ad exhib. vel ex ſtatuto de grauamine præcepti, &c. quibus citationibus vulgò apponitur clauſula [& interim.] Quia ſi ageretur de retitudine executionis perſonalis partes eſſent DD. Protectorum, & Concellarij eorũ, nec poſſet opponi de iudicio cæpto coram alio, ſed captura coram eis eſſet iuſtificanda, qui conceſſerit executionem, vel pignorationem parte expreſsè contradicente, ſub pęna tam nullitatis, q̃ certę pęnæ. Ité per aliud ſtatut. c. 99. f. 35. vol. 2. cauẽs q̃ ſi quis prætẽdat ſe creditorẽ ius alicui

Vide Ioan. Andr ſtat. 64. vol. 1. Io. Andr. ſtat. cap 8. vol. 1.

alicuj ex vna, & eadem causa pro tẽpore maturo, & petierit agendo, aliquam partem dicti crediti coram aliquo iusdicente in Ciuitate Mediolani, quòd durante ipsa instantia, non possit residuum, nec aliquam aliam partem dicti crediti maturi coram alio Iudice, vel officiali petere, & si contrafecerit ipso iure, & facto cadat à residuo dicti crediti sui, à quantitate primò petita, suprà. Si verò petatur executio alicuius partis crediti maturi, non possit executionem impetrare pro re aliqua in toto, nec in parte infra sex menses à die impetratæ executionis coram eodem Iudice, nec alio officiali, sub pœna vt supra. Beneficiũ citationis neque de consensu partium, neque de auctoritate Principis tolli potest, est enim de iure diuino naturali canonico, & ciuili nisi in quibusdam casibus relatis per d. Marantam 6. par. de citatione, nu. 3. & seqq. & Asin. §. 6. c. 1. & sequen. & citationem etiam de iure, multipliciter fieri posse, scilicet in scriptis, vel viua voce cum citatur præsens in iudicio, ad audiendũ aliquid fieri certa die, vt etiam fieri consueuit coram Vicario prouisionum Mediolani, & cæteris paraticorum tribunalibus in causis minimis, & breuibus, aut per litteras precatorias, siuè in subsidium iuris; quæ non dantur ad Feudatarios, licet actuarij quorumdam feudatariorum quandoq; nescio quo iure eas exigant, Boss tit. de sent num. 24. & hæ litteræ in antiquis præsumerentur interuenisse, iuxta not. l. sciendum. ff. de verb. oblig. vt cuni quis extra iurisdictionem citantis habitat, vel per edictum, quando citantur incertæ personæ, vel cum citatur certa persona, sed forensis, quæ de iure possit conueniri in Ciuitate, vel eius Ducatu, ex dispositione statut. cap. 3. fol. 2. 6. vol. 1. vel realiter. idest, cum quis personaliter capitur, & ducitur ad Iudicem, vt fit in criminalibus ad alia multa vide Spec. Marantam, Rolan. Ioannem Andreæ, & Lafr. de Oriano, in c. quoniam sæpe de probat. in tit de citatione, & Asinium. Sed tamen, hasverò solemnitates in citatione, adeò verum est seruandas esse etiam coram D. Capitaneo Iustitiæ in ciuilibus, vt etiam seruandæ sint coram Arbitratoribus, qui tamen & ipsi procedunt sola facti veritate inspecta, &c. cap. 1. vol. 1. stat. vers. Arbitratores, citationẽ ipsam qualitercunq; fiat

Teste Iodoco in sua prac. crim. c. 13.

Vide prac. cri. Iod ca. 15. & Brunatium.

Vide stat. c. 1. vol. 1. & Post. l. 2. de iud. cap. in cita. Lafr Oria & cæteros

n ſcriptis, vt valeat, debere habere multa requiſita, tam de iure, q̃ ex forma ſtatuti, c. 1. vol. nempè nomina & cognomina iudicis, à quo coram quo comparendum ſit, loco, ad quem comparendum ſit, actoris, & rei, quando citatur certa perſona, ſecus ſi Communitas, vel Vniuerſitas, aut incertæ perſonæ: quia tunc ſufficit expreſſio in genere. Item ſcriptoris, qui ſcripſit. & hoc quando non ſubſcribitur à Iudice, & non habet nomen puri vocabuli citationis. Tunc enim ad libitũ poteſt apponi nomen ſcriptoris; Item cauſam, ob quam citatio ſit. Item diem certam, & quotam menſis. Item horam certam puta in tertijs vel in veſperis. Item quòd aſſignetur competens terminus ad comparendum pro modo diſtantiæ habitantis; Nam ſi Reus habitabit in Ciuitate, & intra corpora ſanctorum Mediolani, vel in loco iuſdicentis, tunc poterit citatio fieri in tertijs pro comparendo in veſperis eiuſdem diei, ſed intimanda erit in tertijs, & ante nonam. vel in tertijs ſequentis. vbi autem Reus habitabit in Ducatu, vel eius porta clauſa inueniatur, tunc aſſignari debebit terminus trium dierum, computato termino comparendi. (prædicta tamen non habent locum in citationibus in cauſis cridarum tranſmittẽdis in vltimis 15. diebus terminorum ex prouiſ. limitat. addendum iura in ſcriptis.) Reſpectu autem illius qui ſe abſentaſſet à Ciuitate, & Ducatu Mediolani, cum tota, vel maiori parte familiæ, & qui aliàs habitare conſueuerat in Ducatu, vel Ciuitate Mediolani: vel abſentis, qui conueniri poſſit in Ciuitate Mediolani, qui non habet, nec habere conſueuerit habitationem in Ciuitate Mediolani, vel Ducatu, terminus erit non minor octo dierum, computato termino ad comparendum, qui tamen longior poterit ſtatui ſecundum arbitrium iudicis inſpecta qualitate diſtantiæ locorum, videlicet ad rationem vnius diei pro ſingulis viginti miliaribus pro eundo, & totidem pro redeundo, vbi certũ ſit, vbi habitet, menſem tamen non excedens, adiecta clauſula ad reſpondendũ de iure, & ad eligendũ habitaculũ in loco iuſdicẽtis, aliter q̃ fiet electio ad ſcalas pallatij, vbi citabitur ad quęcumq; expedienda occaſione contentorũ in dicta citatione, & quæ ſequi poſſent ex ea, etiam vſq; ad

doct. rela tos vſupr. Vide Laſr. Ori nu 27. & ſequen. Mar. p. 6. num. 119.

ſen-

sententiã inclusiue; & si talis citatus non comparebit, vel si comparebit, habitaculum non eliget, (nisi per procuratorem in Ciuitate habitantem, qui dederit mandatum, compareret) tunc fiet electio habitaculi, vt sup. ad quod citabitur exinde vsque ad sententiam. Idem fieri solet de illis, qui habitant extra ipsum corpus Ciuitatis nostræ cum circuitu, vt ex statut. cap. 239. volum. 2. diuiditur in

Fossas.
Burgos.
Mœnia, & Vallum.
Redefossas.
Corpora Sanctorum ——————

quæ, col. 9. Nouell. de alien. & emphy. proauitia dicuntur redefossa: & si est Actor, etiam solet in dicta citatione eligere habitaculum in Ciuitate nominando parochiam. Hic consequenter quæro an citatio, vel aliud præceptum, in quo adsit terminus comparendi die iuridica, & non suspensa valeret sine data dieiconcessionis; quia de hoc statuta, nec constitutiones loquuntur, sed tantùm de termino comparendi, Practici verò disputant an possit concedi die feriata puto quòd non de iure, ex for. autem statuti Mediolani, cap. 310. in nouiss. bene valet. Vantius in materia citationis, num. 31. dicit quòd pro validitate, & substantia citationis requiritur inter alia, quòd in tempore debito decernatur, aliàs regulariter non valeret: quoniam si tempore, quo iurisdictionis exercitium suspensum est, decerneretur, huiusmodi decretum non valeret, & hoc nõ potest sciri nisi per datam citationis, & ita stylus obseruat in omnibus regionibus apponere datam. Loco tamen citationum vsus recepit, vt etiam quibusdam diebus feriatis moneatur aduersarius per syngraphas, quas appellamus, D'ordine del Signor N. &c.

Vide etiam Brunatium rub. 2. nu. 8 & Lafr Or. nu. 26. Asinium, Marantam & Alciat.

De intimatione.

Item quòd citatio intimetur legitimè. nam per statuta & nouas constitutiones cauetur quòd intimetur personaliter, vel ad domum eius habitationis (altero enim seruato valebit, ad appothecam, nec tabernas non, secundm

Stat. ca. 1. vol. 1. Vide præfat. oẽs doctores.

Oria,

Oria, sed secundum Iodocum bene valebit, vbi cap. 13. nu. 3. 4. & 5. inquit, quòd in criminalibus debet reus personaliter citari, si potest inueniri, secus domi suæ, quam scilicet inhabitat citationis tempore, siue sit propria, siue conducta, siue gratis, siue hospitio, non publico, idest cauponæ, sed priuato, idest amici receptus, non in alijs domibus suis: (sed respectu illius, cuius porta clausa reperta fuit, aliàs Mediolani habitantis, vel in Ducatu, debet intimari ad domũ illius, ac ad domũ Parochiani illius parochiæ, in qua domus ipsa est sita. Respectu autẽ illius, qui cõsueuerat habitare in Ciuitate Mediolani, & se absentauit à Ciuitate, & Ducatu cũ tota, vel maiori parte familię debet intimari ad domũ, cui cõsueuerat habitare tempore absentationis; & si domũ nõ habebat, vbi habitare cõsueuerat, & vltra publice in cõtrata, in qua est ipsa domus, & vltra ad scalas pallatij cõmunis Mediolani, & portati ad officiũ Panigarolarũ eodẽ die, quo facta erit dicta citatio. Quo autem ad forensem, debet intimari ad scalas pallatij communis Mediolani, & ad Arengheriam, seu lobiam de Osijs, & ad fores ecclesiæ maioris Mediolani, sono tubæ præmisso, hora sextæ, vel vesperarum, dimissis copijs talis citationis in qualibet parte dictorum locorum, & ad officium Panigarolarũ, & poterũt etiam intimari die feriato.

Stat. ca. 2 vol. 1.

Vide stat. cap. 1.

Vide stat. c. 3. vol. 1. c. 81. vol. 2 et c. 314. vol. 2. Vide etiam Ori. nu. 26.

Notandũ erit, q̃ quãdo requirendi, idest forenses habitant extra Ducatũ modo scias, vbi habitẽt, & sint in loco, quo possint destinari citationes, debent, etiã citari per literas subsidiales in eis casibus, in quibus quis existẽs extra territoriũ, potest citari: & per Nou. Const. disponitur, q̃ absentes imputati dẽ aliquo crimine, citentur ad domum, vbi habitant, si certã substitutionẽ in eorum iurisdictione habuerint, q̃ si non habuerint, citabuntur in Ciuitate, vel terra, in qua, seu eius territorio delictum commissum est, & ad valuas ecclesiæ maioris illius Ciuitatis, vel loci, & ad loca publica, & solita illius Ciuitatis, vel loci, vbi de crimine cognoscatur voce præconia in locis, vbi proclamationes fieri solent. Quòd si quis deliquerit extra dominium in casibus, in quibus procedi potest, & certã habitationẽ non habeat in dominio, citẽ in forma absentis, & pro prima vice duo agnati eius, si agnatos habuerit, vel

citãdus est per litteras subsidiales, si ita iudici videbitur.

Stat. c. 3. 5. et 190. vo. 1. Paul. Castr. in l. in peremp. ff. de iu. & sequ ll & Alciatum in sua practica.

Sed respectu citationis peremptoriæ, licet lis fuerit contestata cum procuratore, sindico, vel defensore, tamen erit intimanda principali personæ hoc modo videlicet, si habitauerit in Ciuitate, vel Ducatu Mediolani personaliter, vel ad eius domum habitationis, si verò extra Ducatum, sed in Dominio Mediolani, per litteras subsidiales peremptorias manu Iudicis signatum inclusum habentes, ad D. Prætorem loci, in quo habitabit. respectu tamen iudicum inferiorom: nam citationes peremptorię, quæ intimantur de ordine Senatus, vel vtriusque Magistratus, vel D. Capitanei Iustitiæ, non exequuntur per litteras in Dominio Mediolani. Quo autem ad illum, cuius porta clausa inuenta fuerit, vel qui se absentasset à Mediolano, & eius Ducatu, cum familia sua, vel maiori parte familiæ citabitur vtsupra de intimatione citationis dixi tamen per stat. c. 290. fol. 61. vol. 20. cauetur quòd volens emanare peremptorium principali, vel eius procuratori absenti, vel absentibus, ꝙ ex forma statut. communis Mediolani possit in Ciuitate, & Ducatu Mediolani conueniri quòd ipso volente emanare peremptorium, & eius procuratore ad causas iurante se ignorare, vbi moram trahant perhemptoriè citandus, vel eius procurator, ꝙ tunc & eo casu sufficiat transmittere peremptorium secundum formam statuti secundi de citatione absentis. Respectu absentis citabitur ad habitaculi electionẽ. Quando peremptoriè est citanda aliqua Communitas, tunc citatio illa est intimanda Consulibus, vniuersitas citatur per Consules, qui si sunt plures vnum sat est citari, Ang. cons. 289. col. 1. & his, qui regunt vniuersitatẽ, vel alicui, idest maiori parti eorum, personaliter vel eorũ domui. si verò mortuus esset principalis, tunc hæredi, si adfuerit, secus procuratori effecto domino litis, in summarijssimis non sufficit si citetur peremptoriè procurator, ita censuit Senatus 29. Iulij 1585.

De tempore faciendarum relationum.

Vide etiam Lafr. Oria.

PRæterea facienda erit relatio intimationis intra tempus debitum. vnde relatio citationis, quæ fit illi, cuius

ius porta clausa reperta fuit, vel eius, qui se absentasset vtsupra, debet fieri eadē die, vel sequenti, ex c. 2. vol. 1. tol. 2. verùm per aliud stat. vol. 2. cap. 493. fol. 64. cauetur, ꝙ relationes illorum præceptorum, & citationum, quæ nō habent terminum comparendi, nec aliquid faciendi corā Iudice, fiant si in Ciuitate, & intra corpora sanctorū Ciuitatis termino trium dierū, si autē extra in Ducatu, & terris suppositis, termino quinq; dierum post intimationem. Respectu verò aliorum, etiam ꝙ sint citationes peremptoriæ, quæ habent terminum cōparendi, vel essendi ad causam, possunt fieri infra terminum quinque dierū post terminum comparēdi, sicuti etiam relationes sequestrorum. Item relationes poterūt fieri die feriato. Itē poni ante, vel in termino comparendi, vel aliud faciendi, & per stat. ca. 209. fol. 68. vol. 2. cauetur ꝙ relationes possint fieri ad instantiā citati infra sex mēses à die citationis, seu præcepti, tunc tñ ponendū est in ea ad instantiam cuius fit, & quo tempore, & item copia, siue tenor præcepti, seu citationis, sed tunc relatio non proderit illi, ad cuius instātiam ipsa citatio facta fuerit. Ité requiritur ꝙ in relatione apponatur nomen, & cognomē ac parochia, siue locus habitationis tempore factæ relationis seruitoris, qui intimasset citationem, vel præceptum, sed quando pars comparuisset, tunc relatio non est necessaria, & relationi seruitoris, qui in iure nuncius appellatur, creditur, tam de iure communi, quàm municipali in eo, quod respicit eius officium, puta quòd intimauerit, & citauerit.

n. 28. de ci tat. & Ma ran. p 6. de cit. nu. 53. Stat c. 2. f. 69. vol. 1. Ité c. 102. fo. 61. vol. 2. ca. 314. 205. 187. 213. vol 1.

Vide stat. c. 187. et 213 vol 1. Maran. Of. Alciatum.

Hic omisit autor prosequi citationis effectus: qui duplex est comparitio, & contumacia.

Si igitur reus est maior, & compareat, auditur, si minus legitimè, idest per procuratorem mandato carentem, potest accusari contumacia, si minor est reus, & non defenditur nō accusatur cōtumacia, sed venitur ad remedia, de quibus in stat. 14. vol. 1. incip. in poss. tedialib. & de quibus hoc loco agendū erat, & de quibus doct. l. creditores, C. de pign. Bal. l. 2. c. vbi in ré act. Menoch. cons. 104. vol. 1 Nam contra minoré furiosum, absenté indefensum mittitur actor, creditor, legatarius in pos. rei seruandæ causa: contra maiorem si creditor nullam habet hypothecam,

summatim negocio discusso maiore non comparente, seu minus legitimè peruenitur ad executionem, iuxta, l. à D. Pio in reali maiore non comparente summatim causa cognita decernitur possessio, à qua non amouetur actor, nisi vel oblato debito, vel datis bonis fideiussoribus: Imò creditor hoc casu si habet hypot. & spolietur, debet restitui, potest tamen quilibet his casibus, sicuti vxor ratione dotis, comparere, & concurrere, ac opponere se ratione iurium suorum, l. cùm proponas, C. de bo. iud. aut. poss.

De seruitoribus, seu nuncijs.

Ad hæc rubr. vide sta tuta sub rubr. gen. de ser. 6. vol. 1. & nou. Const. lib. 2 tit. de exequ. ideft. fam iusd. & stat. ca. 204 vol Maran. de cit. p 6. nu. 63. & cæteris pra ctticos.

NOn tamen quilibet poterit exercere officium seruitoris, nisi is, qui approbatus fuerit per officiũ prouisionum cõmunis Mediolani seruatis seruandis, qui maior esse debet annis viginti, qui licet approbatus, minus poterit fungi tali officio, si fuerit infamatus de aliquo maleficio, aut falsitate, neq; in fauorẽ illius, seu illorum, cum quibus staret, vel ad vnũ panẽ, & vinũ, vel esset scutifer, vel famulus alicuius, exceptis famulis iusdicentium, vel piorum locorũ elemosinæ. Et quia seruitorũ etiam approbatorum alij habitant in Ciuitate, alij in Ducatu, aduertendum erit, q; seruitores habitantes per Ducatum, poterunt citare, sequestra, & alia quæcunq; præcepta facere in Ciuitate, quàm eius Ducatu, modo non sint capiendi, nec robandi, nec etiam expellendi aliquẽ de possessione, nec aliquẽ inducendi, nec cõtinuandi in possessionẽ, nisi procederet à iusdicentibus in Ducatu, quia tunc ea poterunt explicare contra habitantes per Ducatũ. Qui autẽ in Ciuitate habitant, poterunt ea cõia explicare, siue sint concessa per iusdicen. Ciuitatis, siue Ducatus, & tam per Ciuitatem, quàm per Ducatum. Neq; prædicti omnes seruitores poterũt explicare aliqua præcepta executiua, siue aliquẽ personaliter capiendi causa debiti, aut repositionis faciendæ, nisi fuerint descripti ad officiũ collateralium generalũ Status Mediolani, prout sunt famuli iusdicentiũ Mag. Prætoris, & Capitanei Iustitiæ Mediolani, & executorum Reg. Cam. Duc. Mediolani, & in alijs Ciuitatibus, & earũ locis apud officium iusdicentium dictarum Ciuitatum,

& lo-

& locorum, & isti seruitoribus (vt dixi) siue famulis creditur, absque alia probatione extrinseca, circa eorum officium tantùm, nisi in contrarium probetur termino mensis, tam de iure communi, quàm municipali, excepto q̃ de iure municipali in exequendo præcepto cũ famulo, est necesse, vt seruitor habeat secum illum famulum, & in relatione (cui creditur) nominet illum. Itẽ in deponendo aliqua pignora penes tertiũ, oportet, vt habeat fidẽ depositarij de deposito, vel instrumentũ publicũ, secus non creditur relationi, contra eum, qui receperit in depositũ. Sed alii qui doct. tenent, q̃ si citatus esset persona circumspecta, & fide digna, & iuraret se nunquam citatum fuisse, crederetur illi potius, quàm nuncio. Nullus tamen negat quin possit contrarium quis probare, idest, se non fuisse citatũ, glos. ord. 4. q. 3. c. testes; extra de senten. excommun. *Vide Maran vt sup.*

De diebus vtilibus.

VLtimò aduertendum erit, vt terminus comparendi, vel alium actum faciendi, sit in die iuridico, & non suspenso. Ideò despiciendum erit de diebus vtilibus, sic (vt puto) dictis, quia actus in eis facti valent. Qui autem sint dies feriati in honorem Dei, vel sanctorum, vel ob necessitatem hominum, vel ob ferias repentinas habes ex statutis, c. 107. 110. fo. 36. 37. vol. 1. & c. 193. fol. 62. vol. 2. vbi habes, quòd in vigilijs B. M. V. ius non redditur, non habito respectu ad numerum dierum in statuto de ferijs appositũ, & ex libro, qui liber dierũ vtiliũ inscribitur, qui singulo quoq; biennio emittitur, quos nolui transcribere. In Quadragesima, & tempore Litaniarum maiorũ, iustàntùm in vesperis redditur, & duo dies vtiles pro vna die vtili reputantur. Tempore feriarũ mestium, & vindemiarum aliàs silebat strepitus litium, exceptis quibusdam causis, scilicet alimentorum tam præteritorum, quàm præsentium, & futurorum, operis noui, & damni infecti, robationum, contestationum, sequestrorum, depositorum, mercedum, fructuum, decimarum illius anni, fictorum libellariorum, tertiorum, medietatum, pensionum domorũ, & *Vide Lasr. Ori. de cit. nu. 26. & cæteros sua relatos Const lib. 2 de iu. stat. cap. 110. et 107. & 204. vol. 2*

quorumq; aliorum reddituum cuiuscunq; generis. & causarum, & controuersiarum rerũ mobilium, vel se mouentium, valentium à libris 25. infra, nec non de restitutione rei locatæ (præuia denuncia) vel de restitutione rei locatæ alienatæ, vel in emphyteusim concessæ facto iuramento, legatorum ad pias causas, pupillorum, viduarũ, orphanorum, minorum annis 20. miserabilium personarum, viduarum. Item coram Abbatibus Notariorum inter ipsos Notarios, vel occasione notariæ, vel dependentiũ. Itẽ sindicatuũ officialium, & dependentium. Itẽ in causa precepti de fideiussore exonerando sequuto banno. Item in causis inter ipsas meretrices, vel ipsas, & alios priuatos. Item in causis compromissorum si in eis dictum fuerit q̃ possit in eis procedi quolibet diei in quibus causis ius reddi debebat in manè tantũ ex dispositione statuti. c. 107. fo. 36. 6. Sed ex ordine collegij prouisum fuit, vt ius reddatur diebus Mercurij, Iouis, Veneris in mane, & in vesperis. Et expedit scire, adest etiam ordo Senatus de feriis causarũ, edictus ann. 1593. 3. Septembris rationem prædictorum dierum vtilium, tum ne actus nulliter fiat, tũ vt scias cõputare instãtiã, vel terminos probatorios, & reprobatorios, vel dilationes statuto. nã durãtibus dictis diebus feriatis, vt supra, itẽ messiũ, & vindemiarũ non currunt termini vtiles probatorij, & reprobatorij à statuto, siue Nouis Cõst. indulti, nisi in causis summarijs, de quibus vt supra, nisi facta esset protestatio de nõ causando per partes, vel alterã earũ, ex stat. c. 202. fo. 65. vol. 2. neq; instãtia, sed dormiũt, & si vltima dies alicuius termini, seu dilationis iuris, vel hois, vel termini, & dilationis, seu prorogationis inciderit in diẽ feriatã, sequens dies nõ feriata pro illa reputetur, & nihilominus illa, quæ possint die sequenti iuridica, expediri, & fieri possint dicta die vltima, & diebus sequentibus medijs, si sint talia, quæ dicto tẽpore sint expedibilia ex cap. 104. fo. 35. vol. 1. q̃ tamen non habet locum in termino solutionis faciendæ, si vltima dies solutionis caderet in aliam diẽ, quàm in feriatã in honorẽ Dei, vel sanctorum, vel sanctarum; neq; in suspẽsionibus à lege, vel ab hoĩe factis ex statuto, vt supra. Sed nũc seruat̃ ratio libelli dierũ vtiliũ in procedẽdo in causis, & cõputanda instãtia.

Stat. c. 107 vol. 1.
Stat. c 598 399. vol 3.
Stat. ca. 47 vol. 1.
Stat. c. 345 vol. 1.
Stat. c. 412 vol. 1.
Const. lib. 4
Stat. c. 107 volu 1. & nou. Const. lib. 2.

§. 3.

§. 3. De libello conuentionali.

Libellum poßumus definire ex Nou. Conſt. tit. de iud. §. libellus. poſſumus quoque definire ex regulis iuris antiqui, & Digeſtorum poſſumus definire ex regulis Conſtantini Theodoſij, Valentiani Imperatorum.

Libellus iure Dig. & anteriori.

1 *Libellus eſt formula iuris ſcripti, complectens actionem, & futuræ litis ſpeciem demonſtrans, ijſdem verbis & ſyllabis concepta nec pluribus, nec paucioribus, quibus fuerat à Collegio Pontificum impetratus. Alcia lib 4. diſp. cap. 23.*

Iure Cod.

2 *Libellus eſt formula iuris ſcripti, complectens actionem, & futuræ litis ſpeciem demonſtrans l. 1. Cod. eod. & ff. de ed. l. 1. c. de formulis.*

Iure Nou. Conſt. Mediolani.

3 *Libellus eſt petitio qualis, qualis .i. Iudicis officij imploratio, ſiue poſtulatio actoris, & rei perſonas continens, quantitatem, rem, vel ius, quod petitur, & petitionis cauſam vt lib. ſecundo Nou. Conſt. tit. de Iud. §. libellus itaque non eſt neceſſe exprimere nomen actionis vt gloſ. coll 4 de exh. reiſ. u libellũ.*

Libelli diuiſio.

Libellus diuiditur in tres partes: Narrationem Petitionem, & Cauſam ſiuè rationem concluſionis. & iure ciuili debet quidem cauſa concluſionis non ſolum exprimi, ſed aptè etiam inferre id quod petitur, ac neceſſario, vt inquit autor, concludere Mediolani tamen ex ipſis verbis Nou. Conſt. hæc concluſio licet non ſit ita apta non vitiat libellum. intereſt tamen tàm ex Nou Conſt. quàm iure veteri quomodo factum proponatur, & eſt neceſſaria actionis inueſtigatio. iure enim codicis ſublatæ ſunt tantum verborum priſcæ aucupationes: iure verò Nou Conſt ineptitudo concluſionis.

Diuiſi libellum in tres partes: nam primo narrat plenè; ſecundo addit cauſam petitionis; tertio ſubinfert petitionem V. G. ſi dicam.

Poſſeſſor iniuſtus rei alienæ tenetur ad reſtitutionem eius domino rectè vendicanti.

Titius possidet me inuito, & iniustè rem meam, nec vult restituere.

Peto igitur Titium condemnari, & compelli, vt mihi eandem rem restituat.

Libellum eruditi quidam I. C. vocauerunt syllogismum. causidicorum, maiorem enim propositionem, minorem, & conclusionem continet.

Actionis significatio materia, causaque.

Actionis nomen multa significat, nam omnes actiones humanas complectitur, vt eum qui viuit latinè elegantius loquentes viuam agere dicamus, sed hoc loco actionis significatio ad vsum fori, idest Pallatij, restringitur, Iurisconsulti enim causas, & iudicia, Actiones vocauerunt.

Materies, & causa actionum sumitur vel
ex Dominio rerum vel
ex iure quod in reb. asseritur.
vt in vendicationibus, vel
Ex obligatione dictorum, et factorum, vt in conditionibus.
§. omnium. Inst. de Actio.

Caterum Actionis cognitio, & Iudicij versatur in his.
In autore.
Causa
cui detur
Aduersus quem
An porrigatur ad hæres.
Quid in ea veniat
Quandiù concedatur
Quis sit finis
De officio Iudicis
Litigatorum
De remedijs connexis

Hæc nullus rectè scire potest, nisi qui actionũ circũstantias nouit quoniã variãtur circunstantiæ iuxta cõditionem actionis.

Const. lib. 2. de iu. §. libellus. stat. c. 21. vol. 1. Libellus, quantum præsens materia postulat) est breuis scriptura continens personam Iudicis, Actoris, & Rei rem petitam, & causam petendi contra aduersarium, necessariò inferens, & concludens, & solet offerri in omnibus causis arduis, & magni ponderis, vti in actione rei

ven-

vendicatoria, hypothecaria, & similibus, de quibus Asinius §. 4. cap. 2. ponit Octuaginta casus, in quibus libellus non est necessarius, & per statuta, & constitutiones Dominij Mediolani cauetur, quòd libellus, seu petitio qualiscunque sit ipso iure admissa esse intelligatur, dummodo actoris, & rei personas cõtineat; & item quantitatẽ remq; velut in reali actione, & ius, quod petitur, & petitionis causam in personali iuxta Roland. & nisi exprimatur causa reus potest petere, quòd reuocatur libellus, & circũcidatur gl. l. si modo. ff. de excep. rei iud. u. si hominẽ. Hinc sciendum erit aliud importare libellum, aliud petitionẽ: libellus enim quædam, quę iuris formam, intimationẽq; agentis respiciunt, continere debet, ex eisq; omnibus concipiendus est. petitio verò non requirit aptitudinem, nisi quo ad intẽtionem, vt concludat aliquid necessario, omissis his, quæ respiciunt formã, est & alia differentia, quã ponit Blancus de cõpromissis, maximè quòd non datur copia petitionis parti expensis actoris, secus libelli. Itẽ libellus debet in scriptis porrigi coram iudice, secus in petione, quia sufficit fieri simplex narratio in actis notarij. Prętera maior est acceleratio expediẽdi via petitionis, quia Reus per dilatorias respicientes ea, quę sunt de forma libelli, nõ potest litẽ protrahere, tum ẽt quia non est necesse reũ respondere petitioni, sed libello sic: sed tamen per statuta, & Decreta Mediolani cautum est, quòd Reo respondente, si ue non, lis habeatur pro contestata, inde incipiunt currere tempora probatoria, & reprobatoria: tum ẽt quia in petitione proceditur summariè, &c. quia abbreuiãtur dilationes; ille clausulę salutares non tamũ modo, quo supra, sed aliàs omni meliori modo, &c. deducendo, &c. nõ se astringendo, &c. valde adiuuant libellum, & petitionẽ. Libellus prętera debet signari à Iudice, & ab Actuario, debet continere tempus pręsentationis scilicet annum, mensem, indictionem, diem, & horam, nomẽ etiam seruitoris. Item terminum deliberandi, qui terminus regulabitur, vt supra in citatione, & ũdem quoad eius intimationẽ, & relationẽ: & ex dispositione tàm statutorum, quàm nouarum constitutionũ ipso iure tenetur statutus terminus vnius diei vtilis Reo ad deliberandum, & respondendum petitioni

Pap. Aret Er El. Io. And Oriz. Maranta. Rofredo. Speculato. & Alciat.

De istis vide No. Const. lib. 2. de iu. et sta c. 21 fo. & 21 et c. 191. vol. 2.

Vide Io. Andr.

post

post intimationem libelli, vel petitionem in actis dimissam, & de iure dandus erat terminus dierum viginti ad respondendum an cedere, vel contendēte velet. Et si producens habitabit extra redefossa Mediolani, eliget habitaculum, si verò Reus eidem cominabitur ad eligendum habitaculum, vtsupra dixi, & infra suo loco dicam effectus autem libelli principales tres sunt, de quibus Io. Andreæ. addita clausa in fi. libelli sal. potest corrigi. cæterum dato libello, si reus velit, cogitur actor in lite persistere Auct. qui semel.

De litis contestatione.

Aduerte verò lite contestata, vel quasi cum procuratore nō posse citari dominum, nisi postea ad peremptorium ex statuto Mediolani, & ideò Lambertus de Ramponibus dicebat, si hoc casu aliquis actus fiat in contumaciam domini, eum actum non valere, l. procuratoribus eod. de Procur.

Io. Andr. No Const. lib. 2. de iu. ci. stat c. 21 fol. 8 21. et c. 191. vol. 2.

OLim antequam contestaretur lis, currebat aliquando decennium, dabantur olim viginti dies reo, vt deliberaret, vellet ne cedere, an potius contendere, an verò Iudicem recusare, & plus, sed nunc per decreta Mediolani, & statuta Ciuitatis Mediolani prouisum fuit, vt lapso termino diei vnius vtilis deliberādi, siue Reus responderit, siue non, lis habeatur pro contestata, & instantia literarum Ducalium incipit à die legitimæ præsentationis.

Vide Io. Andr.

Hinc litis contestatio multos effectus parit, nam post eam Iudex non recusatur, nisi ex noua causa. Item res efficitur litigosa. In actione reali ex statuto cap. 68. & multa alia, quæ refert Io. Andreæ in ordine suo iudiciario, vide etiā cautelam Cępol. 191. docentem te quibus casibus res litigiosa alienari possit durante instantia.

§. 5. *De iuramento calumniæ.*

Notandum iuramentum calumniæ esse iuris diuini, ac propterea dubitari posse an statuto tolli potuerit, Antonius del Re

I.C.

I. C. Tiburtinus tractatum nuper de iuramento cal. ideſt, de iuramento calumniæ edit, vbi diſertiſſimè hoc tractat.

SVceſſiuè de iure communi, & ſecundum conſuetudinem ferè omnium Ciuitatum, & locorum Italiæ iurari debet de calumnia hincinde, quod ſi omitteretur petitum, proceſſus ipſo iure redderetur nullus, ſed Mediolani non ſolet deferri, nec peti tale iuramentum, quia extat ſtatutum. cap. 57. fol. 25. vol. 1. per quod cauetur, quòd in qualibet cauſa ſiue ordinaria, ſiue ſummaria, vel compromiſſi procedatur, & poſſit procedi abſque ſacramento calumniæ, & tale ſacramentum, eſt ſequentis virtutis, quòd ſi Actor noluerit iurare, debet cadere ab inſtituta actione per ſententiam ſi Reus habetur pro confeſſo, ac ſi confeſſus eſſet ſe debitorem, & quid importet iuramentum calumniæ habetur ſequentibus verſibus. *Ex Io An. Alc. Mar. p 6. & aliis ſupra relatis. et Io de Deo. § 5 c. 16. cautel.* *Vide Alc.*

Illud iuretur, quòd lis tibi iuſta videtur.
Et ſi quæretur, verum non inficietur.
Nihil promittetur, ne falſa probatio detur.
Vt lis tardetur nulla dilatio petetur. *Ex Io. An.*

Et perſonæ principales debent iurare regulariter vſque primò Actor, deinde Reus, & omnes alij, qui legitimam habent adminiſtrationem vel à lege, vel à iudicis auctoritate vti ſunt tutores, curatores, ſyndicus, actor, & procurator vniuerſitatis: procurator autem non iurat de calumnia, ſed multi ſunt caſus in quibus non iuratur de calumnia, & de his hactenus. *Ex Alciato fol. 84.*

CAP. IIII.

Quibus in caſibus executiuè nulla præuia citatione, vel præcepto continente clauſulam iuſtificatiuam *poſſit procedi*, & de ſaluandis iuribus dominorum locatorum.

Iure ciuili ad perſequenda pignora datur ſaluianum interdictum, dictum, ſi Zaſio credimus, à ſaluando: quod ſaluat ius domino.

minorum, & creditorum. Actio locati datur an mercedem, & pensionem taxatam. Actio verò præscriptis verbis datur vbi certa merces non interuenit; sed remedium domino, & locatori plenius datur conditione ex hoc statuto Mediolani quo datur domino iniectio manus in fructus, & reditus, & bona inuecta, & illata, & hoc casu locator est iudex sibi ipsi statuto permittente, regulariter contra l. 1. cod. quando liceat vnicuiq; sine iudice se vindicare.

Remedia statutaria executiua.

EX dispositione statuti. c. 737. f. 79. vol. 1. disponitur, quòd licitum sit cuilibet, qui dederit aliquam possessionem, vel prædium rusticum, scilicet situatũ extra redefossa Mediolani, ad massaritiũ, vel per viam medietatis, vel tertij, vel alterius quotæ partis, vel ad fictum, vel eius nuncio, procuratori, vel hæredi sua propria auctoritate, etiam sine præcepto, & auctoritate iudicis, & sine alio processu capere, robare, & recipere, & etiam quoscunque fructus, & reditus, qui ex re locata exierint, nec non quascunque res mobiles seu, se mouentes, etiam bestias arratorias, plaustra, & alia vtẽsilia apta ad laboreria terræ, quas vel quæ habeat, & teneat, vel possideat massarius, siue partiarius, vel conductor vtsupra pro quicunq; debito, quod Dominus, siue locator ab ipso massario, vel fictabile, vel aliquo de eius familia maiore annis quatuordecim, habere debuerit occasione fructuum, & redituum sibi debitorum. Itẽ pro blado dato pro semine, & pro semine, & pro comedẽdo per massarios, & familias eorum, & denarijs datis pro manegijs, palis, & Racchis, seu scarionibus Item pro danarijs datis sappatoribus, vel laboratoribus, pro fẽno; ꝑ stramine; pro grassa, & ꝑsione sediminis, seu dom', locati, vel locatæ, & pro alijs datis occasione massaritij, & per stat. c. 379. fol. 130. vol. 2. Idem ẽt disponitur respectu coloni, partiarij, fictabilis, vel molendinarij, vel follatoris cuiuscunq; generis, & pistatoris risij, vel alterius bladi debitoris, qui recessisset à bonis, non sati-facto Domino, & contra tales receptantes, & non excumiantes facta denuncia. Idem disponitur per cap. 408. fol. 107. vol. 2. videlicet, ꝙ non possit aliquis colonus, vel partiarius, vel massarius, vel fictabilis alicuius possessionis, inuito Domino,

vel

vel locatore ſuo, abducere, vel abduci facere, vel abduci facere ſub quouis prætextu deſuper poſſeſſione eidem locata aliquas beſtias, animalia, plauſtra, aratra, nec aliqua vtenſilia domus, nec alia vtenſilia apta ad laborerium terræ, quę ipſe colonus, vel alij vtſupra habeat, teneat, vel poſſideat, ſeu habeant, teneant, vel poſſideant ſuper bonis locatis, & ſi contrarium fieri voluerit: poſsit Dominus, vel locator per ſe, vel nuntium, vel nuncios ſua propria auctoritate, & abſque alicuius iuſdicentis auctoritate, ſeu licentia obuiare ipſi conductori, ne contrafiat, & eas beſtias, animalia, & alia ſuperius expreſſa apprehendere, & retinere, & per ſtatut. c. 417. diſponitur, quòd penſionantes ſeu inquilini ciuitatis, & ſuburbiorum, ideſt extra redefoſſa Mediolani, ſpaciantes, ſeu ſpaciari facientes domos conductas non ſatisfacto Domino, ſeu locatore de penſione, ſine licentia ipſius Domini, ſeu locatoris, poſsint pro debito pēſionis tēporis prętęriti capi, & detineri. Et vtrū euacuauerint domum ſine licētia Domini, ſeu locatoris, vel ne, ſtatur eius locationis ſacramento. vide ſup. fol. 17. vnde innoleuit practica, q̄ cum Dñs, ſeu locator dubitat de fuga coloni, vel ne bona tranſeant in ſiniſtrum, vel quando eſt maturatum debitum, & non ſatisfactum impetrat præceptum reponendi, cuius formula ſolet ſic à multis concipi.

Formula præcepti reponendi de bonis coloni, &c. ad petitionem locatoris.

1580. Indictione die menſis in

Magnificus Dom. Talis Iudex. ſic inſtante A. cum reſeruatione (ſi habitat extra locū Iudicij, ſolet fieri electio habitaculi) omnibus modo commiſit, & committit N. ſeruitori communis Mediolani, quatenus ex eius parte, & præcepto, & ad inſtantiam ſupraſcriptam vadat cū famulis duobus, & pluribus (ſi expedierit) quolibet die etiam feriato, ad omnes partes neceſſarias, ad pignorandum de-bobandum, & reponendum tot de bonis, & rebus etiam ſe

mouen.

mouentibus inuectis, & illatis B. Massarij, seu conductoris ipsius A. pro summa librarum centum Imperialium, de quibus est debitor præfati A. occasione pensionis termini (dicatur) proximè præteriti domus ipsius A. sitæ in tali parochia locatę ipsi B. apparente instrumento locationis rogato per talem notarium per præfatum magnificum Iudicem viso. Item pro expensis. Item ad ammouendum quęcunque obstacula impedientia præsentem repositionem, & frangendum, &c. eaque bona reponenda sequestrandum penes idoneam personam, & illi personę futuræ depositariæ præcipiendum, prout tenore præsentis præcepti, præfatus Dominus Iudex præcipit, ne dicta pignora, & bona alicui personæ relaxet, & respondeat sine speciali licentia prafati D. Iudicis, sub pœna scutorum ducentum auri Regiæ Cameræ applicandorum, & soluendi de suo, &c. & si quis, &c. Hoc casu facta contradictione præceptum reponendi resoluitur in vim simplicis citationis. Osaschus decis. 86. num. 7. Quod generale est in omni præcepto huiusmodi Actore verò neque reo comparente præceptum circunscribitur Egid concl. 722. ergo Relaxum reo debet concedi, at reo tantum non comparente actor debet ad diem clausulæ grauatoriæ comparere, & qualem petitionem, quam firmationem vocant. facere, quia petitio est de iure diuino, & iustum est, & secundum naturam Actorem petere, petitionemque proponere vt ait glossa in extrauaganti vers. Et FIGVRA. u. Nam coram Salomone mulier dixit filius meus viuit filius istius, &c. licet quidam pugnaces opinionibus defendant hoc casu non esse necessariam aliquam petitionem: ego quidem non habeo in ambiguis actore non comparente in termino clausulę esse reo dandum relaxum. & ita intelligi stat. cap. 233. facta prius præsenti repositione, senserit se indebitè grauatum compareat coram præfato Domino Iudice ad eius tribunal iuris situm, &c. die tali, hora tali, ad allegandum, &c. & ad vidēdum firmari præsens præceptum & iura produci, & fieri omnia alia, &c. mandans reponendo, &c. & prędicta fiant cum dimissione copiæ, saluo, q prohibita non reponantur. Exceptiones competentes massario, & inquilino sunt plures, maximè non traditæ

posi-

possessionis, remissionis mercedis ex causa belli, pestis, pruinæ, meliorationum, vel diei, quamuis ante diem vel conditionem possit quis quandoque conueniri Pedem, decis. 130.

Si verò dubitaretur de fuga massarij debitoris.

De repositione.

Generaliter quandocunque persona est suspecta in vendicatione reimobilis, & actione reali pignoratitia sit repositio l. si satis. ff. qui satisd. cog. at in personali capitur suspectus de fuga, ad ipsam autem rem tunc demum peruenitur si vocatus se non defendat Auth. die litig. §. omnem. Otho. in praxi fol. 9. quomodo autem reus debeat concipere articulos ad probandum contrarium, ideft si non esse suspectum infra annotatum. 10. 11.

MAgnificus talis Iudex, cui prius fuit expositum per A. quòd B. est eius massarius, & colonus super nonnullis bonis ipsius A. sitis, &c. & reperitur debitor prefati A. de summa librarum mille Imperialium, tam occasione fictorum quàm adiutorij dicti massaritij apparente publico instrumento, & aliorum, quæ communiter præstantur, & prestari solent per Dominos massarijs, & etiam damnorum diuersimodè datorum, in, & super dictis bonis, & quòd nuperrimè ad aures, & notitiam ipsius A. deuenit, quòd dictus B. massarius fugere, & deserere vult ipsam coloniam. non satisfacto ipso A. quodque dictus B. habet certa bona mobilia, & bestias, & vtensilia ad laborerium terræ, & dictus A. dubitat ne propter tarditatem temporis, transeant in finistrum ipso A. non satisfacto de dicto eius credito, prout pro parte ipsius A. iuratum fuit. petendo propterea in prædictis de opportuno iuris remedio sibi prouideri iuxta etiam dispositionem statutorum communis Mediolani. idcircò prefatus Dominus Iudex ad exequutionem præmissorum statutorum, & ad instantiam,

tiam, & petitionem præfati A. præsentis, &c. & omnibus modo, &c. quibus melius, &c. commisit, & imposuit, & in mandatis dedit, & dat N. seruitori communis Mediolani, quatenus ex sui parte, præcepto, & ad dictam instantiam vadat ad omnes partes necessarias, ad quas necesse fuerit, vna cum duobus famulis, & alijs personis necessarijs ad describendum, & describi faciendum dicta quæcunque bona mobilia, & bestias, & vtensilia ad laborerium terræ dicti B. massarij, & ea reponendum in loco tuto, & sequestrandum penes personas idoneam, in modum quod transire non possint in sinistrum, & præcipiendum cuilibet personæ, penes quam dicta bona, & bestiæ, & vtensilia reponi contigerit, quatenus teneat penes se insequestrum, & depositum, & quòd de eis nemini personę respondeat sine speciali licentia præf. D. Iudicis sub pęna scutorum, &c. seque re vtsupra dixi in præcedenti præcepto.

Si autem ageretur de colono debitore, qui se absentasset, durante colonia, & non satisfacto Domino, seu locatore.

MAgnificus D. N. Iudex, cui fuit expositum per A. qualiter D. eius conductor deseruit coloniam non nullorum bonorum sitorum in tali loco ipso A. non satisfacto de credito, quòd habet contra dictum eius conductorem ex causa dictæ coloniæ; contra etiam dispositionem statutorum, & nouarum constitutionum Mediolani. superinde disponentium, vt præfato Domino Iudici constitit per informationes datas ea propter dicto A. sic instante, & petente sibi in prędmissis prouideri de opportuno iuris subsidio, prędfatus Dominus Iudex ad executionem prædictorum statutorum, & alias omnibus modo, &c. cōcessit, & concedit N. seruitori communis Med. quatenus ex eius parte, & præcepto, & ad instantiā suprascriptā vadat ad omnes partes necessarias ad personaliter capiēdū, Generaliter vbi quis interuertit facultatē, & eripit modū creditori faciēdi executionē carc. l fi. §. fi. ff. de his, quæ in fraudem, & gl. §. Item si quis in fraudem, Inst. de actio.

Capi-

Capitula ad probandum non esse reum in casu vt tanquam suspectus capiatur.

1 *Che la verità fù, & e come nel anno nel quale si dice detto carcerato essere intrato in obligo di pagare à Signori Vignola da Venetia e Piperarij dan. per lettere di cãbio, e prima habitaua in detta Città di Venetia, oue de ca un bãchiere e facile saper l'hauere, & hauendo essi Signori Piperarij e cõpagni molti negotij, e pratica in detta Città verisimilmente sapeano de quali, e quante facoltà fosse detto carcerato, si che non ponno allegare d'hauer fidato il suo à forastiero sopra l'opinione del credito, come tal volta accade sotto le piazze, e poi hauerlo scoperto per fallito, ouer meno idoneo di quello s'haueßero saputo non gl haurebbono fidato tanti danari, e però non sono in caso di ritenerlo per fugitiuo.*

2 *Detto carcerato possedea in Venetia sopra il Canal grande stabili, e ragioni di valor de Zechini ottãtamille, e più nel tẽpo di detto cã bio & hora nel tempo fu carcerato vi possede per valor de Zecchini nouecento mille, & iui pariment e tiene famiglia & à tẽpi debiti fa le sue prouisioni d'importanza di grano, vino, cose opportune, come fanno quelli hãno il modo, vinendo nõ come quelli, che di giorno in giorno prouedendosi si può temere stiano con animo sollenato, e diano da sospettare d'hora in hora se ne vadano alla malpaga, mà come quelli si tẽgono per huomini stabili e desiderosi di perpetuamente tenersi. si che hauendo come sopra migliorato conditione, & facendo tal vita, non si potea carcerar per fugitiuo.*

3 *Perche nel tempo fu carcerato, e prima mangiaua, e dormiua in casa non sagra, nè cãbiaua luogo, nè sempre staua in casa, nè per le vie si tenea sotto le gronde, ne calli segrete, mà senza distintione de' giorni, vie, hore pratticaua, staua longamente ne luoghi più di concorso al modo fanno le persone di buon credito, & honorate: si che niun ch'habbi l'animo libero da passione mala, dirà detto carcerato daße indicio di fuggire, essendo tanto più detto carcerato banchiere molto conosciuto, & de buoni compimẽti persona d'anni cinquanta, che pur tuttauia in questa*

età andaua a cerco auanti gl'occhi de creditori, oue ſapea gl'harebbero potuto dar delle mani adoſſo ſe foſſe ſtato in caſo, ilche non harebbe fatto ſe foſſe ſtato in penſier di fugir, gloſſa in l. ſi vt certo loco ff commod. v. eſt commodatus, nota, inquit, quod iuuenes facilius fugiunt, quam ſenes.

Declaratio Senatuſconſultus diei. 15. Iun. 1556. de debitoribus ſuſpectis.

Statuit verò Senatus debitoribus detentis; creditores termino dierum quatuor verificare debere ſuſpicionem fugæ, aliter illico relaxum fieri.

Hinc Senatuſconſulto fit fraus per creditores, quia vltra terminum dierum quatuor retinent debitores vbi teſtes producti ad fundandã eorum intentionem iurauerint intra quatuor dies ſicut fit in alijs cauſis. vnde nihil ſpeciale in gratiam talium debitorum videtur inductum ex Senatuſconſulto cum re vera verba eius naturaliter intelligi debere denotet v. illico, & v. verificare l. ſi quis aliquid dari cod. ſi maior factus ra. habu. & præcipuè fauore ſtatus, & liberatis. nam v. verificare ſonat veritatem, nõ fictionem, & quando verba debent ſumi vere, fictio locum nõ habet, vt in ea l. fi. c. ſi maio. vbi ſi quis reliquerit aliquid alicui, cum legitimæ fuerit ætatis, non debetur ſi veniam ætatis à Principe obtinuerit ne quidem ſi minor reſtitueretur aduerſus lapſũ quatuor dierum (l. ergo quamdiu ff. de fid. lib. u. vtique non erit dicendum reuocari libertates, quæ ſemel competierint) deberet deferri relaxum.

An hæc vera putatis D. Cauſidici? nã ego Iulius Cæſar Gluſianus vtar verbis Iul. l. apud Iul. ff. de fit. lib. deſcendi cupiditate, quàm viuendi rationem non iucundam, ille optimam ego in quadrageſimum ſupra annum (ille in octauum, & ſeptuageſimũ) duco, & meas opiniones cupio audiri, & aliorum audire non grauor, & detinendũ dictum B. & ſic detentum coram præſ. D. Iudice conſignandum, & vbi in contrariũ nil decernatur, eũ ad carceres malæ manſionis, conducendũ, & in eis carceribus concludendum, & conteſtandum penes cuſtodem dictorum carcerum.

For-

Forma relationis carcerationis.

Retulit, &c se vna cum N. N. N. iuisse ad præsentiam præfati N. personaliter reperti in medio viæ publicæ in Burgo N. P. N. P. N. & illum retinuisse, & captum fecisse, & consignasse Domino N. Iudici in eius domo, & illi copiã suprascripti præcepti signati, & subscripti vt. ostendisse, & in actu exequutionis eius copiã illi acceptanti, &c. dedisse, et dimisisse, et exinde iussu præfati Domini Iudicis eum duxisse ad carceres Prætorios Mediolani, et illũ consignasse custodi dictorum carcerum, qui illum statim in carceres coniecit, et inclusit, et dicto custodi præcipisse, etc et alia egisse, etc. in omnibus vt, etc.

Detenti maximè sub ferias natalitias etiam parte non citata possunt relaxari fideiussori de soluendo, vel redeundo lapsis diebus viginti posterias.

Forma relaxi, & fideiusionis.

Comparet N. defensorio nomine, etc. et petit, etc. et offert fideiubere, etc. qui, etc. et signata, etc.

Die suprascripto.

Memoria fideiussionis ẽt ex causa cõstituti omni meliori modo, &c. præstitæ per N. prẽsentem, &c qui se, &c. nomine præfati carcerati, &c. in omnibus iniusta formã ordinationis tenoris suprascripti, &c. renunciando, &c. recipitur per Actuarium, & dicto custodi carcerum præcipiendũ, prout tenore præsentium præf. D. Iudex præcipit, & præcipiendo mandat, quòd d. B. exire non permittat de dictis carceribus, sine speciali licentia prẽfati Domini Iudicis, & nisi prius satisfacto dicto A. de eius credito, vna cum omnibus damnis, &c. In omnibus contractibus agitur ad interesse ex primo contractu. glossa. §. omnes autem actiones Inst. de actio. &c. sequere, vt supra, in primo. glossa. §. Item seruiana Inst. de actio. ait inuecta, & illata sunt obligata etiam pro deterioratione.

Si autem ageretur de inquilino, qui euacuasset domum sine licentia Domini pensione non soluta qui posset accusari furti l. cum qui emit. ff. de furtis.

FIt simile præceptum cum narratiua, quòd B. euacuauerit domum talem conductã ab eo A. non soluta pensione termino Sancti Michaelis proximè præteriti, quę est scutorum decẽ sine licẽtia præfati A locatoris, prout suo iuramento affirmauit dictus A. coram eo in manibus præfati Mag. Iudicis,& mei notarij infrascripti, deinde sequere, vt supra in proximo. Exequutis dictis præceptis siue reponendi, siue personaliter detinendi, & capiendi, ille, in cuius præiudicium factum fuerit, tenetur comparere in termino clausulę grauatoriæ, si adfuerit, secus pręuia citatione contradicere intra biduũ vtile, vel appellare (si poteris) intra quatriduũ dictę repositioni, & data fideiussione, vel de soluendo, vel de re reposita exhibẽda, releuare, pignora seu bona reposita, nisi pręcessisset res iudicata, nã tunc nõ concederetur relaxum, & conductor, vel colonus non videtur posse se tueri alia exceptione, nisi solutionis, vnde petet concludi calcula, petendo imputari melioramenta. Exceptio melioramẽtorum, de quibus constat saltẽ in genere impedit relaxum pignorum derobatorũ,& Repositionis, in genere dicitur cõstare de ipsis si, v.g. vt hoc anno in factis specie contigit, moriens locator pręceperit hęredi vt compenset cum pensione conductori melioramenta facta in extruendo pariete, scalis, pauimentis, itaq; Iudex debet hoc casu pronuntiare repositionẽ tollendam esse in totum siue ad ratã iuxta quantitatem, & liquidationem ęstimationis melioramentorũ, quę fieri debet per ęstimatorem eligendũ ad formam statutorũ in executione ordinationis vide notata per Borgninũ decis. 32. parte 2. hoc posset subijci formula denuntię faciendę per Dominos conductoribus ne faciant expensas vel has, vel illas sub pęna nullitatis, nõ solutionis, &c. & alias vectuias Domino facta in bonis, & ad eius vtilitatẽ, sunt, & alia velamẽta, ad quę pos-

set

set recurrere, puta nõ traditę possessionis, vel quid simile, sed cũ in facto aliter veritas se habeat, peccatũ est ea adducere, posset ét tertius cõtradicere, qui posset opponere, vel de dominio bonorũ repositorum, vt de socedo; his enim duobus casibus exceptis, Dominus ille, vel locator, prę fertur in prędictis rebus mobilibus, vel semouentibus, aliis, creditoribus etiam tempore prioribus, vel quocunque priuilegio priuilegiatis, cum hypotheca, vel sine, de quo debito statur proprio sacramento locatoris, vel eius hęredum aduersus conductorem, & quemlibet de eius familia, ac quemlibet alium tertium vsque ad quantitatem librarum quinquaginta Imperialium, cap. 282. fol. 79. vol. 1. Si autem foret captus citabit Dominum coram Iudice, à quo ad videndum concedi relaxum, vti minus quę exceptio rititudinis nõ habet locum, si accusatus criminaliter furti capiatur rectè detentum, & proponet in termino eius exceptiones prędictas, prędictis solutionẽ debiti, vel de licentia ipsius Domini recessisse, vel adhuc se paratum soluere factis calculis: & offeret ad cautelã fideiussionẽ de soluẽdo quicquid apparebit debitor, quia tunc erit in arbitrio Iudicis illum relaxari faciendi; bene verum est, quòd statuta prędicta disponũt, quòd non possit relaxari, nisi in satisfacto Domino seu locatore, solét etiam adiri protectores cum quis allegat nullitatem rititudinis capturę, & tunc citatur pars ad iustificationem capturæ.

Præceptum, quod sit massario, &c. ne exportet paleas, & certa alia prohibita exportari vltimo anno.

PRęmissa narratiua, q̃ talis conduxit à te talia bona, & q̃ hoc anno finitur inuestitura, & quia dictus talis vociferãdo vadit recedere, & exportare velle, seu exportari facere (si sit colonus, partiarius, vel massarius, vel parciarius, & fictabilis simul in Ducatu vel intra corpora Sãctorum Mediolani) paleam ligatam, & non ligatã, culmũ, meliacam, stipulã, rapas, stazias, scarlionos, palos, trosos vitiũ & pacas, (si sit fictabilis, tantũ dicitur,) ledamẽ, paleas, ligatas, *Hoc præceptum inhibitoriũ potest fieri ẽt emphyteotæ, et vsufructuario sed hi pos-*

Titius possidet me inuito, & iniustè rem meam, nec vult restituere.

Peto igitur Titium condemnari, & compelli, vt mihi eandem rem restituat.

Libellum eruditi quidam I. C. vocauerunt syllogismum. causidicorum, maiorem enim propositionem minorem, & conclusionem continet.

Actionis significatio materia, causaque.

Actionis nomen multa significat, nam omnes actiones humanas complectitur, vt eum qui viuit latinè elegantius loquentes vitam agere dicamus, sed hoc loco actionis significatio ad vsum fori, idest Pallatij, restringitur, Iurisconsulti enim causas, & iudicia, Actiones vocauerunt.

Materies, & causa actionum sumitur vel

ex Dominio rerum vel
ex iure quod in reb. asseritur.
vt in vendicationibus, vel
Ex obligatione dictorum, et factorum, vt in conditionibus.
§. omnium. Inst. de Actio.

Caterum Actionis cognitio, & Iudicij versatur in his.

In autore.
Causa
cui detur
Aduersus quem
An porrigatur ad hæres
Quid in ea veniat
Quandiù concedatur.
Quis sit finis
De officio Iudicis
Litigatorum
De remedijs connexis

Hæc nullus rectè scire potest, nisi qui actionũ circũstantias nouit quoniã variãtur circunstantiæ iuxta cõditionem actionis.

Const. lib. 2. de in. §. libellus. stat. c. 21. vol. 1. ex

Libellus, quantum præsens materia postulat) est breuis scriptura continens personam Iudicis, Actoris, & Rei rem petitam, & causam petendi contra aduersarium, necessariò inferens, & concludens, & solet offerri in omnibus causis arduis, & magni ponderis, vti in actione rei

rei-

vendicatoria, hypothecaria, & similibus, de quibus Asinius §. 4. cap. 2. ponit Octuaginta casus, in quibus libellus non est necessarius, & per statuta, & constitutiones Dominij Mediolani cauetur, quòd libellus, seu petitio qualiscunque sit ipso iure admissa esse intelligatur, dummodo actoris, & rei personas cõtineat; & item quantita:ẽ. remq; velut in reali actione, & ius, quod petitur, & petitionis causam in personali iuxta Roland. & nisi exprimatur causa reus potest petere, quòd reuocatur libellus, & circũcidatur gl. l. si modo. ff. de excep. rei iud. u. si hominẽ. Hinc sciendum erit aliud importare libellum, aliud petitionẽ: libellus enim quædam, quę iuris formam, intimationẽq; agentis respiciũt, continere debet, ex eisq; omnibus concipiendus est. petitio verò non requirit aptitudinem, nisi quo ad intẽtionem, vt concludat aliquid necessario, omissis his, quæ respiciunt formã, est & alia differentia, quã ponit Blancus de cõpromissis, maximè quòd non datur copia petitionis parti expensis actoris, secus libelli. Itẽ libellus debet in scriptis porrigi coram iudice, secus in petione, quia sufficit fieri simplex narratio in actis notarij. Prętera maior est acceleratio expediẽdi via petitionis, quia Reus per dilatorias respicientes ea, quę sunt de forma libelli, nõ potest litẽ protrahere, tum ẽt quia non est necesse reũ respondere petitioni, sed libello sic: sed tamen per statuta, & Decreta Mediolani cautum est, quòd Reo respondente, si ue non, lis habeatur pro contestata, inde incipiunt currere tempora probatoria, & reprobatoria: tum ẽt quia in petitione proceditur summariè, &c. quia abbreuiãtur dilationes; ille clausulę salutares non tantũ modo, quo supra, sed aliàs omni meliori modo, &c. deducendo, &c. nõ se astringendo, &c. valde adiuuant libellum, & petitionẽ. Libellus prętera debet signari à Iudice, & ab Actuario, debet continere tempus pręsentationis scilicet annum, mensem, indictionem, diem, & horam, nomẽ etiam seruitoris. Item terminum deliberandi, qui terminus regulabitur, vt supra in citatione, & idem quoad eius intimationẽ, & relationẽ: & ex dispositione tàm statutorum, quàm nouarum constitutionũ ipso iure censetur statutus terminus vnius diei vtilis Reo ad deliberandum, & respondendum petitioni

Pap. Aret Br Bl. Io. And Oriz. Maranta. Rofredo. Speculato. & Alcias.

De istis vide No. Const. lib. 2. de iu. et sta c. 21 fo. & 21. et c. 191. vol. 2.

Vide Io. Andr.

post

post intimationem libelli, vel petitionem in actis dimissam, & de iure dandus erat terminus dierum viginti ad respondendum an cedere, vel contendēte velet. Et si producens habitabit extra redefossa Mediolani, eliget habitaculum, si verò Reus eidem cominabitur ad eligendum habiraculum, vtsupra dixi, & infra suo loco dicam effectus autem libelli principales tres sunt, de quibus Io. Andreæ. addita clausa in fi. libelli sal. potest corrigi. cæterum dato libello, si reus velit, cogitur actor in lite persistere Auct. qui semel.

De litis contestatione.

Aduerte verò lite contestata, vel quasi cum procuratore nō posse citari dominum, nisi postea ad peremptorium ex statuto Mediolani. & ideò Lambertus de Ramponibus dicebat, si hoc casu aliquis actus fiat in contumaciam domini, eum actum non valere, l. procuratoribus eod. de Procur.

Io. Andr. No Const. lib. 2. de iur. est stat c. 21 fol. 8 21. est c. 191. vol. 2.

OLim antequam contestaretur lis, currebat aliquando decennium, dabantur olim viginti dies reo, vt deliberaret, vellet ne cedere, an potius contendere, an verò Iudicem recusare, & plus, sed nunc per decreta Mediolani, & statuta Ciuitatis Mediolani prouisum fuit, vt ipso termino diei vnius vtilis deliberādi, siue Reus respon derit, siue non, lis habeatur pro contestata, & instantia lit terarum Ducalium incipit à die legitimæ præsentationis.

Vide Io. Andr.

Hinc litis contestatio multos effectus parit, nam post eam Iudex non recusatur, nisi ex noua causa. Item res efficitur litigosa. In actione reali ex statuto cap. 68. & multa alia, quæ refert Io. Andreæ in ordine suo iudiciario, vide etiā cautelam Cępol. 191. docentem te quibus casibus res litigiosa alienari possit durante instantia.

§. 5. *De iuramento calumniæ.*

Notandum iuramentum calumniæ esse iuris diuini, ac propterea dubitari posse an statuto tolli possit, Antonius del Re

I.C.

I. C. Tiburtinus tractatum nuper de iuramento cal. ideſt, de iuramento calumniæ edit, vbi diſertiſſimè hoc tractat.

SVceſſiue de iure communi, & ſecundum conſuetudinem ferè omnium Ciuitatum, & locorum Italiæ iurari debet de calumnia hincinde, quod ſi omitteretur petitum, proceſſus ipſo iure redderetur nullus, ſed Mediolani non ſolet deferri, nec peti tale iuramentum, quia extat ſtatutum. cap. 57. fol. 25. vol. 1. per quod cauetur, quòd in qualibet cauſa ſiue ordinaria, ſiue ſummaria, vel compromiſſi procedatur, & poſſit procedi abſquè ſacramento calumniæ, & tale ſacramentum, eſt ſequentis virtutis, quòd ſi Actor noluerit iurare, debet cadere ab inſtituta actione per ſententiam ſi Reus habetur pro confeſſo, ac ſi confeſſus eſſet ſe debitorem, & quid importet iuramentum calumniæ habetur ſequentibus verſibus. *Ex Io An. Alc. Mar. p 6. & aliis ſupra relatis. et Io de Deo. § 5 c. 16. cautel.* *Vide Alc.*

Illud iuretur, quòd lis tibi iuſta videtur.
Et ſi quæretur, verum non inficietur. *Ex Io. An.*
Nihil promittetur, ne falſa probatio detur.
Vt lis tardetur nulla dilatio petetur.

Et perſonæ principales debent iurare regulariter vſque primò Actor, deinde Reus, & omnes alij, qui legitimam habent adminiſtrationem vel à lege, vel à iudicis auctoritate vti ſunt tutores, curatores, ſyndicus, actor, & procurator vniuerſitatis: procurator autem non iurat de calumnia, ſed multi ſunt caſus in quibus non iuratur de calumnia, & de his hactenus. *Ex Alciato fol. 84.*

CAP. IIII.

Quibus in caſibus executiuè nulla præuia citatione, vel præcepto continente clauſulam iuſtificatiuam *poſſit procedi*, & de ſaluandis iuribus dominorum locatorum.

Iure ciuili ad perſequenda pignora datur ſaluianum interdictum, dictum, ſi Zaſio credimus, à ſaluando: quod ſaluat ius domino.

minorum, & creditorum. Actio locati datur an mercedem, & pensionem taxatam. Actio verò præscriptis verbis datur vbi certa merces non interuenit; sed remedium domino, & locatori plenius datur conditione ex hoc statuto. Mediolani. quæ datur domino iniectio manus in fructus, & reditus, & bona inuecta, & illata, & hoc casu locator est iudex sibi ipsi statuto permittente, regulariter contra l. 1. cod. quando liceat vnicuiq; sine iudice se vindicare.

Remedia statutaria executiua.

EX dispositione statuti, c. 737. f. 79. vol. 1. disponitur, quòd licitum sit cuilibet, qui dederit aliquam possessionem, vel prædium rusticum, scilicet situatũ extra redefossa Mediolani, ad massaritiũ, vel per viam medietatis, vel tertij, vel alterius quotæ partis, vel ad fictum, vel eius nuncio, procuratori, vel hæredi sua propria auctoritate, etiam sine præcepto, & auctoritate iudicis, & sine alio processu capere, robare, & recipere, & etiam quoscunque fructus, & reditus, qui ex re locata exierint, nec non quascunque res mobiles seu, se mouentes, etiam bestias arratorias, plaustra, & alia vtẽsilia apta ad laboreria terræ, quas vel quæ habeat, & teneat, vel possideat massarius, siue partiarius, vel conductor vtsupra pro quicunq; debito, quod Dominus, siue locator ab ipso massario, vel fictabile, vel aliquo de eius familia maiore annis quatuordecim, habere debuerit occasione fructuum, & redituum sibi debitorum. Itẽ pro blado dato pro semine, & pro semine, & pro comedẽdo per massarios, & familias eorum, & denarijs datis pro manegijs, palis, & Racchis, seu scarionibus Item pro denarijs datis sappatoribus, vel laboratoribus, pro feno; p stramine; pro grassa, & pẽsione sediminis, seu domꝰ, locati, vel locatæ, & pro alijs datis occasione massaritij, & per stat. c. 379. fol. 130. vol. 2. Idem ẽt disponitur respectu coloni, partiarij, fictabilis, vel molendinarij, vel follatoris cuiuscunq; generis, & pistatoris risij, vel alterius bladi debitoris, qui recessisset à bonis, non sati-facto Domino, & contra tales receptantes, & non excumiantes facta denuncia. Idem disponitur per cap. 408. fol. 107. vol. 2. videlicet, q̃ non possit aliquis colonus, vel partiarius, vel massarius, vel fictabilis alicuius possessionis, inuito Domino,

vel

vel locatore ſuo, abducere, vel abduci facere, vel abduci facere ſub quouis prætextu deſuper poſſeſſione eidem locata aliquas beſtias, animalia, plauſtra, aratra, nec aliqua vtenſilia domus, nec alia vtenſilia apta ad laborerium terræ, quę ipſe colonus, vel alij vtſupra habeat, teneat, vel poſſideat, ſeu habeant, teneant, vel poſsideant ſuper bonis locatis, & ſi contrarium fieri voluerit: poſsit Dominus, vel locator per ſe, vel nuntium, vel nuncios ſua propria auctoritate, & abſque alicuius iuſdicentis auctoritate, ſeu licentia obuiare ipſi conductori, ne contrafiat, & eas beſtias, animalia, & alia ſuperius expreſſa apprehendere, & retinere, & per ſtatut. c. 417. diſponitur, quòd penſionantes ſeu inquilini ciuitatis, & ſuburbiorum, ideſt extra redefoſſa Mediolani, ſpaciantes, ſeu ſpaciari facientes domos conductas non ſatisfacto Domino, ſeu locatore de penſione, ſine licentia ipſius Domini, ſeu locatoris, poſsint pro debito pẽſionis tẽporis pręteriti capi, & detineri. Et vtrũ euacuauerint domum ſine licẽtia Domini, ſeu locatoris, vel ne, ſtatur eius locationis ſacramento. vide ſup. fol. 17. vnde innoleuit practica, q̃ cum Dñs, ſeu locator dubitat de fuga coloni, vel ne bona tranſeant in ſiniſtrum, vel quando eſt maturatum debitum, & non ſatisfactum impetrat præceptum reponendi, cuius formula ſolet ſic à multis concipi.

Formula præcepti reponendi de bonis coloni, &c. ad petitionem locatoris.

1580. Indictione die menſis in

Magnificus Dom. Talis Iudex. ſic inſtante A. cum reſeruatione (ſi habitat extra locũ Iudicij, ſolet fieri electio habitaculi) omnibus modo commiſit, & committit N. ſeruitori communis Mediolani, quatenus ex eius parte, & præcepto, & ad inſtantiam ſupraſcriptam vadat cũ famulis duobus, & pluribus (ſi expedierit) quolibet die etiam feriato, ad omnes partes neceſſarias, ad pignorandum de-

mouentibus inuectis, & illatis B. Massarij, seu conductoris ipsius A. pro summa librarum centum Imperialium, de quibus est debitor præfati A. occasione pensionis termini (dicatur) proximè præteriti domus ipsius A. sitæ in tali parochia locatę ipsi B. apparente instrumento locationis rogato per talem notarium per præfatum magnificum Iudicem viso. Item pro expensis. Item ad ammouendum quęcunque obstacula impedientia præsentem repositionem, & frangendum, &c. eaque bona reponenda sequestrandum penes idoneam personam, & illi personę futuræ depositariæ præcipiendum, prout tenore præsentis præcepti, præfatus Dominus Iudex præcipit, ne dicta pignora, & bona alicui personæ relaxet, & respondeat sine speciali licentia prafati D. Iudicis, sub pœna scutorum ducentum auri Regiæ Cameræ applicandorum, & soluendi de suo, &c. & si quis, &c. Hoc casu facta contradictione præceptum reponendi resoluitur in vim simplicis citationis. Oaschus decis. 86. num. 7. Quod generale est in omni præcepto huiusmodi Actore verò neque reo comparente præceptum circunscribitur Egid concl. 722. ergo Relaxum reo debet concedi, at reo tantum non comparente actor debet ad diem clausulæ grauatoriæ comparere, & qualem petitionem, quam firmationem vocant. facere, quia petitio est de iure diuino, & iustum est, & secundum naturam Actorem petere, petitionemque proponere vt ait glossa in extrauaganti vers. Et FIGVRA. 11. Nam coram Salomone mulier dixit filius meus viuit filius istius, &c. licet quidam pugnaces opinionibus defendant hoc casu non esse necessariam aliquam petitionem: ego quidem non habeo in ambiguis actore non comparente in termino clausulę esse reo dandum relaxum. & ita intelligi stat. cap. 233. facta prius præsenti repositione, senserit te indebitè grauatum compareat coram præfato Domino Iudice ad eius tribunal iuris situm, &c. die tali, hora tali, ad allegandum, &c. & ad videdum firmari præsens præceptum & iura produci, & fieri omnia alia, &c. mandans reponendo, &c. & prędicta fiant cum dimissione copiæ, saluo, q prohibita non reponantur. Exceptiones competentes massario, & inquilino sunt plures, maximè non traditæ

pos-

possessionis, remissionis mercedis ex causa belli, pestis, pruinæ, meliorationum, vel diei, quamuis ante diem vel conditionem possit quis quandoque conueniri Pedem, decis. 130.

Si verò dubitaretur de fuga massarij debitoris.

De repositione.

Generaliter quandocunque persona est suspecta in vendicatione reimobilis, & actione reali pignoratitia fit repositio l. si satis. ff. qui satisd. cog at in personali capitur suspectus de fuga, ad ipsam autem rem tunc demum peruenitur si vocatus se non defendat Auth. die litig. §. omnem. Otho. in praxi fol. 9. quomodo autem reus debeat concipere articulos ad probandum contrarium, ideft senon esse suspectum infra annotandum. 10. 11.

MAgnificus talis Iudex, cui prius fuit expositum per A. quòd B. est eius massarius, & colonus super nonnullis bonis ipsius A. sitis, &c. & reperitur debitor prętati A. de summa librarum mille Imperialium, tam occasione fictorum quàm adiutorij dicti massaritij apparente publico instrumento, & aliorum, quæ communiter præstantur, & prętari solent per Dominos massarijs, & etiam damnorum diuersimodè datorum, in, & super dictis bonis, & quòd nuperrimè ad aures, & notitiam ipsius A. deuenit, quòd dictus B. massarius fugere, & deserere vult ipsam coloniam. non satisfacto ipso A. quodque dictus B. habet certa bona mobilia, & bestias, & vtensilia ad laborerium terræ, & dictus A. dubitat ne propter tarditatem temporis, transeant in finistrum ipso A. non satisfacto de dicto eius credito, prout pro parte ipsius A. iuratum fuit. petendo propterea in prædictis de opportuno iuris remedio sibi prouideri iuxta etiam dispositionem statutorum communis Mediolani. idcircò prętatus Dominus Iudex ad exequutionem præmissorum statutorum, & ad instantiam,

tiam, & petitionem præfati A. præsentis, &c. & omnibus modo, &c. quibus melius, &c. commisit, & imposuit, & in mandatis dedit, & dat N. seruitori communis Mediolani, quatenus ex sui parte, præcepto, & ad dictam instantiam vadat ad omnes partes necessarias, ad quas necesse fuerit, vna cum duobus famulis, & alijs personis necessarijs ad describendum, & describi faciendum dicta quæcunque bona mobilia, & bestias, & vtensilia ad laborerium terræ dicti B. massarij, & ea reponendum in loco tuto, & sequestrandum penes personas idoneam, in modum quod transire non possint in sinistrum, & præcipiendum cuilibet personæ, penes quam dicta bona, & bestiæ, & vtensilia reponi contigerit, quatenus teneat penes se insequestrum, & depositum, & quòd de eis nemini personę respondeat sine speciali licentia præs. D. Iudicis sub pęna scutorum, &c. seque re vtsupra dixi in præcedenti præcepto.

Si autem ageretur de colono debitore, qui se absentasset, durante colonia, & non satisfacto Domino, seu locatore.

MAgnificus D. N. Iudex, cui fuit expositum per A. qualiter D. eius conductor deseruit coloniam non nullorum bonorum sitorum in tali loco ipso A. non satisfacto de credito, quòd habet contra dictum eius conductorem ex causa dictæ coloniæ; contra etiam dispositionem statutorum, & nouarum constitutionum Mediolani. superinde disponentium, vt præfato Domino Iudici constitit per informationes datas ea propter dicto A. sic instante, & petente sibi in præmissis prouideri de opportuno iuris subsidio, præfatus Dominus Iudex ad executionem prædictorum statutorum, & alias omnibus modo, &c. cõcessit, & concedit N. seruitori communis Med. quatenus ex eius parte, & præcepto, & ad instantiã suprascriptã vadat ad omnes partes necessarias ad personaliter capiẽdũ, Generaliter vbi quis interuertit facultatẽ, & eripit modũ creditori faciẽdi executionẽ carc. l fi. §. fi. ff. de his, quæ in fraudem, & gl. §. Item si quis in fraudem, Inst. de actio.

Capi-

Capitula ad probandum non esse reum in casu vt tanquam suspectus capiatur.

1 *Che la verità fù, & e come nel anno nel quale si dice detto carcerato essere intrato in obligo di pagare à Signori Vignola da Venetia e Piperarij dan. per lettere di cãbio, e prima habitaua in detta Città di Venetia, oue de ca lun bãchiere e facile saper l'hauere, & hauendo essi Signori Piperarij e cõpagni molti negotij, e pratica in detta Città verisimilmente sapeano de quali, e quante facoltà fosse detto carcerato, si che non ponno allegare d'hauer fidato il suo à forastiero sopra l'opinione del credito, come tal volta accade sotto le piazze, e poi hauerlo scoperto per fallito, ouer meno idoneo di quello s'haueßero saputo non gl haurebbono fidato tanti danari, e però non sono in caso di ritenerlo per fugitiuo.*

2 *Detto carcerato possedea in Venetia sopra il Canal grande stabili, e ragioni di valor de Zechini ottãtamille, e più nel tẽpo di detto cãbio & hora nel tempo fu carcerato vi possede per valor de Zecchini nouecento mille, & iui parimente tiene famiglia & à tẽpi debiti fa le sue prouisioni d'importanza di grano, vino, cose opportune, come fanno quelli hãno il modo, vinendo nõ come quelli, che di giorno in giorno prouedendosi si può temere stiano con animo sollenato, e diano da sospettare d'hora in hora se ne vadano alla malpaga, mà come quelli si tẽgono per huomini stabili e desiderosi di perpetuamente tenersi. si che hauendo come sopra migliorato conditione, & facendo tal vita, non si potea carcerar per fugitiuo.*

3 *Perche nel tempo fu carcerato, e prima mangiaua, e dormiua in casa non sagra, nè cãbiaua luogo, nè sempre staua in casa, nè per le vie si tenea sotto le gronde, ne calli segrete, mà senza distintione de' giorni, vie, hore pratticaua, staua longamente ne luoghi più di concorso al modo fanno le persone di buon credito, & honorate: si che niun ch'habbi l'animo libero da passione mala, dirà detto carcerato daße indicio di fuggire, essendo tanto più detto carcerato banchiere molto conosciuto, & de buoni compimẽti persona d'anni cinquanta, che pur tuttania in questa*

età andaua a cerco auanti gl'occhi de creditori, oue sapea gl'harebbero potuto dar delle mani adosso se fosse stato in caso, ilche non harebbe fatto se fosse stato in pensier di fugir, glosa in l. si vt certo loco ff commod. v. est commodatus, nota, inquit, quod iuuenes facilius fugiunt, quam senes.

Declaratio Senatusconsultus diei. 15. Iun. 1556. de debitoribus suspectis.

Statuit verò Senatus debitoribus detentis; creditores termino dierum quatuor verificare debere suspicionem fugæ, alitev illico relaxum fieri.

Hinc Senatusconsulto fit fraus per creditores, quia vltra terminum dierum quatuor retinent debitores vbi testes producti ad fundandã eorum intentionem iurauerint intra quatuor dies sicut fit in alijs causis, vnde nihil speciale in gratiam talium debitorum videtur inductum ex Senatusconsulto cum re vera verba eius naturaliter intelligi debere denotet v. illico, & v. verificare l. si quis aliquid dari cod. si maior factus ra. habu. & præcipuè fauore status, & liberatis: nam v. verificare sonat veritatem, nõ fictionem, & quando verba debent sumi vere, fictio locum nõ habet, vt in ea l. fi. c. si maio. vbi si quis reliquerit aliquid alicui, cum legitimæ fuerit ætatis, non debetur si veniam ætatis à Principe obtinuerit ne quidem si minor restitueretur aduersus lapsũ quatuor dierum (l. ergo quamdiu ff. de fid. lib. u. vtique non erit dicendum, reuocari libertates, quæ semel competierint) deberet deferri relaxum.

An hæc vera putatis D. Causidici? nã ego Iulius Cæsar Glusianus vtar verbis Iul. l. apud Iul. ff. de fit. lib. descendi cupiditate, quàm viuendi rationem non iucundam, ille optimam ego in quadragesimum supra annum (ille in octauum, & septuagesimũ) duco, & meas opiniones cupio audiri, & aliorum audire non grauor, & detinendũ dictum B. & sic detentum coram præs. D. Iudice consignandum, & vbi in contrariũ nil decernatur, eũ ad carceres malæ mansionis, conducendũ, & in eis carceribus concludendum, & contestandum penes custodem dictorum carcerum.

For-

Forma relationis carcerationis.

Retulit, &c se vna cum N. N.N iuisse ad præsentiam præfati N. personaliter reperti in medio viæ publicæ in Burgo N. P. N.P.N & illum retinuisse, & captum fecisse, & consignasse Domino N. Iudici in eius domo, & illi copiã suprascripti præcepti signati, & subscripti vt s. ostendisse, & in actu exequutionis eius copiã illi acceptanti, &c. dedisse, et dimisisse, et exinde iussu præfati Domini Iudicis eum duxisse ad carceres Prætorios Mediolani, et illũ consignasse custodi dictorum carcerum, qui illum statim in carceres coniecit, et incluſit, et dicto custodi præcipisse, etc et alia egisse, etc. in omnibus vt, etc.

Detenti maximè sub ferias natalitias etiam parte non citata possunt relaxari fideiussori de soluendo, vel redeundo lapsis diebus viginti posterias.

Forma relaxi, & fideiusionis.

Comparet N. defensorio nomine, etc. et petit, etc. et offert fideiubere, etc. qui, etc. et signata, etc.

Die suprascripto.

Memoria fideiussionis ẽt ex causa cõstituti omni meliori modo, &c. præsitæ per N presentem, &c qui se, &c. nomine præfati carcerati, &c. in omnibus iniusta formã ordinationis tenoris suprascripti, &c. renunciando, &c. recipitur per Actuarium, & dicto custodi carcerum præcipiendũ, prout tenore præsentium præf. D. Iudex præcipit, & præcipiendo mandat, quòd d. B. exire non permittat de dictis carceribus, sine speciali licentia pręfati Domini Iudicis, & nisi prius satisfacto dicto A. de eius credito, vna cum omnibus damnis, &c. In omnibus contractibus agitur ad interesse ex primo contractu. glossa. §. omnes autem actiones Inst. de actio. &c. sequere, vt supra, in primo. glossa. §. Item seruiana Inst. de actio. ait inuecta, & illata sunt obligata etiam pro deterioratione.

Si autem ageretur de inquilino, qui euacuasset domum sine licentia Domini pensione non soluta qui posset accusari furti l. cum qui emit. ff. de furtis.

FIt simile præceptum cum narratiua, quòd B. euacuauerit domum talem conductã ab eo A. non soluta pensione termino Sancti Michaelis proximè præteriti, quę est scutorum decẽ sine licẽtia præfati A locatoris, prout suo iuramento affirmauit dictus A. coram eo in manibus præfati Mag. Iudicis, & mei notarij infrascripti, deinde sequere, vt supra in proximo. Exequutis dictis præceptis siue reponendi, siue personaliter detinendi, & capiendi, ille, in cuius præiudicium factum fuerit, tenetur comparere in termino clausulę grauatoriæ, si adfuerit, secus pręuia citatione contradicere intra biduũ vtile, vel appellare (si poteris) intra quatriduũ dictę repositioni, & data fideiussione, vel de soluendo, vel de re reposita exhibẽda, releuare, pignora seu bona reposita, nisi pręcessisset res iudicata, nã tunc nõ concederetur relaxum, & conductor, vel colonus non videtur posse se tueri alia exceptione, nisi solutionis, vnde peteret concludi calcula, petendo imputari melioramenta. Exceptio melioramẽtorum, de quibus constat saltẽ in genere impedit relaxum pignorum derobatorũ, & Repositionis, in genere dicitur cõstare de ipsis si, v.g. vt hoc anno in factis specie contigit, moriens locator pręceperit hęredi vt compenset cum pensione conductori melioramenta facta in extruendo pariete, scalis, pauimentis, itaq; Iudex debet hoc casu pronuntiare repositionẽ tollendam esse in totum siue ad ratã iuxta quantitatem, & liquidationem ęstimationis melioramentorũ, quę fieri debet per ęstimatorem eligendũ ad formam statutorũ in executione ordinationis vide notata per Borgninũ decis. 32. parte 2. hoc posset subijci formula denuntię faciendę per Dominos conductoribus ne faciant expensas vel has, vel illas sub pęna nullitatis, nõ solutionis, &c. & alias vecturas Domino facta in bonis, & ad eius vtilitatẽ, sunt, & alia velamẽta, ad quę pos-

set

set recurrere, puta nõ traditę possessionis, vel quid simile, sed cũ in facto aliter veritas se habeat, peccatũ est ea adducere, posset ét tertius cõtradicere, qui posset opponere, vel de dominio bonorũ repositorum, vt de socedo; his enim duobus casibus exceptis, Dominus ille, vel locator prę fertur in prędictis rebus mobilibus, vel semouentibus, aliis, creditoribus etiam tempore prioribus, vel quocunque priuilegio priuilegiatis, cum hypotheca, vel sine, de quo debito statur proprio sacramento locatoris, vel eius hęredum aduersus conductorem, & quemlibet de eius familia, ac quemlibet alium tertium vsque ad quantitatem librarum quinquaginta Imperialium, cap. 282. fol. 79. vol. 1. Si autem foret captus citabit Dominum coram Iudice, à quo ad videndum concedi relaxum, vti minus quę exceptio rititudinis nõ habet locum, si accusatus criminaliter furti capiatur rectè detentum, & proponet in termino eius exceptiones prę sertim solutionẽ debiti, vel de licentia ipsius Domini recessisse, vel adhuc se paratum soluere factis calculis: & offeret ad cautelã fideiussionẽ de soluẽdo quicquid apparebit debitor, quia tunc erit in arbitrio Iudicis illum relaxari faciendi: bene verum est, quòd statuta prę cisè disponũt, quòd non possit relaxari, nisi in satisfacto Domino seu locatore, solét etiam adiri protectores cum quis allegat nullitatem rititudinis capturę, & tunc citatur pars ad iustificationem capturæ.

Præceptum, quod fit massario, &c. ne exportet paleas, & certa alia prohibita exportari vltimo anno.

PRęmissa narratiua, q̃ talis conduxit à te talia bona, & q̃ hoc anno finitur inuestitura, & quia dictus talis vociferãdo vadit recedere, & exportare velle, seu exportari facere (si sit colonus, partiarius, vel massarius, vel parciarius, & sictabilis simul in Ducatu vel intra corpora Sãctorum Mediolani) paleam ligatam, & non ligatã, culmũ, meliacam, stipulã, rapas, stazias, scarlionos, palos, trosos vitiũ & pacas, (si sit sictabilis, tantũ dicitur,) ledamẽ, paleas, ligatas,

Hoc præceptum inhibitoriũ potest fieri ẽt emphyteotæ, et vsufructuario sedhi pos-

ſũtincidere arbores renaſcẽtes, niſi inhibitẽ fit, at parsiarius non põs Flor. l. ſed et ſi quid. n. 13. ff. de vſuf.

gatas,& non ligatas,ſtipulã,culmum,& meliacam, quæ ex forma ſtatutorum communis Mediolani debent relinqui Domino,ſeu locatori,& requiſito (vtſupra) præfatus Iudex commiſit, &c. ſeruitori quatenus vadat,&c. ad præcipiendum, prout tenore præſentium pręfatus Dominus Iudex pręcipiendo mandat dicto tali, quatenus habito pręſenti præcepto non audeat, nec pręſumat directè, nec per indirectum abducere, nec abduci facere,ſed teneatur, & debeat relinquere præfato inſtanti paleam ligatam, & non ligatam, culmum, meliacam ſtipulam, rapas,& alia, vt ſupra:quę relinquenda veniunt ipſi Domino ex forma ſtatutorũ cõmunis Mediolani ſub rubrica generali de locatione,& conductione, debeat etiam reliquiſſe ſepes, ſiue ceſias, & arbores cæduas,ſeu cędi conſuetas,quę non ſunt cũ cima in,& de tot folijs, vt erant tẽpore inchoatę ſictaliciæ,vel inchoati maſſaritij,illas verò, quę fuerunt cum cima.nullo modo ſine licentia ipſius Domini locatoris incidere ągabare,nec ſcaluare,nec amouere poſſit,nec extirpare aliquas arbores cima,nec ſine cima abſq; ſpeciali licentia,vt ſupra,ſub pęna, iſtud pręceptũ videtur quodãmodo pręparatoriũ actionis contra colonum pro damno dato. pręter autem actionem ſtatutariam c. 371. vol. 2. aduerſus partiarios domino competunt aliæ quoq; & quia Plotus videtur ſentire dãnum debere probari aliter quã per iuramentũ, licet æſtimatio eius ex ſtatuto taxetur iuramento adſummam lib. 16. propter illa verba ſuper ego arbitror contrarium idem enim eſt dicere ſuper,& de ex gl.& tex.l. à D. Pio. §. ſi ſuper rebus. iuncto u. de his,&c.

Quatuor actione dantur Domino hoc caſu.
Condictio ex ſtat. c. 371. vol. 2.
Actio ex locato.
Aquilia.
Interdictum quod ui, aut clã. l. in duob. ff. de iureiur.

Fiſco verò colonus hoc caſu tenetur in quadruplum l. fraudem. ff. de iu. fiſ. dupli, applicanda ipſi Domino, ac ſcutorum ducentum auri Reg. Duc. Camerę applicandorũ, & ſi quis,&c. firmo interim,&c. ſequere, vtſupra.

De

De denuntia finitę locationis.

ET quia per ſtatuta diſponitur, quod locatio cẽſeatur durare de anno in annum, niſi fuerit denuntiatum, reſpectu bonorum ſitorũ extra redefoſſa ante Kalendas menſis Maij, & intra redefoſſa, vel in Ciuitate ante kal. menſis Auguſti, ideo aliquando locator, aliquando conductor denuntiant ſibi inuicem, quæ ſolet ſic concipi. 1580. &c. Mag. Domini Conſules Iuſtitiæ Med. ſic inſtãte. Denuntia hæc dicitur excumiatoria vulgò in iure p̃ceptũ migrandi tit. 32. fi. ſexta digeſtorum. Borgninus vocat præceptũ de diſgumbrando parte prima deciſ. 19. eſt verò hæc denũtia quandoq; initium Iudicij poſſeſſorij ſummarijſſimi, quod momentaneũ poſſeſſoriũ vocatur in codice, & quod Alex. executiuum conſ. 50. vol. 2. in quo iudicio non admittitur ex ſtatuto petitio conſilij ſapientis, nec capitula ad reprobandum teſtes, & probationes fiunt de plano. i. ſummariè admittuntur informationes Achill. Perſonat. tract. adipiſ. nu. 28. eſt tamen in facultate Actoris an velit producere capitula ad coadiuuandum plenarium poſſeſſorium, vel petitorium. *Idem eſt ẽt de iure.*

Et quia ſunt Doctores, qui altercantur, & diſputant, an poſſit prę̃ſcribi coloniæ Afflict. dec. 365. n. 13. ne præſcriptio obrepat frequentes erimus in eijciendis villicis, & in iſtis denuntijs mittẽdis. A. &c. cũ reſeruatione, &c. & maximè conſequendi ficta, &c. commiſerunt, &c. ſeruitori, &c. quatenus ex eorum parte, &c. vadat quodlibet die etiam feriato ad omnes partes neceſſarias ad denunciandum, & notificandum, prout tenore pręſentiũ pręfati DD. Conſules denuntiando, & notificando mandant B. perſonaliter, vel, &c. quatenus mens, & intentio præfati emptoris conductoris, ſucceſſoris. vſufructuarij, domini directi. A. fuit, & eſt, q̃ oĩs locatio, ſiue in ſcriptis, ſiue oretenus facta per dictum A. inſtantem in dictum B. de illis bonis, immobilibus ſitis, & iacentibus in tali loco, ſiue Parochia, ſit finita, nec amplius durare habeat à feſto Sancti Michaelis proximè futuri iu antea, & in dicto feſto dictus B. debeat dicta bona relaxaſſe libera, & expedita, & à nemine occupata

ad effectum, vt de eis disponere possit ad eius libitum (si autem duraret inuestitura, & veles expellere conductorem, debes subdere causas, cur nolis stare locationi,) & hæc omnia fiunt ad omnem bonum finem, &c. & ad effectū, vt statutorum dispositio suum sortiatur effectum, mandantes denunciando, &c. & prædicta fiant cum dimissione copiæ, &c. signatur à iud. & actuario.

De responsione facta denuntiæ.

CVi denuntiæ erit respondendum intra triginta dies continuos à diæ intimationis denuntiæ secus transiret in iudicatum, & teneris relaxare bona: nam qui nō contradicit protestationi sibi factæ videtur ei acquiescere, secundum Castren. in l. fi. fideiussor. ff. qui satisd. cog. Et talis responsio potest fieri duplici modo, vel extraiudicialiter vt dixi in formulario instrumentorum: vel per comparitionem in actis citata parte, vel per intimationem responsionis iudicialiter hoc modo 1580. die, &c.

Magnifici DD. Cōsules Iustitiæ Mediolani coram quibus comparuit B. causa assertæ denūtiæ, eidem (vt dicitur) intimatæ ad assertam instantiam A. finitæ locationis nonnullorū bonorum conductorum per ipsum B. sitorum, &c. à festo Sancti Michaelis proximè futuri in antea, & prout latius in dicta asserta denuntia concessa sub esserta die, &c. & respondendo dictæ assertæ denunciæ, respondit, quòd acceptauit, & acceptat dictā denuntiam in solis partibus, &c. in preiudicialibus autem non consensit, sed cōtradicendo dixit subdatur intentio respondētis mox: & propterea dictam denuntiam nullum posse sortiri effectum, maximè, quia res nō est integra ac contutor tenetur stare locationi facta per tutorem, & socius factæ per socium sine consortem.

1 *Consors ex disp. Nou. Conflit. Mediolani tit. de ædif. prin. lib. 4.*
2 *Contutor Doct l. diuortio.*
3 *Hæres vniuersalis Caroc. tit. de in dot.*
4 *Mulier succedens in quarta*
5 *Recedens cum pacto de retrouend.*

6 *Fideicommißarius.*
7 *Filius ſuccedens in legitimæ, ſecus in aduentitijs.*
8 *Succeſſor ex neceſſitate iuris.*
9 *Depoſitarius.*
10 *Vſurarius.*
11 *Creditor pignoris.*
12 *Feudatarius.*
13 *Emptor non ſeruata forma ſtat. c.*

Et hæc omnia ad præſens, &c. ſaluo iure, &c. dicto B ſic inſtante, &c. commiſerunt, &c. ſeruitori, &c. quatenus, (vt ſupra) vadat (vt ſupra,) ad intimandum ſupraſcriptam reſponſionem, & omnia, & ſingula ſupraſcripta dicto A. perſonaliter vel, &c. ad effectum ne de prædictis, vel aliquo prædictorum poſſit prætendere ignorantiam, vel aliquo modo ſe excuſare, ſed, &c. & aliàs ad omnem bonum finem, &c. mandantes reſpondendo, &c. & prædicta fiant cum dimiſſione copiæ, &c. Facta iſta reſponſione ille qui intimare fecit denuntiam, ſi voluerit ad vlteriora in cauſa procedere, tenetur citare conductorem ad videndum fieri requiſitionem effectus, vt Iudex declaret, vt denuntia ſuum ſortiatur effectum, & ad videndum fieri iurium productionem, & in termino fit requiſitio per locatorem, ſeu illum, qui intimari fecit denuntiam, & petitur declarari denuntiam ſuum ſortiri debere effectum, & ſi expedierit concedi præceptum expellendi, & facit productionem iurium, altera pars reſpondet quæ ſuæ deſeruiunt intentioni, mox perfecto quali quali proceſſu cauſa expeditus ſummariè neq; in meritis hic neque inſiſto in probationibus. vnde ſi Iudex pronunciabit denuntiam ſuũ ſortiri debere effectum, intimari debebit talis declaratio ad hoc vt poſſit euacuare domum, alioquin lapſo termino poterit obtineri præceptum expellendi, quod aliquando ſuccedit loco declarationis, quando eſt citata pars ad videndum illud concedi, nec datur appellatio, & tunc ſic formari poſſet.

Præ-

Præceptum expellendi cum cognitione causę.

MAgnificus talis Iudex, qui prius vidit denuntiam intimatam ad instantiam infrascripti A. infrascripto B. eius pensionanti demandato ipsius Domini Iudicis, effectus quòd dictus B. deberet euacuasse illam domum conductam ab ipso A. sitam, &c. in hoc Festo Sancti Michaelis proximè futuri, vel præteriti, & prout latius continetur in dicta denuntia concessa sub die, &c. Item qui vidit responsionem factam dictæ denuntiæ per dictum B. effectus quòd non intendebat dicta bona relaxare, sub prę textu quòd ipsa locatio durare deberet vltra dictum terminum Sancti Michaelis (exprimantur si quæ alia fundamenta allegata fuerint) & prout latius legitur ex dicta responsione, sub die, &c. Item qui vidit requisitionem subinde factam per dictum A. citato dicto B. effectus vt declararetur dictam denuntiam suum sortiri debere effectum, cum eius iurium præductione vt ex d. requisitione facta sub die, &c. vna cum exceptionibus dicti B. sequere exinde processum substantialiter, & omnibus expeditis subdito & visis omnibus videndis, ac consideratis considerandis, & aliàs omni meliori modo, &c. sic instante dicto A. cum reseruatione, &c. commisit, & committit N. seruitori Communis Mediolani quatenus, ex eius parte, & præcepto, & ad instantiam suprascriptam vadat quolibet die vna cum famulis tribus, & alijs personis necessarijs ad omnes partes necessarias ad expellendũ, & eijciendum dictum B. & omnem eius familiam, & quoscunque alios inhabitantes, & omnia mobilia à domo præfati A. sita in tali Parochia aliàs locata per dictum A. ita vt bona ipsa remaneant libera, & expedita, & à nemine occupata, & ipse A. de eis disponere possit ad eius beneplacitum absque alicuius personæ contradictione, & ad præcipiendum, prout tenore præsentis præcepti præfatus Dominus Iudex præcipiendo mandat tam dicto B. quàm cuilibet alij, quatenus non audeant directè, nec per indirectum per se, nec submissam personam impedire exequutionem præsentis præcepti sub suis clausulis sub pœna scutorum

ducen-

ducentum auri Reg. Duc. Cameræ applicandorum casu, & ac omnium damnorum, &c. mandans expellendo, &c. & prædicta fiant cum dimissione copiæ, &c.

Quando autem intimata fuisset sola denuncia, nec illi responsum fuisset, & nihilominus recusaret tempore debito euacuare, tunc conceditur suprascriptum præceptum sed dicitur qui vidit denuntiam, &c. vna cum eius relatione intimationis, & cui non fuit responsum, sed transiuit in iudicatum, nec apparet locationem habere vltra durare. Ideo, &c.

Cum emphyteoticus contractus finitimus sit locationi, consequens erat vt hæc de eo ageretur Inst. locati, §. adeo.

De denuntia ne quis retineat super suo aliquem colonum, &c. vel garzonum.

Præceptum, siue renuntia quodquis soluat, vel dimittat est alternatiuum, debetq; concipi hoc modo vt dicatur post narrationem facti peto eijcias colonum, & addiscentem, idest garzonum (quia hoc est in obligatione) vel soluas centum (quæ sunt in solutione Guid. Pap. 8. 388.) quod idem est, ac si diceremus, vt dicimus sub pœna soluendi de suo, &c.

Clausula verò iustificatiua, est necessaria in his præceptis, quamuis Doctores quidam existiment sine clausula valere vbi lis est coram paraticis, qui sunt ignari iuris, allegantes Bal. 6. cum hi. ff. de transs. cum tamen paratica habeant suos Notarios, hic error vix tolerandus esset.

ET quia per statuta communis Mediolani cautum reperitur, quod colonus, & huiusmodi non possint recedere à colonia, nisi prius satisfecerint priori Domino, & nullus possit eos tenere super suo ad laborandum, &c. quinimò teneantur eos excumiare intra 10. vel 30. dies, si eis denunciatum fuerit, secus teneantur ipsi pro toto debito. Ideo antequam transmittas hanc denuntiam, præcedere debet condemnatio contra talem colonum de debito, & tunc transmittere poteris ipsam denunciam. Id

enim

enim ex forma statuti,& ex genuina practica habetur:quę denuntia sic formari poterit.

1580. Magnificus N. Iudex,cui iuit expositum per A. sicuti his diebus elapsis executionem realé obtinuit contra B. olim eius colonum debitorem pro summa librarum centum Imperialium ex causa dictæ coloniæ,prout ex dicta executione concella sub die,&c. & quæ transiuit in iudicatum. Quodque dictus B. se contulit habitatum, prout & nunc habitat super colonia. C. in loco N. non satis facto ipso A. de dicto eius credito, vnde decreuit dictus A. vti, & gaudere beneficio statutorum superinde disponentium. Quocirca præfato A. sic instante cum reseruatione,&c. commisit,& committit N. seruitori &c. quatenus ex eius parte, & præcepto, & ad instantiam suprascriptam vadat quolibet die etiã feriato ad omnes partes necessarias ad denunciandum,& pręcipiendum, prout tenore præsentium præfatus Dominus Iudex denuntiat dicto C. personaliter, vel,&c. quatenus dictus C. termino triginta(si ipse C. esset forensis dicitur decem) dierum proximè futurorum post,&c. debeat cũ effectu expellere ab eius colonia dictum C. & quemcunque de eius familia maiorem annis 15. nec eisdem dare ad laborandum,minusque debeat receptare super suo,aut debitum d. coloni soluere debeat: alioquin dictus A. intendit consequi ab ipso omne,& totum id,de quo est creditor præfati B. vt supra iuxta dispositionem Statutorum Communis Mediolani; & hæc fiunt,ad effectum ne de prædictis dictus C. possit aliquam prætendere ignorantiam, & allegare aliquam rationabilé causam,& vt statuti dispositio suum sortiri possit effectum,& aliàs ad omnem alium bonum finem, & effectum. Et si quis sequere, vt supra mandans denunciando, &c. & prędicta fiant cum dimissione copiæ, &c. subscribitur à Iudice,& Notario.

Respectu autem colonorum fictabilium, redituariorũ, partiariorum, molendinariorum, & aliorum, qui inculta bona relinquunt, & non integrè facta satisfactione locatori,aliunde habitatum se transferunt de vna iurisdictione in aliam,vel in eadem,constitutiones volunt, quod Magistratus illius iurisdictionis, ad petitionem locatoris co-

gat

gat, eos ad satisfaciendum omnibus iuris remedijs etiam per personalem detentionem, etiam si prædicti starent, vel habitarent cum aliqua persona cõmuni, collegio, vel vniuersitate non subdita dicto Magistratui, vel eius iurisdictioni. Prædictæ denuntiæ formula vti poteris mutatis mutandis, quãdo ageretur de expellendo aliquo garzono, qui recessisset à priori magistro, vel sine eius licentia, vel non finito tempore conuento, terminus tamen erit tantùm trium dierum, nam adsunt statuta aliquorum paraticorũ, maximè fabrorum, & aurificum disponentia, q̃ nullus magister possit, nec valeat accipere, nec tenere vltra tres dies continuos, aliquos laboratores laborantes, & seu, qui laborauerint cum aliquo magistro nisi prius fuerit tali primo magistro satisfactũ de eo, quod habere debuerit à dicto tali laboratore, & quòd talis magister teneatur infra tres dies proximè futuros post factam sibi denuntiam per primum magistrum creditorem talis laboratoris expellere ipsum laboratorem, aut debitum prædicti laboratoris pro eo soluere, alioquin elapso dicto termino dictus secundus magister teneatur ad solutionem dicti debiti principaliter, & insolidum cũ omnibus expensis, &c. quãdo autem esset accordatus vltra q̃ teneatur soluere totum debitum, quod talis famulus habuerit cum eo primo magistro occasione bonorum, denariorum, & rerum datarũ per ipsum magistrum tali laboratori, famulo, domicello, garzono, & puero; teneretur etiam soluere pęnam appositã in instrumento, cum omnibus damnis, &c. vide statuta. In termino grauatoriæ debet fieri firmatio dictæ denuntiæ, & iurium productio, & per Reum denuntiæ respectiuè erit respondendũ intra tempus: secus transiret in iudicatũ, & tunc facta responsione procedendũ erit ad vlteriora, & si negaret habere super suo, tu debes probare q̃ est fundamentum intentionis tuæ. & Reus similiter exceptiones suas: & potest peti consil. sapientis.

Ex Nou. Const. lib. 2. de prohibit. & cõcess. executio.

Si autem colonus, vel inquilinus conduxerit à te domum, vel fundum, cuius bona inuecta, & illata pro pensione, vel damno dato obligata tibi sunt tacitè, & alius illa detineret, poteris agere contra illum ad restitutionem ipsorũ bonorum ratione possessionis: & aliqui sic formant

libellum

libellum Agit A. contra B. dicens quòd locauit talem domum. C. pro decem scutis annuo temporis spacio, in quã quidem domum dict. C. intulit tales res proprias ipsius C. quas quidem res dictus B. occupatas tenet, quæ sunt obligatæ ipsi A. pro dictæ pensione quantitatis, quam cũ non possit habere à Dicto B. nec eius bonis petijt dictum B. condemnari,& condemnatum cogi,& compelli ad dimissionem, & traditionem dictarum rerum creditarum, seu possessionem earum, vt eas in causa pignori retinere possit,donec de dicta pensione integrè satisfactum fuerit. Rofredus autem sic concludit peto restitui illas res ratione possessionis. qui dicit, q̃ ad hoc vt ista actio seruiana competat,decem requiruntur. Primò quòd contractus locationis præcesserit. Secundò quòd res sint inuectæ, & illatæ in prædium, vel domum. Tertium quòd in vrbanis prædijs non desideratur scientia, vel ignorantia: sciat, vel ignoret dominus illa illata esse: in rusticis autem desideratur scientia domini. Quartum quòd res inuectæ sint eo animo,vt perpetuò essent ibi, donec colonus, vel inquilinus moraretur in prædio. Quintum,quòd res sit talis illata: cuius rei inquilinus sit dominus, vel saltem nomine illius habeat publicianam,& quòd res illa fuerit in bonis conductoris. Sextum,quòd res illa sit talis,quæ possit obligari. Septimum, quòd res illæ intelligantur obligatæ, quas quis specialiter esset obligaturus. Octauum, quòd precium conuentum fuerit certum pro locatione Prædij, vel domus. Nonum, quòd res possideatur à reo. Decimum, quòd sit maior annis vigintiquinque colonus, vel inquilinus. Qui insuper ponit differentiam inter actionem seruianam, & interdictum saluianum, nempè quòd seruiana auocat. Proprietatẽ,saluianum autem. possessionem,glos. §. Item seruiana Inst. de act. v. quasi in seruiana oportet quod creditor probet debitorẽ fuisse dñm tempore obligationis; in saluiano sufficit probare ev possediſſe. Item quòd in seruiana necesse est locatori probare, illam fuisse in bonis coloni,& quòd possederit, vel induxerit, in saluiano necesse est probare siue sufficit probare rem fuisse possessam à colono meo, vel eius hærede eo tempore, qnando locaui fundum,si ago contra extraneum. si autem

contra

contra ipsum colonum, vel eius hæredem, sufficit probare illum possediſſe, vel possidere. Item quòd seruiana competit contra quoscunque possessores, & contra inquilinũ, vel colonum. Illud autem nisi contra ipsum colonum, & eius hæredes tantùm directè, scilicet, & si tertius possideat, competit vtile, & format libellum contra tertium, sic quòd C. possidet tales res. mihi obligatas à B. pro pensione fundi talis, quem illi locaui pro decem vnde peto quòd mihi possessionem rerum prædictarum tradat. contra autem ipsum conductorem sic ago contra B. cui locaui talem prædium pro decem nomine pensionis mihi soluendis, pro qua pensione res suæ tales mihi fuerunt obligatæ. Quare peto, vt tradat mihi illas res. Daturque ista actio, & interdictum domino locatori prædij rustici, vel prædij vrbani, & eius hæredibus contra colonum, vel inquilinum, & contra eorum hæredes, item contra secundũ conductorem. Item contra quemcunq; tertium possessorem rerum illatarum à conductore pro pensione prædii vrbani, vel mercede, & pro damno dato in re locata, sed de his satis.

De Area communis faciendæ.

SVccedit denuntia, quæ fit communi de arca communis facienda, itaque quoticscunque tu es creditor alicuius communis, puta, quòd habeas publicum instrumentum, & executionem illius; vel aliquam rem iudicatam, vti esset aliquòd relaxum, vel præceptum executiuum, priusquàm venias ad effectualé executionem, teneris denuntiare per instrumentum publicum, vel per seruitorem communis Mediolani dimissa copia dictæ denuntiationis inscriptis ibidem Consulibus, vel Consuli nomine communis, & vniuersitatis illius Burgi, vel loci, vel villæ, vel castri, & in ipsa publica platea, & vicinãtia, seu domibus habitationum, consulum, vel consulis vniuersitatis dimissa copia dictæ denuntiationis ibidem dictis Consulibus, vel Consuli, vel domi habitationis eorum, & cuiuslibet eorum, & in ipsa platea publica, vt faciant, & fieri faciant arcam communem infra quindecim dies, pro ipso debito

to sanando, nam si illud debitum infra dictum terminum non sanauerint quòd post modum vnusquisq; de ipsa vniuersitate teneatur ad totum debitum, ac si principaliter foret obligatus, cuius formula sic concipi potest.

1580.&c. Magnificus talis Iudex, qui priùs vidit præceptum vnum. Istud verò præceptum deberet intimari singulis hominibus ostiatim, per ipsos Consules ne repente opprimantur Bart. l. 1. c. de Ind. lib. 10.

Solent verò vniuersitates in arduis petere à Senatu, vel Magistratu vt eis liceat cogere singulos, & conuenire, ac eligere, qui liti incumbant facta collatione expensarum. Senatus verò hoc concedit vbi omnes, vel maior pars consentiat, & id fiat cum Iuris p. consilio. condemnatorium concessum per ipsum ad fauorem infrascripti A. & in præiudicium infrascripti communis, & hominum, per quod dictum commune & homines apparent debitores condemnati dicti A. in summa scutorum centum, occasione contenta in dicto præcepto concesso sub die, &c. & ideo, vt dispositio statutorum suum sortiatur effectum, dicto A. sic instante cum reseruatione &c. commisit &c. N. seruitori Communis Mediolani quatenus vadat ad omnes partes necessarias ad denuntiandum, & quòd denunciet, & tenore præsentium præfatus Iudex per dictum seruitorem denunciar, & denunciari mandat Consulibus dicti loci nomine dicti communis, & vniuersitatis personaliter, vel domi eorum habitationum, nec non ipsis communi, & hominibus, quatenus infra quindecim dies proximè futuros post intimationem, &c. faciant, & fieri faciant arcam communem pro ipso debito sanando, illudq; debitum sanent intra dictum terminum; alioquin dispositio statutorum suũ sortietur effectum, videlicet, quòd si non sanauerint intra dictum tempus, quòd vnusquisque de ipsa Communitate, & vniuersitate teneatur ad totum debitum, vt conuenietur pro toto debito, ac si principaliter foret obligatus & concedetur contra quemlibet omnis opportuna exequutio, & hæc omnia fiunt ad finem, & effectum, ne de prędictis possit prætendi aliqua ignorãtia, vel excusatio, &c. & si quis, &c. mandans denunciando, &c. & quòd seruitor dimittat copiã prędictis denuntiæ dicto Consuli per-

sona-

onaliter,vel domi eius habitationis si plures debet dimitti domi habitationis cuiuslibet eorum,& in platea publica,ac in domo, vbi se congregare solent homines pro negotijs publicis vniuersitatis peragendis subscribitur à Iudice,& à Notario.

Remedium c. si per apparentem.

Datur hoc remedium in actione personali quando debitũ prima facie liquidũ est:negotiũ tamen non est sententia decisum: nàm si negotiũ sententia esset decisum intentandum esset remediũ stat.de executione sent.& l. à Diuo Pio. ff. de re iud. sed est decisum fortasse per instrumentũ iuratũ,quod habet vim sententiæ Bart.l.2.fi.ff.de iureiu. Menoch.de arb.c.17.& dicitur guarentatum.guarentigia autem est præceptũ quoddã, quod fit per Notarium rogatum parti roganti,vt obseruet conuenta. Menoch. ibid.

§.2.*De processum remedio si per apparentem &c.*

His aptè succedit materia cap. si per apparentem,vel statuti si quis prima facie apparuerit debitor, quæ etiam inter remedia executiua possunt commemorari. Ideo aduertendum erit an volentes altero ex dictis remedijs vti, sint in casu eorum, nam dicta duo remedia militant quando prima facie constat.de credito,vel debito puro principalium personarum,aut earum fideiussorum,vel hæredum per chyrographum verificatum intra vsus obtinuit vt chyrographa intra tempus 15.dierum probentur, sed antequam præceptum cum famulo mittatur,idq; etiã Massa fieri ait praxi oblig. Cam.3.p.p.vers.de processu n. 20.Bart.l. proinde.ff.ad l.Aquil. sunt tamen qui aliter obseruent: verum quomodo prima facie apparere,& constare de debito dici poterit aliter obseruantibus? fingamus calcula, & interesse non esse liquida: ergo erunt prius liquidanda Ias. §. fuerat. poterunt tamen probari per aliud instrumentum, vt etiam additio hæreditatis quo iuncto cum alio poterit perueniri ad hoc remedium leuioris executionis debitum tempus quindecim dierũ, vel

per instrumentum publicum pariter non præscriptum, quia si ageretur de credito, vel debito prima facie non putis, ideſt quòd annexam haberet conditionem purificandam, vel ex parte personarum, vtputa, quòd non constaret illum hęredem esse, vel de debito non puro V. G. si instrumentum, vel chirographum esset conditionale vel contineret mensuram, calculum, vel numerum indeterminatos, quia opus esset prius purificare omnes conditiones, & legitimare personas via iudiciaria, priusquam agas istis remedijs, si ergo apparuerit prima facie de credito, & persona creditoris, & de debito; & persona debitoris, vel fideiussoris, vel dictorum respectiuè hæredum Actor poterit intentare viam alterius ex dictis statutis, quæ in substantia ad vnum idem tendunt, sed diuersimodè praticantur. Nam qui tentabit viam statuti, si quis prima facie obtinet præceptum quindecim dierum vtilium cum cognitione causę, ideſt cũ narratione in quo apponitur clausula comparendi certis die, & hora cõparendi; & si iste sit forensis, satisdabit, vt dixi in prima parte, & infra, & eliget habitaculum, & subscribitur à Iudice, & ab actuario.

Qui autem tentat remedium si per apparentem prima facie, obtinet præceptum leuis exequutionis, quæ dicitur præceptum cum famulo, de quo loquitur statutum c 274. vol. 1. & signatur, vt supra, quod non cõtinet clausulam per vim auferendi, nec frangendi obstacula, sed bene clausulam saluo quòd prohibita non pignorentur, & continere debet tempus concessionis. Si autem intentans istud remedium esset forensis (idem puto procedere in priori remedio) in primis, & ante omnia debet citari facere Reum debitorem ad videndum renuntiari priuilegio sui fori, & se subijcere iurisdictioni ipsius iusdicentis, & fideiubere. Et in termino dictæ citationis, in qua eliget habitaculum, renunciabit priuilegio fori, & se subijciet iurisdictioni ipsius iudicis, idoneum pręstabit fideiussorem eidem Iudici suppositum, qui constituet se principalem debitorem de restituenda in duplum, aut simplum omni quantitate pecuniarum quam indebitè exegisset vna cum omnibus expensis si succubuerit in causa, & de omni pœna soluenda, in quam incurreret occasione contumatiæ, seu inobedientiæ,

dientiæ, & de nõ declinando forum ratione præmissarum expensarum, & pœnarum, & amplius de consignandis pignoribus coram Iudice, vel vbi iusserit, & de re saluanda, & prout pronunciatum fuerit per Iudicem restituenda, & de restituendis expensis faciendis occasione exequutionis illius pręcepti, & occasione cuiuslibet quęstionis, vel cause ab inde emergentis subdito, si succubuerit, & hinc incipiendo subijciam citationem pro forensi, qui voluerit vti beneficio dictorum statutorum.

Forma citationis pro forensi, in materia cap. si per apparentem, vel statuti si quis prima facie, etc.

MAndato Magnifici Domini N. potestatis Mediolani sic instante A. semper cum reseruatione, &c. suum eligente habitaculum. vtsupra, requiratur per N. seruitorem B. quatenus termino infrascripto veniat, & compareat coram pręfato Magnifico Domino Prętore ad eius tribunal iuris situm, &c. ad videndum ipsum instantem se supponere, & submittere iurisdictioni pręfati Domini Potestatis, & renuntiare priuilegio fori sui, & idoneum pręstare fideiussorem de adimplendo, exequendo, & obseruando ea omnia, quę adimplere, exequi & obseruare debet, ac tenetur ex forma ordinum, & statutorum, ad effectum, vt possit gaudere eorum beneficio, & dispositione, & ad effectum, vt dicto instanti concedatur pręceptum cum famulo, seu pręceptum quindecim dierum vtilium contra dictum debitorem ipsius instantis de summa scutorum centum publico apparente instrumento (prout in facto,) rogato per talem N. Notarium tali tempore cum exinde contingentibus, & omnia alia, &c. aliter, &c. Datũ Mediolani. seu terminus est die tali mensis talis anni pro essendo, & comparendo vtsupra, & vbi supra die mensis hora in scripsit.

In termino huius citationis talis forensis pręstare solet dictam fideiussionem faciendo actum subsequentem. *Vbi iste forensis posset deret bona immobilia*

1580 Indictione tali, die tali in hora debita causarum, coram vtsupra. Comparet A. cum reseruatione, &c.

immobilia in iurisdictione iudicis puto ꝙ nõ teneretur satisdare. Vide Speculib. 1. 2. de satisdat.

in termino citationis ad eius instantiã intimatæ B. ad vidēdũ fieri infrascripta oĩa, & singula, prout in ea, quam cũ relatio habeatur. Qui cõparens volens, & intẽdens vti, & gaudere tam dispositione Nou. Constitut. q̃ Statutorum Mediolani, ad effectum, vt eidem concedatur præceptũ cũ famulo, seu quindecim dierum vtilium contra d. B. debitorem suũ de centũ ex causa mutui, publico superinde de apparente instrumento, & aliàs ad omnem alium bonum finem, & effectum, & vbi teneatur satisdare, promisit, & satisdat sub obligatione sui, & bonorum suorum qui si non potest dare fideiussorem in loco iudicij sufficit quod detur in vicina Ciuitate vt Cremonæ l. sciens. §. si possessor. ff. qui satisd. pignori mihi Notario infrascripto stipulanti, &c. nomine &c. præfati B. de expensis restituendis, si ipse A. succubuerit in causa, & de omni pœna soluenda, in quam incurreret occasione contumatiæ, seu inobedientiæ, & de non declinando forum occasione prẽmissarum expensarum, & pœnarum renuntiãdo, & renuntiat priuilegio sui fori, atq; se submisit, & submittit foro, & iurisdictioni præfati Domini Potestatis, item de restituẽda omni quantitate pecuniarum in duplum, aut simplum, quàm indebitè exegisset (si sit principalis creditor debet dicere in duplum si successor in simplum ex forma Nou. Const. nisi ex mala fide egerit) & amplius de consignandis pignoribus, coram præfato Domino Iudice, vel vbi iusserit, & de re saluanda, & de restituendis expensis faciendis occasione exequutionis illius præcepti & occasione cuiuslibet quæstionis, vel causæ ab inde emergentis dicto B. si succubuerit, & in omnibus, & per omnia promittit, & satisdat iuxta dispositionem statutorum, & ordinum &c. & pro prædictis per eum A. attẽdendis, &c. eius A. precibus & instãtia extitit fideiussor N. tam lis Por. & Par. qui etiã ex causa constituti. & aliàs omnibus meliori modo, &c. constituit principalem debitorem, &c. etiam insolidum, ita ꝙ de toto, & primo loco principaliter, & insolidũ conueniri possit nulla facta conuentione, vel excussionẽ contra dictum A. & eius bona renuntiando, &c. Item renuntiando Nouis Constitutionibus, &c. obligando, &c. pignori, vt s. pra. Nota quòd ex dispositione statuti cap. 53. vol.

1. ca-

1. cauetur quòd in casibus, in quibus non sustinens, vel non suppositus Domino Potestati Mediolani, satisfdat in causa ciuili, vel criminali teneatur idoneũ prẽstare fideiussorem suppositum D. Potestati, qui de toto, & primo loco principaliter, & insolidũ conueniri possit, etiã nulla facta conuentione, vel excussione contra principalem, nec eius bona, & si contigerit talẽ petere restitutionẽ in integrum, àliquo iure aduersus, vel contra aliquã sententiam interloquutoriam in qua succumberet, nihilominus compelli possit, & compellatur dictus fideiussor ad expensas factas per suppositũ, occasione illius sententiæ, nõ obstante pendentia litis illius restitutionis, & non obstante q̃ non sustinens, seu non suppositus fuerit primò cõuentus, nec eius bona fuerint excussa, ad hæc concurrunt cætera statuta c. 162. fol. 68. 6. & in nouissimis c. 189. fol. 61. cauetur quòd fideiubens pro alio, siue talis fideiussio præstetur, ex dispositione iuris Municipalis, vel ex contractu, vel quasi, vel ex vltima voluntate, vel aliter teneatur se insolidum, & omnia bona sua, & tanquã principalẽ obligare. Item q̃ beneficium excussionis in Ciuitate, & Ducatu Mediolani, & in alijs locis suppositis Statutis Mediolani, locũ non habeat, & cap. 87. fol. 30. volumine. Secundo fideiussor idoneus dicitur, qui tantum habet, quantum petitur, & est eiusdẽ fori Caualcanus de Tuto. numero 192. cauetur, quòd si opponatur fideiussorem, vel fideiussores præstitos quouis modo non esse idoneum, vel idoneos sufficere quòd satisdantes circa idoneitatem fideiussorum, probationes faciant coram ipso iudicente, vel delegato citatis aduersarijs, vel eis præsentibus, vel eorum procuratoribus, qui iudicens, vel delegatus habeat dicta ipsorum testium videre, & examinare vtrum probent idoneitatem, vel ne, & superinde debitum suum faciat hæc oppositio crebro solet opponi, nam Magistratus, qui eam fideiussionem recepit tenetur actione subsidiaria, & de iure dispositum est, quod fideiussor de veniendo ad iudicium debeat dari idoneus; exceptis personis necessarijs, tunc enim coniunctæ censentur idoneæ, & recusans eos accipere punitur rursus ex c. 88. cauetur, q̃ quis non cogatur, qui aliàs de iure possit cogi ad satisdandũ, dare capsoré pro fideiussore,

Inst. de tut. attil. §. nos autẽ in fi. Vide Spec. l. 2. p. 1. de satisd cap. de nu. 10.

nec pignus pro securitate dummodo satisdet per alium fideiussorem suppositum iurisdictioni Domini Potestatis Mediolani,& eius Ducatus,seu districtus,vbi satisdare contingeret, nisi aliàs per ius municipale reperiatur dispositũ, vel conuentum fuerit per partes. Et hic sciendum erit, quod de iure ille non tenetur satisdare qui agendo,vel defendendo, possidet bona immobilia: vel multa mobilia, quæ non possent de facili occultari; & quando non reperitur fideiussor possunt dari pignora; & vtraque deficiente præstari debet cautio iuratoria. ad hæc vide Specul.p.1.lib.2.de satisd. ca.dicto,& actor,& additiones ad ea. vbi multa de hac satisdatione actoris,& Rei. Aduerte quòd per statuta in no. cautum est,quòd in omnibus preparatoriis iudiciorum,& in omnibus decisorijs, & generaliter in quibuscunque processibus,siue procedatur ciuiliter,siue criminaliter,siue ordinariè,siue extraordinariè,siue ex officio, siue non, & generaliter quacunque via procedatur,tale ius reddatur, & reddi debeat vnicuiq; cuiuscunque status,& conditionis existat, non subdito iurisdictioni iusdicentis Mediolani,& eius Ducatui,vel qui non tenetur subire forum iusdicentis Mediolani,& eius Ducatus,quale redderetur suppositio iurisdictioni Mediolani, si litigaret in Ciuitate ipsius iusdicentis non suppositi,si ibi esset controuersia, lis, causa, contentio, vel quæstio, & si dubium emerserit,quale ius ibi reddatur suppositis iurisdictionibus, vtsupra in alijs Ciuitatibus, locis, & terris, credatur, & stetur verbo, seu dicto duorum Abbatorum stratæ mercatorum Mediolani, vel aliorum duorum bonorum virorum,qui stratis vtantur, & si fides per dictam formam facta non fuerit, habeatur pro constanti quòd in alijs locis,& Ciuitatibus, ac foris iusdicentium ius commune seruetur.

Formula præcepti cum famulo,& seruitore.

1580. &c. Magnificus talis Iudex, sic instante A. cum reseruatione,&c. (si habitabit extra locum tribunalis additur suum eligente habitaculum domi habitationis, &c. si forensis, & qui satisdedit ad formam statutorum, & ordinum,

dinum,prout in actis,)commisit N.seruitori,&c. quatenus vadat ad omnes partes necessarias, vna cum famulo vno iuxta formam statutorum Mediolani ad robandũ, pignorandum,& exportandum de bonis,& rebus B. pro summa scutorum centũ auri,de quibus est debitor virtute publici instrumentis obligationis ex causa. rogati per notarium aduersus verò eos,qui existimant remediũ c. si per apparentẽ non habere locũ ex instrumento Notarij Apostolici cautela est, meo iudicio optima, vt pars interrogetur an scripserit, &c. vel scribi fecerit, &c. atq; ita post pronuntiã peruenietur ad hoc remediũ Mediolanẽsem, seu,&c. ad quod,&c. vna cũ oĩbus expẽsis,&c. Imò etiã damnis promissis in instrumẽto,vel syngrapha si prius liquidentur. Angelus Inst. quibus more contrah. oblig. v. conditio,& est additio,& gloss. l. edicto v. depositionibus circa fin. c. de ed. D. Adri. saluo q; vetita non robentur. mandas præcipiendo,&c. & prædicta fiant cum dimissione copiæ,&c. Quod quidem præceptum cum famulo, si exequutum,vel prohibitum fuerit,quod impunè potest fieri debet ille, in cuius præiudicium concessum fuerit, vel exequutum citata parte contradicere intra biduum vtile & salutem intra quatriduum appellare vbi interim biduũ vtile non laberetur secus transiret in iudicatum, & posset concedi fortior exequutio absq; alia citatione. Nota q; in relatione huius præcepti,siue exequuti, siue prohibiti,debet seruitor nominare nomẽ,& cognomẽ socij,qui cũ eo iuerit ex dispositione statuti. c. 373. vol. 1.

Huic præcepto nisi contradicatur adest ordo Senatus 11. Iulij 1543. iubentis fortiorem executionem fieri debere: cum iure codicis reo se non defendente summatim negotium esset discutiendum & rei seruandæ causa creditor in possessionem tædialem bo. rei mittendus, l. cum proponas c. de bo. auto. iud. poss.

Forma citationis ad videndum contradici suprascripto præcepto.

MAndato Magnifici N. Potestatis Mediolani,sic instante B. semper cum reseruatione,&c. (si habitabit extra

tra redefossa, vel Ducatum addes suum eligente habitaculum domi habitationis N. sitæ in Porta tali, Parochia tali vbi, &c.) citetur per N. seruitorem communis Mediolani, A. compariturus termino infrascripto, coram præfato Magn. Dño Potestate ad eius tribunal iuris situm, &c. ad videndum, & audiendum per Dominum B. fieri omnẽ & quãlibet contradictionẽ, quæ fieri voluerit cõtra quoddam assertum præceptum cum famulo, (vt dicitur) concessum per præfatum Mag. D Potestatem ad instãtiam dicti A. sub asserta die tali, pro asserta summa librarũ tot Imperialium, de quibus asseritur debitor vigore asserti instrumenti N. & ad videndum, & audiendum dictã assertam leuem executionem tanquam factam de facto, contrario imperio, & de facto per præfatum D. Potestatem reuocari, cassari, & annullari, & pro infecta, & nulla haberi, & fieri omnia alia, &c. & ad respondendum de iure occasione præmissorum. terminus est siue Datũ Mediolani die, &c. pro essendo, & comparendo. vtsupra, & vbi supra die tali hora debita causarum.

Hoc loco admonendi sunt rei non posse eos lapsis 15. diebus vtilibus petere iuramentum in supplementum sicut in causis ordinarijs, propter verba, Nou. Const. PROBANDI, & PROBATVM HABENDI quocũq; PROBATIONVM Genere Geminianus c. 1. §. 2. de excep. in 6.

Formula præcepti dierum octo, quamuis vulgò videatur citatio, coram DD. Abb. Mercat.

MAndato DD. Abbat. & Consulis Mercat. Mediolani ad instant. N.N. campsorum præsentis Ciuitatis salu. &c. & non recedendo ab alijs personis & bonis obligatis, &c. & non aliter, &c. citetur per seruit. &c. N.N. principales & N. eorum fideiussor, & insolidum obligat. compariturí termino infrascripto corã præfatis DD. Abb. & Consul. ad eorum trib. iuris sit. &c. vbi, &c. ad dandum, & soluendum ipsis instantibus summã scutorum mille auri de marchis cum cambijs, & recambijs ac expensis occasione litterarum cambij, quæ remissæ fuerunt cum protestatione non factæ solutionis rogata per publi-

publicum notarium Placentiæ; aut satisdandũ idoneè cum bonis, & idoneis fideiussoribus de dando, & soluẽdo dictã denariorũ quãtitatẽ intra octo dies proximè futuros iuxta formã Decreti Ducalis superinde ẽditi, & ad videndũ fieri cõparitionẽ, iurium productionẽ præstari iuramentum, & maximè iurandum in effectum dictũ cambium fuisse, & esse reale, & verum, & non fuisse mortuũ, & in omnibus iuxta formam dicti Decreti, alioquin præfati DD. Abbates, & Consul agent, & procedent, & agi, & procedi facient cõtra ipsos supra citandos insolidũ, in eos banniendo, & banniri faciendo de contẽptu, & de inobedientia, & de præcepto spreto, & non seruato, & de dicta satisdatione nõ præstita, & omnibus alijs modis, quibus melius potest de iure, absentia dictorum citandorum aliquo non obstante, & eis vlterius non monitis, nec requisitis, & ad videndum fieri omnia alia necessaria, &c. aliter, &c. Datum Mediolani die 1600. pro comparendo vt supra die vigesima sexta præsentis mensis subscripsit, &c.

Alia formula coram ijdem.

Mandato sic instan.
semper sal. &c. citentur per ser-
uit. &c. omnes inferius nominati, & quilibet eorũ tã coniunctim, quàm diuisim, comparituri termino infrascripto corã vrsupra ad eorũ tribus iuris situm, &c. vbi, &c. ad dandum, & soluendũ prẽfato instanti infrascriptas pecuniarũ summas, de quibus dicti omnes inferius citandi sunt, seu restant debitores præfati instantis causa, & occasione infrascripta, apparen. lib. præfati instãtis, & vt si expedierit verificabitur, &c. aliter per præfatos Abb.
concedi contra dictos inferius nominatos, & eorum bona omnem opportunam executionẽ realẽ, & personalem pro summis infrascriptis, ac pro omnibus expensis, & damnis, &c. & quatenus opus sit ad vidẽdum fieri omnem, & quãlibet requisitionem, & dicti lib iurium productionem ac præstari quodlibet opportunum iuramentum, & alia, &c. scripsit, &c.

Alia

Alia formula.

DD. Abbates,& Consul. mercat. Mediolani visa requisitione,&c. iuramento cum librorum productione,ac contumacia accusata,&c. Commiserunt N.seruit &c.quatenus ex eorum parte,& præcepto,& ad instãtiam N.sal.&c. vadat quolibet die,&c.ad omnes partes necessarias ad præcipiendum , & quod præcipiat , prout tenore præsentium præfati DD. Abbates,&c. præcipiunt,& præcipiẽdo mandant N. quatenus infra sex dies proximè futuros debeat cum effectu dedisse,& soluisse,& quod det, & soluat præfato instanti libras quinquaginta imperiales causa N. vt in actis apparet,aut infra dictum terminum probasse debeat solutionem, vel quare non teneatur seruatis prius seruãdis &c. aliter,&c.& dimittatur copia, &c.

Subijcitur etiam formula præcepti quindecim dierum vtilium.

1580. Indictione nona. die mensis in

Bar. l. lecta 1. lect. n. 14 ff. si cer. pet. debet ĩquis denuntiari, debitori vt soluat et si ẽgato hæres adẽ. da est ei co- pia instr. l si quis inficia tus. ff. de pos. qui si nõ cõtradixerit cõdẽnatur. de in

Magnificus I.C. Dominus N. honorandus Prętor Ciuitatis, & Ducatus Mediolani,qui prius vidit, & diligenter examinauit instrumentum vnum obligationis factum per B. versus A. in quo promisit dare scuta, centum dicto A. illinc ad Festum Sancti Michaelis anni proximè prætériti,causa mutui prout in eo instrumento continetur, rogato per D. Notarium Mediolani, &c. die mensis anni proximè præteriti,seu anno,&c. Et exposito præfato domino Prætori,sicuti,dictus B. vsque nunc tenuit satisfacere ipsi A. de dict.s denarijs, & requisito,& postulato à præfato Domino N.Prętore ad executionem præmissorum,debere fieri, iuxta, & secũdum formam statutorum Communis Mediolani, maximè statuti illius incipientis,si quis prima facie apparuerit debitor,ea propter ad exequutionem præmissorum, ad petitionem, instantiam, & requisitionem dicti A.& omnibus modo,

do,&c. commisit, & committit N. seruitori, quatenus ex *habebit tẽ-* tui parte,& præcepto, ac mandato, & ad instantiam prę- *pus, quod* dictam vadat ad omnes partes necessarias, ad quas necesse *datur con-* fuerit, ad præcipiendum dicto B. prout tenore præsentiũ, *demnatis* prędictus Magnificus Dominus N. prętor præcipiendo *ad soluẽdũ.* mandat, quatenus termino quindecim dierum vtilium proximè futurorum,secundum statuta Communis Mediolani,de & soluat,& soluisse, & dedisse debeat dicto A.dicta scuta centum, de quibus est debitor vigore prædicti instrumenti obligationis, & de quo supra fit mentio, vna cum omnibus expensis, aut infra dictum terminum probet, & ostendat, & probasse, & ostendisse debeat per omne genus probatum quicquid vult,potest,& intendit,quare soluere non debeat secundum formam statutorum communis Mediolani superinde editorum; alioquin dicto termino elapso, fiet exequutio dicti debiti contra dictum B.absq; alia censura, & contra eum procedetur. omnibus modis, quibus melius poterit de iure,& secundum formam statutorum communis Mediolani. Item ad statuendum,& assignandum dicto B.quatenus die proximè futura in hora debita causarum, quę erit prędictis mensis. veniat, & compareat coram prædicto Magnifico Domino N.prętore ad eius bancũ iuris situm,&c. vbi,&c. ad videndum, & audiendum firmari dictum præceptum,& exhiberi dictum instrumẽtum obligationis, de quo supra, & ad accipiendum copiam, ad effectum, vt tempora currant,& ad videndum fieri omnia alia,&c. & ad respondendum de iure occasione prędictorum, &c. mandans præcipiendo,&c. & prędicta fiant cum dimissione copiæ,&c. erit etiam comminanda electio habitaculi si extra vtsupra.

In termino verò clausulæ prędicti quindecim dierum vtilium, Actor facit fieri firmationem dicti præcepti, hoc modo firmatio præcepti termini quindecim dierum vtilũ statuti, & intimari B. ad instantiam A.præsentis, &c. & producentis iura sua, (vt supra dictum est,) nõ enim terminus currit Reo ad probandum,nisi facta verbali saltem productione de instrumento, vel scripta,de quibus in prędicto fit mentio cum oblatione copię in Actis. In termino autem citationis ad videndum contradici, siue clausulæ

læ appositæ in præcepto quindecim vtilium, Reus comparet, & proponit eius exceptiones magis elidentes intentionem partis, & si præsupponit se tuum exceptione declinatoriæ, eam solùm allegabit, & petit consilium sapiẽtis, & intra quatriduùm vtile à diæ factæ productionis iurium per partem petit compromissum si erit in casu, quę sic potest concipi præmissis anno, indictione, & die, ac hora, & præsentia Iudicis dicitur.

- Comparet B. cũ reseruatione, &c. in termino citationis ad eius instantiam intimatæ A. ad vidẽdum, &c. subdatur effectus citationis, & dicit dictum assertum præceptum, & asserta in eo contenta fuisse, & esse nul'um, & nulla, nullusque valoris efficaciæ, & momenti, & non potuisse, nec debuisse de iure fieri concedi, nec emanari in præiudiciũ ipsius B. nec iurium suorum, & non posse, nec debere de iure in aliquo nocere, nec præiudicare dicto B. nec eius iuribus sed debere de iure tolli, & reuocari, ac cassari, & annullari, & loco simplicis scripturæ poni, & hæc omnia pluribus rationibus, & causis suis loco, & tempore dicendis, ostẽdendis, & allegandis, & maximè quia dictũ assertum præceptũ concessum fuit minus legitimè, & solenniter, & non seruatis de iure seruandis, & non assertam instantiam personæ iure, & actione carentis, & cui opponitur exceptio doli mali, &c. & non constito de assertis expositis, & narratis in eo saltem eo modo quo, & vbi constarer, dicit extare tale quid propter quod de iure non poterit cõcedi, & maximè, ꝙ nõ est in casu dicti remedij si quis prima facie, vel si per apparẽtem, vt in progressu causæ demonstrabitur. Et per dictis attentis, & alijs suis loco, & tempore in causa deducendis, & allegandis petit dictum præceptum reuocari, & tolli quo ad omnem effectum, & partẽ aduersam cõdemnari in omnibus expensis Si præceptum esset concessum de facto (idest) quòd vel non apparet de debito prima facie, vel quem non esse hęredem, vel non purificatam cõditionem à Iudice suspẽso, vel in totum reuocatio. Si autem non põt impugnari ex hoc defectu, tunc si non habet confidẽtem Iudicem, vel si vis causam protelare, (quod tamen religio sancta vetat) petere oportet consilium sapientis, vel compromissum seruando quę alibi dixi dicendo in

fine

fine scripturæ, & hęc omnia cum petitione consilij sapientis, vel denuntiatione compromissi, & ex nunc nominauit in eius arbitratorem. C. suppositum iurisdictioni Magnifici Do Prætoris Mediolani, & omnino faciet productionem iurium.

Aliquando cautelosi procuratores nõ solent portare in actis actũ extensum contradictionis, sed tantũ in libro scribi faciunt cõparet talis contrà talem, & contradicit asserto præcepto cum famulo, vt decipiant alium causidicũ incautum, qui non attendens cautelam hanc post lapsum bidui vtilis solet accusare contumaciam partis scribi faciendo, nõ finiatur, & exinde procrastinat productionẽ iuriũ eius clientuli. inde nõ currunt quindecim dies debitori. Sit ergo cautus procurator creditoris, quòd in termino citationis sibi intimatæ ad videndũ contradici præcepto, & cõpareat corã Iudice, & in actis scribi faciat productionẽ eius iurium, & si debitor fecerit actum extensum poterit post eius comparitionem, dicere presente dicto A. & dicente constare de eius credito, & seruata fuisse seruanda, & dictum præceptum fuisse, & esse ritè, & rectè concessum, & non potuisse, neque posse reuocari, & ad effectum vt tempora currant producente iura sua in solis partibus, &c. cum oblatione copię, &c. & saluo iure, &c. vel quòd citet debitorem ad videndum fieri iurium productionem & in termino eam faciat, &c.

Quando autem productio aduerte ex ordine Abb. Notariorum non posse fieri iuriũ productionem in replicationibus iurium in genere est facta, siue per vtranque partem, siue per alteram tantum, tunc emananda est citatio ad instantiam, vel vtriusque, vel alterius partis ad specificandum iura in genere producta: quæ citatio sic solet concipi.

Mandato talius Iudicis, sic instante A. semper cũ reseruatione, &c. requiratur per N. seruitorem Communis Mediolani B. quatenus termino bidui vtilis proximè futuri veniat, & cõpareat coram præfato Iudice ad eius bancum iuris, &c. ad portandum extensam assertam iurium productionem, & ad specificandum asserta iura in genere per eum producta instrumenta tamen nuper facta inter partes

Citatio ad specificandum vera.

tes nemo tenetur parti specificare Papiensis for. opp. contra instrum. glos. cum anno n. 2. iure autem petitur exhibitio, & specificatio, vt reus possit deliberare cedat ne Bal. l. 2 ff. de edendo sub asserta die tali, eaque in publicam, & authenticam formam dimittendum in actis actuarij banci, vt videri possint, & si voluerit, copia haberi, & hæc omnia in causa præcepti quindecim dierum vtilium, (siue cum famulo) aliter compareat tali die, vt supra ad videndum accusari contumaciam, & fieri iurium causationem, &c. & omnia alia, aliter, &c. terminus est die, &c. scripsit N. &c. Hæc formula tibi deseruiet etiam pro portando aliquo acto extenso in actis, iuxta dispositionem statutorum.

Quo termino durante citatus comparebit, & faciet specificationem eius iurium modo, vt sequitur.

Formula specificationis iurium. Hęc est extensa productio iurium productorum per N. sub die N. contra N. in causa inter ipsas partes vertente, quæ sic specificantur, & dimittuntur in actis penes me Notarium debito tempore permansura, & hęc omnia in termino citationis, &c.

De cassatione iurium.

SI verò contumax fuerit, tunc accusatur contumacia contra ipsum, & fit cassatio iurium sub hoc tenore videlicet.

1580. die tali, mensis talis, in hora debita causarum coram, &c.

Memoria cassationis iurium in genere productorũ per infrascriptum N. sub asserta die N. & contumacię datę, & accusatę contra dictum N. non producentem, nec specificantem asserta iura per eum (vt dicitur) in genere producta sub dicta die N. in causa vertẽte coram, vt supra inter dictam N. ex vna, & N. parte altera, & hoc ad instantiam ipsius N. prędentis, &c. & perseuerantis, &c. & in termino citationis emanatæ dicto N. de qua in actis. Effectus autem contumacię, & cassationis iurium sequutę pro Reo contra Actorem, est quòd interim nullum tempus currit ipsi Reo ad faciendum suas probationes, nec petendum com-

compromissum in materia executiua, etiam si per mille annos taceret pro actore verò contra reum, operatur, quòd Iudex ordinarius poterit ipse exequutionem concedere lapsis 15. diebus vtilibus etiamsi petitum esset consilium sapientis, vel compromissum absq; etiam citatione: iura tamen poterunt produci quandocunque citata tamen parte, sed facta cassatione iurium, nisi prius solutis impensis contumacialibus, & si vis facere truffam tuo debitori calumnioso, vbi scias non habere iura ad rem facientia tardabis illum citare post lapsum 15. dierum vtilium ad specificandum iura, nam tunc non poterit dare capitula, nec positiones: & tu obtinebis executionem, & ita in practica seruatum obseruaui, & sic seruarem. *Asinius in praxi q. 22 cap. 9.*

Si verò facta productione iurium per Actorem contra debitorem, dictus debitor cognoscet constare de debito, vel per instrumentum, vel chirographum pronuntiatum, vel verificatum, tunc incumbet ei onus contrarium probandi, quare ad solutionem nõ teneatur in termino quindecim dierum vtilium, sed hic omitto probationes, quia de eis alibi dicam.

Nota quòd compromissum peri poterit infra quatuor dies vtiles post productionem instrumenti, & scripturę publicæ, & tunc partes non habent aliud tempus ad probandum, & producendum in causa ipsius compromissi, nisi illud, quod tempore petitionis, seu denunciationis compromissi supererit ex dictis quindecim diebus vtilibus, qui tamen non current, si contingeret transmitti citatio pro assumendo tertio arbitrio, donec assumptus fuerit: neque etiam currit aliquot tempus à die petitionis cõpromissi, & factæ nominationis per alterã ex partibus vsquequo, & donec factum fuerit compromissum sum, ex dispositione statutorum. Quando verò debet assumi tertius arbiter, seu arbitrator in practicatur, quòd quãdo sunt duo compromissarij, & vnus ex eis est discrepans ab altero, tunc dicta discordia potest duplici modo protestari, videlicet, vel iudicialiter, vel per instrumentum publicum, vnde si fiat per instrumentum publicum tunc citatur, altera pars de mandato iudicis ordinarij ad videndum præsentari in actis dictum instrumentum protestationis di- *Ex stat. c. 42. vol. 1.*

scor-

scordiæ, & quando fit iudicialiter tunc citatur altera pars, vt compareat certo termino coram Iudice ordinatio ad videndum per talem Arbitrum protestari discordiam nulla expressa specifica causa. tunc ea discordia protestata ad instantiam alterius ex partibus emanatur citatio alteri parti ad dandum confidentes de Collegio Doctorum in forma, cui tanquam tertio arbitrio, & arbitratori pareatur soli,& tunc seruatur, prout infra dictum est, & dictus tertius Arbiter tenebitur iurare, prout faciunt cõsultores causarum prout infra pariter dicetur. coram quo exinde partes comparent,& deducunt iura,& ipse exinde auditis ipsis partibus, & emanata citatione ad allegandum,& sue cessiue peremptorio pronunciat, & declarationi soli statur,& paritur,nec priores Arbitri possunt exinde se intromittere.

Si autem coram vel ipsis Arbitris,vel tertio arbitro nihil probatum fuerit, vel ostensum, tunc per Iudicem ordinarium conceditur exequutio post lapsum dictorum quindecim dierum vtilium, dicto compromisso non obstante, aliquando etiam absque aliqua alia citatione, licet plerumque consueuerit emanari citatio,quod ego laudarem ad præcipiendum cautillos debitoris.

De processu in materia caducitatis.

In censu non habere locum caducitatẽ, sed tamen conductor post moram cogi potest ad soluendum interesse quanti plurimi Rodoand.de reb. eccl. non alie num. 5. & seq. quodnam autem dicatur interesse huiusmodi habes exempla Inst. de lege Aquilia. §. His autem verbis legis quanti id in eo anno plurimi fuerit.

PRædictis aptè succedunt statuta de prętendẽte locum esse caducitati. vnde ille, qui prætendit locum esse caducitati contra emphyteutam, priusquam agere incipiat iudicialiter contra ipsum emphiteutam, vel hæredes protestatur caducitatem per instrumentum,& ideò parte non citata saluo tamen iure dicendi de nullitate inuestituræ, vt in feudalibus, & ecclesię,ob eam causam, quia solemni-

tates,

tates, non interueneri int, de quibus l. 2. Bal. c. si ex fal instr. Masc. de prob. conc. 105. Rolan. de reb. eccl. nō aliæ. Gabr. cōs. 80. lib. 2. Clarus §. emphyteusis de cuius formula dixi in formulario instrumentorū, vel per denuntiam, quæ intimatur emphiteutæ signatam à Iudice, & ab actuario, & licet dominus recipiat ab emphiteuta canonē, si reseruat sibi ius caducitatis, nihilominus ipsum ius sibi conseruat.

Succesliuè transmittitur citatio ad allegandū emphyteutæ quare expelli non debeat sub tenore infrascripto.

Mandato, &c. sic instante A. cū reseruatione, &c. & maximè cōsequendi ficta libellaria à die protestatæ caducitatis infrascriptæ retro, & gaudimenta ab ea citra, & in antea donec, &c. requiratur per N. seruitorē, &c. B. compariturus termino infrascripto coram præfato Domino Iudice, &c. ad allegandum, & (si poterit) rationalem, & iustā causam deducendū quare per præfatū D. Iudicem dicto A. cōcedi non debeat præceptum expellendi dictum B. à tenuta, & possessione infrascriptorū bonorū, & eorū melioramentorum super quibus ante protestatā caducitatem, de qua infra, præstari debebat fictum libellariū ad cōputum librarum centum Imperialium in anno præfato A. virtute instrumentorū superindè confectorū, & hoc actenus caducitate incursa ob cessationem solutionis dicti ficti libellarij per tanti temporis spatium, quod fuit, locus caducitati, & quā caducitatem non recedēdo iam à protestatione facta, protestatus fuit; & protestatur tenore præsentis, &c. & fieri omnia alia, &c. alioquin, &c. bona autem sunt istā videlicet ponenda.

Citatio ad alleg. cōtra emphyt.

Nota q̄ tres sunt causæ principales, ex quibus emphyteuta cadit ab inuestitura libellaria, si tamen feudum esset nouū agnatis proximioribus esset locus factus, & ageretur coram Senatu remedio adipiscendæ, & à iure suo videlicet prima propter cessationem ficti libellarij, modo tamen in instrumento inuestituræ libellariæ adsit pactū, vbi verò non adsit pactum, requiritur, quòd cessetur de iure canonico respectu bonorum ecclesiastici corum per biennium tantùm, respectu verò aliorum bonorū de iure communi per triennium. Secunda est propter demolitionem, siue deteriorationem rei subiectæ canoni emphyteutico.

Vide Pap. gl. soluere neglexit n. 2. ac in gl. alienauit n. 1.

Tertia propter alienationem rei emphyteuticę irrequisito Domino, esto, quòd diceret saluo, & reseruato consensu Domini nisi addat, & non aliter, in No. Const. tit. de iure emphyteutico cauetur neminé hoc casu excusari ex quibuuis clausulus contractũ rescindentibus nec alio modo, 2. annot. ad dict. glo. alienauit. Quarta ob non seruatam formã iuris, & sacrorum Canonum vel pactorum.

In termino prędictę citationis solet fieri petitio hoc modo A. 1589. &c.

Comparet A. cum reseruatione iuriũ, & maximè dicendi de nullitate inuestiturę vt supra, & maximè consequendi quęcunq; eius credita, & præsertim ficta libellaria debita aproteſtata caducitate, de qua infra retro, & gaudimẽta infrascriptorum bonorũ à die protestatione caducitatis prędicta citra, & antea vsq; ad effectualẽ relaxationẽ dictorum bonorũ in termino citationis ad eius instãtiam intimatæ B. ad videndum fieri infrascripta, & prout in ea ad quã, &c. & causa omnium, &c. ipse A. petit per prędictum Magnificũ Dominum Iudicem concedi dicto A. comparenti opportunum prędceptum expellendi dictum B. à possessione, & tenuta infrascriptorum bonorũ super quibus ante protestatam caducitatem, de qua infra, per eum B. fieri, & prędstati debebat prędfato A. comparenti ad computum librarũ tot Imperialium singulo anno virtute instrumentorum superinde confectorum ad quę, &c. & hoc attenta alienatione omnium, vel partis bonorũ, vel fellonia, vel quia negat dominuũ esse locatorem Osasch. decis. 29. cessatione dicti aliàs ficti libellarij per tantum tempus quod locus fuit, & est caducitati attenta protestatione, & declaratione caducitatis, & quam etiam ex nunc ipse A. non recedendo, &c. sed inhęrendo, &c. protestatur, &c. & ideo consolidatum fuit vtile cum directo, & è cõtra dictorum infrascriptorum bonorum ad fauorem, & beneficium dicti A. & hęc cum victora expensarum contra dictũ B. de quibus fit solennis protestatio, &c. & ita prout supra, seu prout melius de iure dicto A. competit, & in eius fauorem fieri potest, &c. deducendo, &c. omne ius, &c. saluo iure, &c. & ad effectum producit iura sua in solis partibus, &c. cũ oblatione copię, &c. saluo iure, &c. Quæ verò bona, de

quibus

quibus ſupra fit mentio, ſunt iſta videlicet (ſunt deſcribẽda) Emphyteuta ſolet contradicere.

Et hęc omnia pręſente dicto B. ſemper cũ reſeruatione, maximè habendi recurſum ad Senatũ Excell. ſolet. n. Senatus ſemel ſaltẽ, remittere caducitatem contra emhyteotã, nã contra feudatariũ nũquã remittitur niſi ex noua cõceſſione, &c. & prędicta acceptãte in partibus, &c. in prędiudicialibus aũt dicente de nullitate, & inualiditate prędictorũ aſſertorũ omnium, & ſuper eis nõ poſſe nec debere fieri aliquod fundamentũ, quia in iure, & in facto nõ militant. Itẽ quia non ſeruatis de iure ſeruandis, & itẽ tẽpore incongruo. Itẽ per perſonã carentẽ iure, & actione petẽdi, vt petere velle videtur. Itẽ, & quia non cõſtitit, neq; conſtat de aſſertis expoſitis in dicta aſſerta (imò bona sũt libera, allodialia nec adeſt vlla recognitio, nec iuriſdictio ſaltẽ præſcripta. Itẽ purgata mora. Itẽ renouata inueſtitura. Itẽ obſtare ætatẽ minorẽ ẽt per reſtitutionẽ in integrũ) requiſitione, & vbi, &c. dicente nõ fuiſſe, nec eſſe poſſe locũ caducitati, prout ſuis loco, & tẽpore demonſtrabitur, ex quibus & alijs ſuis loco, &c. petijt dictus B. ſe abſolui à petit, & ab obſeruatione prẽſentis Iudicij, & partẽ aduerſam condẽnari in expenſis, de quibus, &c. & petet vel compromiſſum, vel conſilium ſapientis, ſi erit reſpectiuè in caſu, &c.

Poterit Actor imò tenebitur replicare, & reproducere iura ſua in partibus, &c. cũ oblatione copię tunc Reus vbi facta non erit ſpecificatio iuriũ in ſpecie, citabit actorem ad ea ſpecificandum in forma, & circa hoc ſeruabit quę dixi ſupra ad proceſſum. §. ſi per apparentẽ, quia hic pariter militant, eaq; iurium productione facta, vbi videat fundatam eſſe intentionem actoris, tunc ipſe tenebitur termino quindecim dierũ vtilium probare, & allegare cauſas, quare non poſſit cõcedi præceptũ expellẽdi, & vna potiſſima eſt ſolutionis, & ſi in dicto termino quindecim dierum vtilium aliquid probatum, vel oſtenſum fuerit, tunc ſeruanda erit diſpoſitio ſtatuti de quo ſupra c. 42. fol. 15. vol. 1. & 102. fol. 64. vol. 2. nempe, q̃ licebit Actori infra decem dies vtiles tunc proximè, & immediatè ſequuturos probare, & coadiuuare eius intentionem, & deducta in præcepto ſuo, nec non impugnare contra eum producta per debitorẽ, in

quo etiam termino decem dierũ poterit quoq; ipse debitor per eum probata coadiuuare, & per creditorem cõtra eum probata impugnare: postq; tẽpora probatoria, & reprobatoria, si petitum fuerit consilium sapientis, debet illa causa committi secundum stat. ca. 409. vol. 2.

Rebuffus de litt. obl. ar. 6. gl. 3. n. 7. monet ne quis cæpta via executiua aberret ad viam ordinariã, propter expensas litis, quas tenebitur refundere aduersario.

Posset ẽt per viã libelli procedi hoc modo sicuti dictus A. iã supra decenniũ inuestiuit B. pro se, & eius hęredibus de infrascriptis bonis immobilibus ad dandum & soluendum pro facto nomine ficti omni anno librarum tot. Imperialium soluendarum in quolibet festo sancti N. cuiuslibet anni, & prout latius continetur instrumento superinde confecto per N. Notarium Mediolani, die, &c. ad q; &c. Quodque ipse B. d. infrascripta bona à tempore dictæ inuestituræ citra tenuit, & possedit, & soluit fictum duorum primorũ (vt in facto) & postea ipsum fictum soluere cessauit nedũ per triennium, sed quinquennium & vltra, (hic poterit subdi alia causa,) qua ex causa infrascripta bona sunt aperta, & deuoluta dicto A. vtile dominiũ dictorum bonorum & eonsolidatum cum directo, prout talem fore mentem suam apparet publico instrumẽto rogato per N. &c. sub die tali nil, &c. Quodq; licet ipse pluries requisuerit, & interpellauerit dictum B. ad relaxandũ dicta bona libera, & expedita, & ad soluendum ficta cessata a die protestatæ caducitatis retro, & gaudimẽtorum à die dictę protestatę caducitatis citra, tñ semper recusauit, & recusat indebite. Quare cum prædicta vera sint dictus A. petit, & requirit quatenus præfatus Dominus Iudex velit, & debeat per eius sententiã diffinitiuã declarare, & pronũtiare declaretque & pronuntiet locum fuisse; & esse caducitatẽ prædictæ ipsumque B. cecidisse ab ipsa olim emphyteusi, & à dictis infrascriptis bonis, de quibus in dicto instrumento emphiteutico fit mentio, & ab omni alio suo iure, & cõsolidatum fuisse, & esse directum cum vtili, & vtile cum directo, & bona ipsa aperta fuisse, & deuoluta præfato A. ipsumque B. condemnandum esse, & condemnari debere, condemnatumque cogi, & compelli per omnia promptiora

ptiora iuris remedia ad ſoluendam dicta ficta ceſſata temporis præſentis, quæ aſcendunt ad ſummam librarum tot. Imperialium, nec non ad relaxandum, & dimittendum infraſcripta bona, vna cum fructibus dictorum bonorum à die proteſtatę dictæ caducitatis citra, & in antea vſque ad effectualem relaxationem dictorum bonorum, & vna cum omnibus damnis, & expẽſis, & intereſſe paſſis, & factis, &c. ſub de clauſulas ſalutares, & productionem iurium.

Vlterius ſciendum erit ꝙ conductor poterit expelli à re conducta ante finitum tempus locationis ex multis cauſis puta quòd non ſoluerit mercedem in tempore, vel ꝙ rem conductam deteriorem reddat, vel ſi locator re locata pro ſe vti velit quod quadrupliciter contingere poteſt videlicet ſi domus, in qua ipſe locator habitat, ſi ruinoſa, & ruinam minetur, ſecũdo ſi domus locata ruinam patiatur, ita vt opus ſit refectione, tertio ſi locatoris filia nupſit viro. Quarto ſi filius locatoris vxorem duxerit, & deniq; cõductor intempeſtiue expelli poterit, ſi in domum conductam introducat fœnus exercentem, aut transferat ad inhoneſtum vſum puta introducendo ibi meretrices. Rurſus locator aliquando agit contra conductorem ad præſtationem mercedis ſecundo ad præſtationem operum ruſticaliũ tẽpore ſuo ne fundus deterior reddatur, tertio ad damnum datũ in re locata, ex quibus medijs ſingulis erit formandus libellus contra conductorem. Puta ago contra B. colonum meũ, cui locaui talem domũ mea ad biennium pro decem nomine penſionis, & quia ipſa domo d. A. eget modo pro vſu ſuo ex quo domus ſua in qua habitat minatur ruinã, vel quia eius filius vxorẽ, duxit, & ſic de ſingulis, quare petit ipsũ B. condemnari ad relaxandũ dictã domum vacuam & expeditam ipſi A. & ad ſoluendum penſionem pro rata temporis, quo ipſe B. vſus fuit dicta domo. Ad hoc vt quis agat ex locato requiruntur hęc omnia primo quod interuenerit mutuus conſenſus locatoris, & cõductoris. Secundo quod interueniat certa merces, ſiue pretium. Tertio ꝙ ambo ſint tales perſonę, quæ poſſint obligari furioſus, enim, & mutus non poſſunt, quarto, quòd contrahentes conſentiant in precio, quinto, quòd illud precium conſi-

stat in aliqua quantitate. Sextum quòd res illa sit talis, quæ locari possit, & q illius rei quis possit habere cõmertium. Septimò quòd tradita fuerit, (& ideò in instrumentis locationum multi curant, vt conductor fateatur se tenere, &c. vel vt constituatur procurator ad accipiendum tenutam, &c. cum ampla licentia. Florian. l. 4. seruitutes) possessio rei locatæ, neque factum impedimentum quominus vsus fuerit, vel vti potuerit. octauo quod pensio non sit soluta: vel interuenerit vna ex alijs causis nempè quòd male versatus fuerit, vel dominus opus habeat, & reliqua. nono, quòd rem locatã, & plura alia, quæ videre poteris apud Speculator. Iaf. Aret. & Rofredũ p. 4. de actione ex locato, apud quem disputantur multæ quæstiones quotidianæ Conductor etiam poterit agere contra locatorem, vt præstet vsum, vel patientiam in re conducta, quod restituat expensas vtiliter factas in refectione rei locatæ, vel ad reficiendam domum. aliquando ad remissionem mercedis ob sterilitatem, vel guerram, vel tempestatem, aut alium casum fortuitum, aliquando ad interesse damni passi, vel ex re vitiosa ignoranter conducta, vel ex intempestatiua expulsione per locatorem sine culpa conductoris.

Hic autor de actione hypothecaria agere incipit, cũ tamen ordo negotiorum, & contractuum desiderare videatur, vt prius de actione personali, nàm vix est reperire hypotecariam, cui non præcesserit personalis.

De remedio executiuo creditorum aduersus debitorum bona quo auocantur ab eis actione reali hypothecaria, siue De pactis executiuis, siue pactis creditorum ingrediendi in possessionem, siue licere ingredi, nam idem sonant, vt c. 173. & c. 155. & c. 68. vol. 1. statur.

Est quoddã pignus iudiciale, quod datur pro executione sentẽtiarum, vel in remedio, c. si per apparentẽ, de quo hic non est locus agendi. est quoddã pignus cõuentionale

duplex:

duplex: alterũ quod cõstituitur conuentione creditoris, & debitoris, cũ nempè conueniunt, vt hæc vel illa bona, vel omnia sint obligata pro debito; Alterũ quod constituitur per conuentionẽ instrumentariã, & clausulã illam, quę inseritur instrumentis cum pactis executiuis, &c. cuius hic est sensus, & conuersio in linguam Italicã: hæc mancando nelle promesse, e ne' pagamenti il debitore per la recuperatione del suo credito, e danni, e spese possa esso creditore procedere contro li beni del debitore apprehendẽdoli, e vendendoli fin all'intiera sodisfattione del suo hauere: ex vtroq; pignore isto cõuentionali oritur actio quasi Seruiana inst. Itẽ Seruiana de actio. sed differẽtia est inter vtrũq; quod ex priore pignore cõuentionali creditor non põt intentare remediũ statuti, c. 156. vol. 1. ne contra ipsum debitorem, nec cõtra tertium possessorem: at ex posteriore cõuentionali, instrumentarioq; pignore põt vti remedio ipsius statuti, c. 156. tam contra debitorem, quã contra tertiũ vt colligitur ex c. 173. conueniunt in hoc quod ex vtraq; conuentione. i. tam ore tenus facta, quàm per instrumentũ continens pacta executiua, siue licere ingredi constituitur hypothecaria, Alex. l. creditor. §. qui post diuisionẽ. ff. qui pot. in pig. & in vtraq; oportet creditorem probare bona fuisse in bonis debitoris si agatur cõtra tertiũ, & ipsum tertiũ possidere mulũ, asinum, rem de qua agitur, & quæ obligata esse dicitur: si verò ipse debitor conueniatur, non põt negare bona non esse in bonis. i. dicere se non esse dominũ differũt quia ex priore pignore in cõuentionali, si quis agat, siue cõtra tertiũ, siue cõtra ipsũ debitorẽ, aget ordinario iure dato libello: ex posteriore instrumentaria, secus quia instr. habet paratam executionem, vt latius inferius autor ipse te docebit.

Hic si quis à me petat quid interfit quoad tertiũ possessorẽ: siue agatur actione reali hypoth. siue reuocatoria in prõptu est respõsio, quia creditor agens reuocatoria, eò qa actionẽ personalẽ inanẽ habere se inuenit, debet probare in alienatione bonorũ debitoris, tàm debitorẽ, quam emptorẽ fraudandi consiliũ habuisse. §. Itẽ si quis in fraudẽ inst. de actio. At hypothecaria potest intentari rectè sine fraudis alicuius probatione, nisi creditor, qui personalem

nudam ab hypothecaria habebat iam pignus iudiciale, siue prætorij apprehẽdisset, quia hoc casu in vim huius pignori poterit, & ipse experiri cõtra tertiũ possessorẽ absq; probatione alicuius fraudis Negu. de pig. 2. m. 3. p. n. 5. &c.

Remedium statutarij vigore pactorũ executiuorum De ista materia vide Bart. in ll. creditores. C. de pign.

Succedit congruè dispositio in statuto 156. fol. 35. vol. 1. de præcepto cõcedendo ad exequutionẽ pactorũ executiuorũ insertorum in instrumento, vel instrumentis publicis, cui, vel quibus nõ fit præscriptum: tenetur. n. iusdicens contra obligatũ, vel obligatos in instrumẽto, vel instrumẽtis, vt supra, & eorum hæredẽ, creditorem mittere in possessionem rerũ immobiliũ, vel concedere præceptum intrandi in possessionem, vtſ. citato tamen eo, qui est obligatus in instrumento, vel vt supra, vel eius hæredẽ, si est in possessione, siue tenuta. Hinc volens tentare remediũ dicti statuti, debet citare debitorem nominatum, vel eius hæredem ad videndum fieri requisitionem, & sibi cõcedatur dictum præceptũ missionis in possessionem bonorum immobiliũ dicti B. debitoris, vel hæredum vigore pactorũ executiuorum insertorũ in instrumento obligationis, in quo apparet debitor præfati A. de summa aureorum centum ex causa depositi veri, & realis rogato per &c. & fieri productionem dicti instrumenti, & aliorum eius iurium, & ad habendum copiam, & opponendum, &c. & in fine dictæ citationis ponuntur bona, & in termino citationis fit dicta requisitio cum productione iurium, hoc modo. Comparet A. cum reseruatione quorumcunq; eius iurium, &c. in termino citationis ad eius instantiam intimatæ B. ad videndum per præfatum A. fieri infrascriptam requisitionem, prout in ea citatione, ad quam relatio habeatur. Qui comparens asseruit sicuti dictus B. confessus fuit se esse verum, & realem debitorem dicto A. de scutis centum ex causa mutui gratuiti, & promisit restituere certo termino nunc fluxo sub obligatione sui, & bonorum suorũ, & amplius concessit, & conuenit quòd casu quo dicto B. esset in mora restituendi dicti mutui, liceret ipsi A. propria autoritate, & etiam sine auctoritate, & scientia alicuius iusdicentis, vel nuncio, & seruitore ingredi, intrare, capere, & apprehendere, accipere, & occupare, ac detinere corporalem possessionem bonorum tam mobilium, quàm immobilium dicti B.

De ista licentia vide Bart. vtſ.

vsque

vsque ad plenam, ac completam solutionem totius eius, pro quo agi contigisset, & omnium expensarum, damnorum, & interesse, & prout de prędictis latius constat instrumento rogato per N. pub. Mediolani Notarium, sub die quòd producitur. Quòdque d. B. sæpius interpellatus recusauit, & recusat restituere d. centum ex mutuo, & expensas, ac damna ob id passa post moram restituendi mutui, nec bona ipsa. Ideo requisuit quatenus præfatus D. Iudex velit ipsi A. concedere prędceptum, & licentiam mittendi ipsum A. in possessionem infrascriptorum bonorum iuris d. B. & in quorum possessione, & tenuta reperitur dictus B. vti fruendorum, & gaudendorum vsque ad effectualem, & integralem satisfactionem dictorum centum, & omnium damnorum, expensarum, & interesse in omnibus iuxta formam statutorum communis Mediolani præsertim, cap. 159. vol. 1. sub rub. de prędcepto concedendo ad executionem pactorum exequutiuorum subdantur exinde clausulæ salutares, cum productione iuriũ, & oblatione copię quæ quidẽ bona sunt hęc. N. Reus ipse, vel eius hęres, vel fideiussor in termino cõparebit, & allegabit, quæ eius deseruient intẽtioni, puta solutionem vel nouationem, simulationem, stoccũ fuisse, causam mutatam in fraudem vsurarum; scito. n. instrumentũ non mereri executionem, vbi ex duabus coniecturis arguitur suspectum, donec constet de veritate, Capic. decis. 175. Massa ad for. cam. oblig. q. 5. n. 1. vel nullitatem contractus post clausulas generales, si tamen in facto militabunt; nam de iure, & in conscientia proponens calumniosas exceptiones affici debet, damno expensarum, & hoc spectat præcipuè ad Aduocatos, & causidicos, quia ipsi priusquam respondeant, debent se informare de meritis causę, & videre si in pacto militante exceptiones propositæ, necne; quia exceptiones generales non semper militant, & poterit hęc expedire per præsente, vt supra dixi ad requisitionem de prætendente ad locum esse caducitati, & faciat productionem eius iurium, petetque consilium sap. vel compromissum, si erit in casu. Actor si in requisitione non fecisset productionem iurium meminerit replicare, & producere iura sua videlicet instrumentũ eius

credita

crediti ad effectum, vt tempora currant, debitori, scilicet quinque dies vtiles immediatè sequentes post ipsam iurium productionem, si fuerit principalis obligatus nominatus in instrumento: & decem dies vtiles si fuerit hæres obligatus, & si in dicto termino respectiuè aliqui testes producti, vel aliqua iura producta fuerint, tunc seruanda erit dispositio statuti, si quis prima facie fol. 15. vol. 1. qui quidem terminus solet à Senatu Excellentiss. semel prorogari, prout dixi de termino 15. dierũ vtilium. si autem non contradixisset, vel testes, aut alia iura producta non essent, tunc concedetur præceptum missionis in possessionem bonorum immobilium debitoris. Qua missione facta, si debitor, vel eius hæres constare fecerit infra 30. dies vtiles debitum non subesse, pro quo facta fuerat ipsa missio, illa erit reuocanda per Iudicem.

Formula præcepti missionis in possessionem, seu intrandi vigore pactorum executiuorum.

Præcepti missionis in possessio. vigore pactorum executiuorũ.

1580. &c. Magnificus talis Iudex, qui prius vidit instrumentum vnum obligationis factæ per infrascriptum B. ad fauorem infrascripti A. in quo ipse B. confitetur se verum debitorem dicti A. de summa librarum centum ex causa veri, & realis depositi, promisitque ex de pecunias restituere ad certum terminum iamdiu nũc elapsum, vnà cum omnibus expensis, damnis, & interesse, & obligando proinde se, & bona sua in valida forma, & cum pactis executiuis insertis in dicto instrumento rogato per &c. Item qui vidit citationem emanatam parte præfati Iudicis d. B. ad instantiam ipsius A. ad videndum fieri requisitionem effectus, vt sibi concederetur opportunum præceptum intrandi in possessionem infrascriptorum bonorum immobilium dicti B. & in quorum possessione, & tenuta reperitur, prout ex actis vna cum relatione intimatis. Item qui vidit requisitionem factam per dictum A. pro concessione dicti præcepti, vna cum productione dicti instrumenti obligationis, & aliorum iurium. Quique vidit comparitionem factam per dictum B. in qua opposuit de solutione, nihil tamen de ea probauit in terminis

statutis

ſtatutis ex diſpoſitione ſtatutorum communis Mediolani & qui vidit citationem intimatam dicto B. ad cautelam ad videndum concedi infraſcriptum præceptum. Iccirco ſic inſtante dicto A. ſemper cum reſeruatione &c. ad executionem prædictorum ſtatutorum commiſit, & committit N. ſeruitoris cõmunis Mediolani, quatenus ex eius parte, & præcepto, & ad inſtantiam ſupraſcriptam vadat quolibet die ad omnes partes neceſſarias vna cum Notario, pronotarijs, & alijs perſonis neceſſarijs, quas ſecum habere opus fuerit ad ponendum, & inducendum poſitumq; miſſum, & inductum manutenendum, & defendendum in & ad corporalem poſſeſſionem, & tenutam infraſcriptorum omnium bonorum immobilium dicti B. vti fruendorum, & gaudendorum, & retinendorum per dictum A. vſque ad plenam, & completam ſolutionem, dictarum librarum centum, & omnium damnorum, expẽſarum, & intereſſe, &c. & proinde ad amouendum quemcunque illicitum (Hic ſi ſe opponat creditores locus erit, & campus apertus altercandi quis habeat meliora, & potiora iura) detentorem, & occupatorem dictorum infraſcriptorum bonorum, & ad præcipiendum tam præfato B. quàm cuicunque alij illegitimo contradictori, Neguſantius 2. m. 3. p. diſputat an creditori immiſſo in poſſeſſionem bonorum debitoris competat poſſeſſorium retinendæ nu. 33. ne moleſtent, nec moleſtari ſinant dictum A. in tenuta, & poſſeſſione dictorum bonorum, aut aliquid ſuperinde de facto faciant ſub pœna ſcutorũ &c. & vis turbatiue &c. & prædicta fiant cũ dimiſſione copiæ &c. Quæ quidẽ bona, &c.

Nota quòd priuſquã tentas remedium hoc, debet conſtare quòd debitor teneat, ſeu poſſideat bona immobilia, in quorum poſſeſſionem mitti vis, & propterea præcedere debet interrogatio vtrum poſſideat, &c. requiritur etiam, quòd poſſideat nomine propria, & non alieno. ſi autem ageretur contra hæredem obligati debet prius conſtare q̃ ſit hæres, & præmittere interrogationem an ſit hæres, &c. Item agendum erit tempore debito, antequam inſtrumentum ſit præſcriptum.

Nota, quòd ab iſta conceſſione, & immiſſione in poſſeſſionem poterit appellari per grauatum, nec ille terminus triginta

triginta dierum vtilium. Incipiet currere, nisi a die confirmatæ sententiæ, siue dicti præcepti secundum Plotum in rep. l. si quando. C. vnde vi.

Nota quod D. Matthæus de afflictis decis. 326. dicit q familia associandi vigore pactorum executiuorum in instrumento publico potest concedi absque citatione partis: licentia autem ingredi non nisi citata parte.

Nota etiam quòd iste missus in possessionem fructus suos non facit, sed tenetur eos in sortem computare Pap. tamen in gl. relaxandum iure pignoris, num. 1. dicit, quod pręuia mora debitoris poterit compensare creditor suum interesse cum fructibus, neque poterit ea bona alienare ex dispositione statuti, cap. 277. fol. 92. vol. 5. sed infra subditur remedium quo fructus suos faciat. Hoc loco de sequestrataria formula agendum erat, ne executiuorum remediorum vllum prætermisisse argueretur.

Formula sequestri

Est in promptu ideò omittitur.

Sed quia statuunt Mediolani de contest. & sequestris, vult comparente illo, cuius bona sequestrantur, ac dicente non posse præstare fideiussorem ipso iure intelligi statutos dies 8 vtiles ad probandum, propterea si contingeres produci capitula, & testes, & terminus laberetur, ne penuria temporis ius supplicantis pereat ad Senatum confugere oportet.

Supplicando dignetur mandare D. Iudici signi æqui, vt memoratum terminum proroget per dies viginti à die finis. Decernendo, & &c. iuratur causam esse veram, & calumniam abesse.

Miscellaneæ annotationes in causa sequestri.

Sequestrataria fit vel ad effectum cauendi, vel ad effectum satisfaciendi, l. in omnibus. ff de ind. non debet tamen sequester rem relaxare suis sumptibus, l si res mobilis ff de rei vind. & ideo cautela est vt sequester tempore relaxi compareat, & offerat soluere in loco vbi res est.

Quando verò sequestrantur res tempore periturę vendi debent,

bent, & pretium redactum ex venditione deponitur, l. si quis affirmauerit, ff de dolo ma. vt ſerico mercatori forenſi ſequeſtrato curaui ego vt fieret.

Differt autem ſequeſtrum à repoſitione, quia per repoſitionẽ res auffertur manu militari cum perſona eſt ſuſpecta, & penes aliquem alium deponitur, vt in caſu, l. Imperatores. ff de app. & l inter omnes ff. qui ſatiſd cog & de hac repoſitione dictum eſt ſuperius fol.

Sequeſtrum autem fit interdicendo, & inhibendo, ac denunciando velut inquilino ne relaxet verbi gratia penſionem conueniunt, quia per fideiuſſionem hoc caſu tolluntur, in omnitamen ſequeſtro ineſt depoſitum, l. propter inſtrumenta. C. depoſ. & ſi ſequeſter conueniatur à pluribus, non tenebitur relaxare alicui, niſi caueatur, quia poterit vel iniuſtè vinci, vel expenſis affici, gl l. ſi quis. C. eod. verſ. præſtita.

Quando repoſitiones pereunt, quia Antiani cadunt foro, vel fugiunt, & reatunc pereunt periculo ſequeſtrantis iniuſtè, l. ſi oleum. ff de dolo ma l intereſſe. ff. de acq. poſſ. cum vero adeſt vtrinque iuſta cauſa litis perit domino l. pignus. C. de pig act. verſ ſi tamen horreis, quibus alij vtebantur.

Poſt hunc tractatum ego ſubieciſſem tractatum de concurrentibus remedijs executiuis.

Nàm etiam in executiuis poteſt quilibet cumulare remedia nempe poteſt ab Iudice executionem realem impetrare: perſonalem: ſequeſtrum, miſſionem in poſſeſs. vigore pactorum executiuorum, nec cumulanti obſtrabit exceptio pendentiæ litis, laſ. l. nulli. C. de Iud.

De libello in actione hypothecaria.

Ego non probo hoc conſilium, vt contra debitorem porrigatur libellus quando conſtat de debito per ſcripturam non nudam ab hypotheca, hoc extremum debet eſſe remedium. licet enim viderim quædam inſtrumenta, in quibus non adſunt pacta executiua, & ideo hoc caſu ceſſet remedium pactorum executiuorum. iuaicium tamen poteſt inſtitui contra debitorem ex remedio c. ſi per apparentem, & demum facta relatione per ſeruitorem non adeſſe bona mobilia, in quibus poſſit fieri miſſio, deueniendum erit ad ſubhaſtationem bon. de qua

fo-

fo . . Sed quia in quacunque obligatione potest constitui pignoratitia, vel verbis tantùm, sine scriptura, idcirco hoc casu deuenire ad libellum etiam contra debitorem.

SI vis omittere remedium statutarium poteris intentare actionem hypothecariam contra debitorem, & procedere per viam libelli. hoc modo omisso proemio.

Agit A. contra B. dicens quòd est eius A. debitor de centum pro totidem datorum eidem B. ex causa mutui gratuiti, & sine aliqua vsurarum mentione, quos ipse B. promisit se restituturum in certo termino nunc elapso in pecunia, vna cum omnibus damnis, expensis, & interesse, sub obligatione sui, & bonorum suorum (si in specie talis domus si concurrat etiam generalis obligatio addes, ita q; per specialem obligationem generali obligationi bonorum non derogetur nec è contra) sicuti ex publico instrumento superinde rogato per &c. satis constat. Quòdque dictus B. tempore dictæ obligationis, & hodie tenebat, & possidebat, & tenet, & possidet infrascripta bona, seu dictam domum pro suis, & tamque sua ipsi A. ex causa prædicta pignori obligata, & hypothecata, sed quia neq; pecuniam mutuo acceptam nec bona sua hypothecata ipsi A. relaxare vult: ideò cum prædicta vera sint dictus A. petit, & requirit, vt præfatus D. Iudex per eius sentétiam diffinitiuam pronunciet, & declaret dictam domũ, seu infrascripta bona dicti B. fuisse, & esse pignori obligatam, & hypothecatam ex causa suprascripta ipsi A. & condemnet, & condemnatum iuris remedijs compellat dictum B. ad dimittendum & relaxandum iure pignoris, & hypothecæ antedictam domum, & in infrascripta bona dicto A. simul cum fructibus, damnis, & interesse etiam si casus euenerit, iuramento liquidan. nam generaliter vbi ad præceptum Iudicis non restituitur res quacunque actione agatur potest iurari, additio ex Iasone. §. præterea quasdam inst. de actio. passis, factis, & patiendis in futurum vti fruenda, & tenenda, & non tantummodo, quo supra, sed aliàs omni meliori modo &c. in & super præmissis omnibus, & singulis ius, & iustitiam fieri, & ministrari summariè, &c. deducendo &c. & ad eundem effectum facta

est

eſt iurium productio in ſolis partibus, &c. cum oblatione copiæ,&c.

Ex Papiẽ. in glos. ex memo. cauſis,nu. 2. et ſeq. Ang. Aret § itẽ Seruia. de actio. Iaſ. eo. & ex Rol. f. 477 & 609.

Nota quòd quinque ſunt neceſſaria,ad hoc,vt agi poſ. ſit hypothecaria. Primò, quòd res ipſa, ad quam agitur fuerit, & ſit obligata,vel hominis conuentione, vel legis prouiſione,vel Iudicis viden. Neguſ.de pign. differentias conſtituen.inter pignora.p. 3.m.1. pura ſententia. Secundo, quòd debitor ſit in mora ſoluendi debitum. Tertiò, quòd debitum ſit verum. Quartò,quòd his,contra quem agitur, poſsideat rem obligatam. Quintò,quòd res ipſa fuerit in bonis debitoris,Neguſ. 3.m. partis 2.num.65. rectè admonet in pignoratitia contraria, quam creditor intentat contra debitorem, quod non eſt neceſſe ei probare rem in bonis, &c. tempore obligationis, vel poſt ſaltem tempore actionis,& ſit talis,quòd poſſet obligari ſi tamen tempore obligationis ſpecialiter aliqua bona ſint obligata, tunc oporteret probare dicta bona ſpecialia obligata fuiſſe in bonis debitoris tẽpore ipſius obligationis,quando verò ſpeciali obligationi accederet etiam vniuerſalis, tunc primò agendum eſſet ad ſpecialia obligata, demum ad omnia alia poterit haberi recurſus, niſi illa ſpecies ſit intraducta in fauorem cumulatiuè creditoris, quia tunc poterit habere recurſum ad bona generalia, vel ſpecialia obligata. & quando bona ſunt ſpecialiter obligata, debitor non poteſt refricare quæſtionem dominij cum alias de dolo argueretur,& turpitudine.

Vide Iaſo. Pap. et Ar. vt ſupra. Ex Rolan.

Hinc nota differentiam inter pignus, & hypothecam: quia pignus proprie dicitur res mobilis, quæ obligatur, & creditori traditur hypotheca verò eſt, quando res mobilis obligatur,& creditori non traditur,vel ſi immobilis, & obligatur ſiue traditur,ſiue non traditur creditori. Itẽ nota quod,quando bona ſunt generaliter obligata, creditor habebit electionem proſequendi, quam rem voluerit de illis bonis. Item nota, quòd in actionibus mixtis,ſcilicet perſonalibus,vel hypothecarijs,erit arbitrij creditoris agere,vel actione perſonali, vel hypothecaria,tàm cõiunctim,q̃ diuiſim,ſed contra tertium,niſi hypotecaria.

Caſus taciti pignoris ſunt Dotis: Fiſci: vt lib. 5. Nou. Conſt.tit.de iure,& priuilegio Fiſci:locationis:tutelæ:mutui

tui ad refectionem nauis, vel domus: literarum cambij veri, lib. 5. no. const. tit. de off. Abb. mercat.

Ex Rol fo. 477. *et* 478. *et fol.* 510. 511. *&* 609. Insuper nota, quòd hypotheca duplex est, scilicet tacita, & expressa: tacita tunc est, quando ex vi, & potestate legis bona sunt alicui obligata sine conuentione aliqua, vt patet in vxore, quæ habet bona mariti obligata tacitè, eo ipso, quod constituit dotem marito, sunt, & multi alij casus, de quibus longum esse tractare videatur Rol.

Expressa hypotheca est, quando quis expressè obligat aliquid: & hæc est triplex specialis, generalis, & specialis & generalis simul: & quando generaliter bona sunt obligata intelliguntur obligata omnia bona mobilia, & immobilia præsentia, & futura: in obligatione tamen generali nisi actum sit, non veniunt ea, quæ non est verisimile quēquam specialiter obligasse, puta, suppellectilem vestem, neque liberos ex concubina, aut libros, vel braccas secundum Rofredum, & alios.

Tertius possessor est velut ille, qui emit rem pignoratā alteri: siue singularis successor, contra quem tamen pendente lite ementem exercentur pacta executiua, etiam eo non citato, quia ex statuto de re litigiosa non alie. huiusmodi alienatio nulla est.

De actione hypothecaria contra tertium possessorem.

PRædictę actioni hypothecariæ contra principalem, succedit actio hypothecaria contra tertium possessorem. Hinc ergo in iure cautum est, quòd non prius possit agi contra hunc possessorem, quam excussa fuerit persona, & bona principalis debitori, & fideiussoris, si datus fuerit, & quòd non sit inuentum tantum, in quo poterit satisfieri creditori, & in hac actione sunt necessaria omnia superius requisita videlicet, q̄ subsistat debitum: Quòd res obligata specialis fuerit in bonis debitoris: si generalis, q̄ aliquando fuerit in bonis debitoris antequam transierit in obligationem alterius: Quòd facta fuerit excussio, Soc. Iun. const. 46. n. 5. & const. 47. vol. 1.

A ſententia lata non facta excuſsione poterit appellari vti lata non ſeruato iuris ordine Pap.fol.lib.hypot.an. nu. 15. ad probandam verò excuſsionem ſufficit capitula continere publicè diei debitorem eſſe inopem, & non ſoluendo: vel ſi exhibeatur inſtrumentum venditionis omnium bonorum principalis debitoris,& eius bonorum(licet Mediolani hoc ceſſet:)& denique quòd dictus tertius poſſeſſor poſsideat rem tui debitoris tibi pro tuo credito obligatam, & contra hunc tertium poſſeſſorem non poterit agi actione perſonali. Et agendo poteris vti publici via nempè vel remedij ſtatuti de pręcepto concedendo in exequutione pactorum executiuorum in inſtrumẽto inſertorum, vel libello: ſed tunc diuerſimodè incohatur:Nam ſi volueris vti beneficio ſtatuti, citabis tuum aduerſarium ad videndum concedi præceptum mittendi te in poſſeſsionem talium bonorum olim B. tamquam tibi hypothecatorum ex cauſa mutui gratuiti vigore pactorum executiuorum apparent inſtrumento,&c.& in termino facis tuam requiſitionem cum narratiua facti, & petis tibi concedi dictum pręceptum,& facis iurium productionem deſcribendo bona in calce citationis,& petitionis.

Quæ requiſitio ideſt qualis, qualis petitio ex forma No. Conſtit. de iud. §. libellus ſit concipi poteſt.

QVòd B. tali tempore promiſit reſtituere ipſi A. ad talem terminum nunc lapſum libras mille Imper. cauſa, & occaſione mutui gratuiti, &c. vna cum omnibus damnis, expenſis, & intereſſe, &c. & pro reſtitutione, & ſolutione dictarum pecuniarum obligauit omnia eius bona præſentia,& futura cum pactis executiuis, prout appareret inſtrumento rogato, &c. Quòdq; infraſcr. bona inferius terminato deſcripta,& cohęrentiata tempore obligationis factæ, vt ſupra, & ante, & poſt fuerunt, ſteterunt, & erant in bonis, & de bonis dicti B. & per eum, ſiue eius nomine tenebantur, & poſsidebantur, & tenta, & poſſeſſa, ac gauiſa fuerunt tanquam tua bona propria,& de bo-

nis suis proprijs, & quòd ipsa bona fuerunt, & sunt obligata,& hypothecata vigore,virtute causa,& occasione dicti instrumenti obligationis,&c. per quod etiam conuentum est,quòd ei A. liceret,& licitum esset ingredi,& intrare,ac apprehendere corporalem possessionem, & tenutam dictorum bonorum, & apprehensam retinere, & exercere pacta in dicto instrumento obligationis inserta, (& quòd licet non teneretur ad cautelam tamen dictus A. excussit tam personam quam bona dicti B. ad hoc vt posset satisfieri, nec inuenit vt ex actis factis: hæc Mediolani possunt omitti. Quòdque dictus B. tenet, & occupat ea bona, seu ea per dictum B. seu eius nomine tenentur,& occupantur, & licet dictus A. pluries requisiuerit à dicto B. quatenus ea bona dimittere, & relaxare vellet tanquam bona sibi obligata à dicto B. attamen hucusque ipse prædicta facere recusauit,& recusat,licet indebitè,& iniustè. Quare cum prædicta vera sint petit,& requirit idem A.quatenus præfatus Dominus Iudex ad executionem dictorũ pactorum executiuorum, & statutorum velit, & debeat concedere præceptum dicto A. vt possit ingredi, intrare, & apprendere corporalem possessionem, & tenutam dictorum bonorum, & appræhensam retinere, & exercere pacta in dicto instrumẽto inserta,& prædicta non tantum modo quo supra, sed aliàs omni meliori modo, &c. & in & super præmissis, & singulis ius, & iustitiam fieri, & ministrari summariè,&c.deducendo,&c.non se astringendo,&c. saluo iure, &c. & facta est iurium productio in solis partibus, &c.cum oblatione copiæ,&c. saluo iure, &c.

In termino dictæ citationis Reus comparebit, & proponet eius exceptiones, & in specie petet offerri libellum, & procedi seruatis seruandis iuxta dispositionem statutorum, & iurabit, quòd non tenet, nec possidet in fraudem creditoris,seu petitoris,nec ad commodum, seu vtilitatem principalis debitoris, siue obligantis, & successoris sui; nam si non iuraret, Iudex teneretur cõcedere dictum præceptum: ex dispositione enim statuti. capit. 173. volum. 1. cauetur quòd pacta creditorum ingrediendi in possessionem sua auctoritate, non vendicent sibi locum contra extraneum possessorem, nisi primò citato extraneo possessore,

sore, & fide facta Iudici per creditorem de iure suo, & nisi auditis exceptionibus, & defensionibus possidentis, libello dato per creditorem, si petitus fuerit per extraneum possessorem, iuris ordine vtrinque seruato; iurante prius possessore, quòd non tenet, neque possidet in fraudem creditoris, seu petitoris, nec ad commodum, seu vtilitatem illius, cum quo factum fuerit celebratum, seu successoris sui. Et si illud sacramentum facere recusauerit, mittatur petitor in possessionem secundum formam pacti, & taliter agenti non possit opponi, quòd non fecerit personalem conuentionem, vel bonorum excussionem contra principalem debitorem, vel fideiussorem, & eorum hæredes, res, & bona: & intelligatur etiam taliter agere, & in instrumento adsint pacta ingrediendi, & dicatur in libello rem pertinere, & spectare declarari, vel habere meliora, & potiora iura, per hoc tamen, quo ad alium effectum, quàm ingrediendi, non derogetur alicui exceptioni competenti de iure communi.

Si autem omissa via statuti, veles incipere à libello hypothecaria contra tertium possessorem, quo frequentius vtimur, vteris formula antecedenti, omissis tamen illis verbis concernentibus pacta executiua, & in conclusione petendum erit prout supra in actione cõtra principalem debitorem.

Animaduertendum tertium possessorem posse conueniri remedio possessorio recuperandæ in instrumento præter pacta executiua adsit clausula constituti passim enim videmus multa instrumenta cum hac clausula. Quæ omnia, &c. cum pactis executiuis, &c. & constituit, &c. modo constitutum sit speciale. Nam ex generali ex statuto non transfertur possessio verum ex speciali secut. quamuis igitur creditor non possideat l. filius familias. §. possessor autem. ff. qui satisd. u. creditor, qui pignus accepit possessor verò est tametsi possessionem habeat, aut sibi traditam, aut precario concessam, &c. hæc cum ita sint ex pacto tamen possidere potest hoc casu si debitor possessionem interuerterit, poterit concipi libellus contra tertium possessorem hoc pacto.

Narro N. obligasse mihi fundum, quem constituit se

meo nomine possidere. Hunc fundum postea meam possessionem interuertentes vendidit N. spoliauitque me, peto igitur emptorem condemnari ad restitutionem rei petitæ. omnia enim interdicta cum sint scripta in rẽ possunt igitur exerceri contra singularem successorem.

Iste tertius possessor in termino comparebit, & proponet eius exceptiones, puta vel præscriptionis. Pignoratitia præscriptione sublata an debitor poterit agere contra creditorem rei vendicatione quæstio N. de qua Negus. p. 6. m. 11. num. 20.

Exceptiones aduersus agentem hypotica. qua conuentus excepit.

Obstare proclamata Boerius dec. 112.
Creditorem possidere pignus æquipollens.
Obstare nouationem, qua extinctum sit ius pignoris.
Olim credit consensisse alienationi obstare excussionem.

Præscriptionem
Bona non fuisse in bo.
Velle vti iure offerendi.

Vel solutionis, vel nouationis, vel potioritatis, prout in facto; vel negabit talia bona fuisse in bonis principalis debitoris; & vbi exceptione iuridica non poterit se tueri laudo, vt offerat debitum soluere, & petat quòd sibi cedatur actio, quia tertius possessor conuentus hypothecaria poterit debitum offerre, & rem retinere, & tunc (si extraneus) tenebitur offerre totum debitũ in pecunia, & non in alia re: debitor verò principalis poterit non habens modum soluendi in pecunia offerre bona mobilia, & immobilia, vbi fecerit requisita à iure, nempè q̃ ostendat se non habere facultatem soluendi in pecunia numerata, secundo q̃ perquisierit emptorẽ immobiliũ, & diligenti facta inquisitione reperire non potuit. Tertiò q̃ in specie consignet bona, transferat dominium, tradat instrumenta, & possessionem expeditam. Quartò quòd præstet fideiussorem pro euictione; quæ fideiussio requiritur tempore oblationis bonorum insolutum, & tunc etiam tenebitur consignare

gnare omnia eius bona cum iuramento, & offerre de melioribus cum iuramento creditori ad hoc, vt ipse possit sibi meliora eligere. Pap. in glo. exceptionem solutionis n. 3. vbi n. 4. ponit quęstionem quando quis promisisset soluere in pecunia tantùm. verum ex No. Const. lib. 2. de bonis insolutum dan. cap. molesti cauetur, quòd in omnibus (nisi quibusdam) in quibus vel pacto, vel aliter debitor teneatur ad soluen. in pecunia numerata, possit dare tot de bonis insolutum creditori deducta tamen tertia parte veri precij, &c.

Si aũt mitteretur in possessionem bonorum, nec pariter faceret suos fructus, sed teneretur compensare eos in sortem, deductis expensis factis in colendis bonis ipsis, & admissa compensatione cum interesse sortis. Secundum Pap. in gl. relaxand. num. 1.

Hic referenda essent statuta loquentia de pactis creditorum, & de eorum concursu ad eandem rem, sed ob prolixitatem omitto. Hic obiter scire debes non esse necessariã excussionem quando agitur hypothecaria cõtra vnum ex duobus reis promittendi debitoribus, vel hęredibus debitoris, sed insolidum conueniri potest, imò quia creditori imisso (nisi ei satisfiat) fit datio insolutum agendum esset de ea de qua infra fol.

Vide glos. Bar. & Sa lyc. in l. mu lier. ff. ver. qui pot. in pig. hab.

Quando agatur actione personali re interueniente & an ea possit cumulari cum hypothecaria Neguſ. p. m. 11. nu. 6.

IN quibuscunq; casibus, vbi hypothecaria agitur contra principalem debitorem, potest etiam intentari Actio personalis, simul, & separatim, quæ maximè insurgit ex causa depositi, vel ex causa mutui realis, nec non quando ad præstationem facti agitur. In hisce actionibus personalibus poteris incipere, vel à citatione ad videndum fieri quemlibet requisitionem, vel à libello arbitratu tuo, quia in hoc non alterator natura Actionũ. Si ergo volueris incipere à citatione, sic ipsam concipere poteris.

De hisce vide Ias. in §. superest. n. 64. & §. sic itaque nu. 41. & 44. Ang. Are. in §. omnis actio. n. 41.

et 44. et se quen. inst. de actio. vi de etiam Bart in l. mulier. vt supra.

Mandato talis Iudicis, sic instante,&c. A. cũ reseruatione,&c. requiratur per N. seruitorem,&c. B quatenus termino infrascripto veniat,& compareat coram prefato Iudice ad eius bancum iuris situm, &c. ad videndum per dictum instantem fieri quamlibet requisitionem ad effectum vt dictus B. condemnetur ad restituendum, & quòd restituat ipsi A. instanti illos aureos centum, de quibus apparet debitor ipsius A. apparente (siue litteris cambij veri, quamuis hoc casu procedatur à formam decreti Ducalis) instrumento obligationis ex causa N. rogato per l. Notarium, si non apparuerit scriptura, dicetur causa, ob quàm debeantur puta ex causa totidem rogatis mutuatorum (& quos dictus B. restituere promisit inde ad certum terminum elapsum, prout si negauerit, verificabitur) & quòd superinde concedatur oportuna executio, & ad videndum fieri iurium productionem, & omnia alia,&c.& ad habendum copiam producendorum, & deducendorum, si eam habere voluerit, & ad respondendum de iure præmissorum occasione, & ad videndum fieri omnia alia,&c. alioquin &c. terminus est sequere vt supra in alijs.

In termino prædictæ citationis Actor faciet eius requisitionem, iuxta materiam citationis, quæ in substantialibus poterit sic formari.

Iaſ. in § ſic itaq. n. 42. & ſeq vſque ad nu. 45.

Comparet A. semper cum reseruatione,&c. in termino citationis ad eius instantiam intimatæ B. ad vidẽdum fieri infrascripta omnia, & singula, prout in ea, ad quam relatio habeatur. Et exponit sicuti dictus comparens (exprimatur tempus) mutuauit, & numerauit, & tradidit de suis pecunijs proprijs centum aureos gratis dicto B. quos ipse B. promisit restituere ad omnem requisitionem ipsius A. præsentis) vel ad terminum talem, prout in facto) vna cum omnibus damnis, expensis,& interesse faciẽdis, & patiendis, prout de prædictis apparet instrumento rogato per A. Notarium, (si autem non extaret aliqua scriptura, poterit subdi, prout si negauerit, vt verificabitur,) & quòd dictus B. pluries requisitus ad eas restituendum, recusauit,& hodie recusat licet indebitè.

Quare cum prędicta vera sint, petit,& requirit per prę-

fatum

fatum, Dominum Iudicem dictum B. condemnari, & condemnatum omnibus Iuris remedijs cogi, & compelli ad restituendum, & dandum dictam quãtitatem pecuniarum sibi mutuatarum vt supra, vnà cum omnibus damnis, expensis, & interesse tam factis, & passis, quàm faciendis, & patiendis vsque ad integralem & satisfactionem, & in, & super præmissis omnibus, & singulis ius, & iustitiam fieri, & ministrari, & non tantùm modo, quo supra, sed alias omni meliori modo, &c. deducendo, &c. non se astringendo, &c. saluo iure, & facta est iurium productio in solis partibus, &c. cum oblatione copiæ, &c. saluo iure, &c.

Ex Aret. Ad hanc formulam deduci potest formula depositi. Quotidie fiũt deposita penes administratorem, siue custodem pecuniarũ Sancti Ambrosij Mediolani eo tacite acto, vel expressè, vt ea pecunia vtatur, & soluat etiam seprem pro centenario, cum tamen existiment quidam hoc casu pecuniã hanc non amittere priuilegia depositi, quæ sunt vt non quæratur de dominio deponentis l. bona fides. non admittat compensationem. Angel. §. præterea Inst. quibus mo. re. l. si deposita c. depo. Ego in dubio cum pecunia datur argentario, & campsori, arbitror contrahi mutuum l. quod si ab initio. ff. si cer. pet. imò depositum conuerti in mutuum si campsor vtatur pecunia voluntate deponentis l. certi conditio. ff. si cert. pet. v. quasi mutua. l. quod Neruа. Depo. alicuius rei, & in conclusione concludendum erit, depositarium cogi ad restituendum rem depositam penes ipsum tunc præsentem, & recipientem, puta vnam capsam plenam, prout in facto, clausam, & sigillatam, vel talem summam pecuniarum idest cum damnis ex dolo.

Si autem ageretur actione commoditati, tunc fit narratiua facti, qualiter Titius rogatu Sempronij, siue ad petitionem, & requisitionem Sempronij equum suum pilligri, & stellatum in fronte commodauit d. Sempronio per dies decem, vt iret Alexandriam, & reuerteretur, quare cũ prædictum vsum expleuerit, vel expleuisse potuerit nihilominus dictum equum nondum restituit, imò contradicit, & indebitè, & restituere recusat. Quod dicitur de equo potest accomodari alijs rebus mobilibus, vt puta lecto,

Ad hãc vltiua de Iaſ. in §. ſeq. nu. 18. Idẽ Aret. n. 9. et ſeq. Coſr. 252.

vel libro, & petitur condemnari ad restituendum rem accommodatam vnà cum damnis. Etiam ex leuissima culpa & interesse.

Ex Rof. & alijs supra relatis. Nota quòd ad hòc, vt quis teneatur Actione depositi debet apparere, quòd depositarius recepit rem depositam tacitè, vel expressè, & quòd depositum fuerit gratis, & spontaneum. Item, quòd deponens retinuerit dominium. Item quòd sit res mobilis, vel se mouens. Item quod non sit propria depositarij. Item quod dicantur signa rei, & alia notata per Rofred. lib. & depositarius non poterit vti re depositata, nisi de voluntate deponentis: & si non restitueret depositum posset criminaliter idest furti l. si depositæ c. depo. vbi I. C. de

ait inter pecuniam numeratam, & traditam in saeculo, quod notandum pro instrumentis, quibus dicitur præsentialiter, &c. & de qua clausula Angel. §. Item v. obligatio Inst. de inutil. stip. contra eum procedi: pariter si commodatarius vteretur re commodata in alium vsum contra voluntatem commodantis, vt puta, quando quis commodasset equum pro eundo Papiam tantùm, & ipse iuisset Alexandriam, poterit agi criminaliter, & Senatus circa hoc fecit decretum de mense Augusti. 1550. attenta frequentia huiusmodi delicti per quod proceditur contra tales de furto, & contumaces condemnatur furca.

Nota quòd agens ex mutuo debet in libello exprimere, quòd pecuniæ erant propriæ mutuantis. Item pecuniam conuersam in vtilitatem minoris, mulieris quæ contraxit ex statuto de solemn. in alien. mulie. Item adhoc vt commodatum dicatur, tria requiruntur videlicet, quòd concedatur ad instantiam & preces commodatarij. Item quòd fiat concessio ad certum, & determinatum vsum gratis. Item quòd sit facta certo, & determinato tempore tacitè vel expressè: tacitè tunc intellige, quando diceretur simpliciter, quòd Titius commodaret equum pro eundo Nouariam, nullo expresso tempore, aliàs autem, si indistincte concederetur non specificato certo vsu, non commodatum, sed precarium

esset,

esset, & posset quandocunque ad Domini voluntatem reuocari. Item requiritur quòd commodans retineat proprietatem, & possessionem rei commodatæ, & quòd gratis commodati concessio fiat: præterquam quòd commodatarius tenetur facere expensas cibarias, cæteras autem, magnas, quas feciſſet in re commodata, poterit recuperare à commodante actione contraria commodati sicuti etiam contraria actione depositi competit actio depositario propter expensas, vel alia, quæ expedit in re deposita, quæ tamen expensæ debent esse vtiles.

Actio-

Actionum cumulus, & nomina.

Magno cum apparatu Actionum diuisionem, & enumerationem instituit autor, in ipso verò cursu nos destituit, ob eam rem subiecti summam breuem earum: Actiones igitur sumunt nomen.

de qua supra fol.



Ex conuentione vt cum res certa petitur.

Actione ex mutuo.

Ex lege vt quando agitur.
Actione tutelæ.
Negotiorum gestorum.
Ob alienationem iudicij mutandi causa.
Testamentaria.
Damni infecti.
In Nautas.
Quod metus causa.
In factum.
De dolo.
De re paterna luenda.
De quota.
De prædijs.
Depositio.
Empto.
Æstimatoria.
Redhibitoria.
Commodati.
Precarij.
Quanti minoris.
Quanti plurimi.
Emphyteotica.
Census.
Societatis.
Dotis.
Donationis.
Mandati.
Præscriptis verbis.
Actione de constituta pecunia.

Mixta actio.

Mixta actio est quæ afficit rem, & personam, vt hypothecaria.

Hæreditatis petitio.
Omnia interdicta.
Familiæ herciscundæ.
Communi diuidundo.
Finium regundorum.

Dicti actiones sumere nomen ex causis: & quia causæ sunt quatuor, Materia, Forma, Efficiens, Finis; de Actionũ nominibus ex materia sumptis hæc: nunc ex reliquis causis.

Actiones sumũt nomẽ ex forma { bonæ enim fidei quædam dicuntur quædam / Stricti iuris, aliæ / Arbitrariæ.

Ex efficiente { ciuilis tàm directa ex verbis, q̃ vtilis ex interpretatione. / Prætoria directa, & vtilis.

ex fine { ciuilis. / criminalis. / mixta.

Ex adiunctis personarum actio dicitur { vel rerum { temporaria. / perpetua.

Actionibus ex altera parte respondent exceptiones, de quibus autor inferius fol.

Exceptiones sunt tres { Dilatoria. / Peremptoria. / Mixta.

§. 3. Obiter de actionibus, qua veniunt in iudicijs vniuersalibus generalibus, & specialibus, mox de tut. neg. gestorum, pro socio in quibus agitur de computis.

ET primò prętermittendum est iudiciorum alia esse vniuersalia, alia generalia, alia specialia, alia cõmunia: vniuersalia esse, vt petitio hęreditatis, specialia esse, vt reiuendicatio, depositi, commodati, & multæ aliæ cõmunia vti fin. reg. familiæ ercisc. & cõmuni dividundo. generalia verò vti Actio tutelę, & negotiorum gestorum, & pro socio.

Hinc igitur de Actione tutelę, & negotiorum gestorum simul dicam: Nam Actio tutelæ respicit illud tempus, quo tutor administrauit vsque ad tempus pubertatis minoris, quod durat vsque ad quatuordecim annos: actio autem negotiorum gestorum abinde vsque ad annos viginti quinque de iure, & viginti ex forma statutorũ: & in ista actione agitur ad reddendum rationẽ de administratis, & ad restituendum reliqua: & libellus seu requisitio sic formari poterit. Quòd quon. Titius pater dicti A. vltimo suo testamẽto facit, constituit, & ordinauit ipsi A. tũc pupillo dictum B. tutorem, & in tempore curatorem, apparẽte instrumento testamenti rogato, &c. Quòdq; dictus B. dictã tutelam, & curam solenniter acceptauit, & fecit cum debita solẽnitate inuẽtariũ. Tutius erit dicere, fama est feciſſe inuentariũ, quãquã credit omisisse de bonis omnibus, & rebus dicti A. & sublequenter gesit, & administrauit dicta bona, & res vniuersas dicti A. tã infra tẽpus suæ pupillaris ætatis, q̃ post vsquequo peruenit ad ætatẽ viginti annorum, fructus, & reditus ipsorum bonorum recipiendo, & habẽdo, & de eis disponẽdo, prout ei visum fuit, & de quibus quidem taliter gestis, & administratis per eũ tutorio, & curatorio nomine, nec non, & de rebus, & bonis in ipso inuentario descriptis, & alijs, de quib. prefatus B. nullã licet interpellatus fecit, nec reddidit debitã, vel certe reddidit pluribus dolo omiss. rationẽ dicto A. nec reliqua restituit, prout de iure tenetur, quinimò prædictã rationẽ, & alia facere recusat

Libellus in actione tutelæ, et curæ. Ex Pap.

recusat indebite,& iniuste.Si plures essent tutores,& omissum esset inuentarium. Quare peto omnes insolidum,vnica tamen solutione sufficiente condemnari in scutis 1000. soluendis adulto N. causa, & occasione omissi inuentarij, & rerum subtractarum,ac in vsus eorum versarũ, de quarum æstimatione petit stari iuramento in litem eidem adulto deferendo. Quare vtsupra, dictum B. ad faciendũ, & iterum Menoch. consil 22. libr.1. reddendum dicto A. plenam,& debitam rationem prædictæ tutelæ,& curæ,nec non ad soluendum , tradendum , & restituendum ipsi A. omnia,& singula bona in dicto inuentario posita & descripta simul cum fructibus & prouentibus per ipsum B. habitis & receptis ex bonis & proprietatibus antedictis, & cum reliquorum omnium integra satisfactione , & consignatione,& restitutione,& omne id,in quo apparet se fore damnificatum ex eius mala,vel neglecta administratione vna cum damnis expensis & interesse, &c. ac vsuris pupillaribus deducendo,&c. non se astringendo &c.saluo iure &c. & facta est iurium productio(vtsupra)

Exceptiones Tutoris.

Tutor siue eius hæredes possunt excipere remissam fuisse à testatore confectionem inuentarij.
Redditam rationem.
Transactum.
Pecunias collocatas fuisse.
Descripta in inuentario tempore perijsse.
Deducendum esse salarium,&
Sumptus quos præsumitur pupillus à tutore habuisse Bart.l. 104. de verb.oblig. Constare furto, peste,incendio, librum rationum amissum.

Vel certè tutor poterit comparere & libros exhibere , adultum interpellare ad eligendum peritos , qui calculaponant,quibus per actis offerat paratam se esse ad reddendum si quid reliquum erit. Afflict. decis. 157.

Pap in gl. debitã ratione Vide Rofred.

Aduersus libros adultus opponet carere ordine requisitis,ac propterea fidem non mereri Bart.cons. 150. vol. 1.

Nota quòd Actio tutelæ,siue negotiorum gestorum nõ videtur

videtur competere tutela, aut cura durante nisi ob malã, & dolosam administrationem; ex statu o tamen cap. 318. fol. 104. volu. 1. cauetur quòd quilibet tutor, seu curator possit compelli ad exhibitionem librorum & rationis, seu ad rationem reddendam durante tutela, & cura de rebus minorum, vbi iudici æquum videbitur, & expedire pro vtilitate minorum. Si autem pupillus tutelam egressus vellet petere rationem tutelæ, hoc faciet cum auctoritate eius curatoris: Hinc Papien. vt supra. subdit quòd Iudex facta dicta petitione eliget bonos viros, seu arbitros expertos, & idoneos in calculo talium rationum, coram quibus tutor exhibebit inuentarium, & librum eius, in quo sunt data, & recepta, quibus omnibus, & alijs dependentibus, & contentis diligenter excussis, si repertum fuerit pupillum debitorem tutoris, ipsum condemnabunt, vt è contra condemnabunt ipsum tutorem ad restituendum pupillo, si eũ reperiẽt debitorem: vsu autem obseruatur, quòd factis calculis per electos, Iudex cõdemnat tutorem, vel pupillum ad soluendum id, in quo vnus tenetur versus alterũ. Hinc sciendum erit quòd de iure standum erit libris (cuius vero expensis exhiberi debeant tradit sola com. antiq. cons. Sabau. tit. de mino. glossa 4) rationum executoris cũ eius sacramento, quòd vera sint, quę in eo libro scripta sunt: & ex dispositione statutorum Mediolani, cap. 317. f. 164. volum. 1. cauetur quòd fides detur libro tutoris, seu curatoris, & quondam tutoris, seu q. curatoris de expensis factis pro minore, nisi vbi & quatenus illæ expensæ videantur iudici esse suspectæ de iure est contentio inter doct. sed vide Magnificum Carpanum in eius annotatio.

Spec. vt sup. pra. nu. 29. Are. in §. actio autẽ. nu. 105.

Vide Pap. nu. 26.

Si verò pro negotijs gestis extra officium curæ, vel tutelæ, &c.

Libellus in actione negotiorum gestorum.

Titius gessit negotia mea cum voti causa abessem, idq; veteris nostræ necessitudinis causa: meam bibliothecam multorum numorum tractauit triennium: cohortatus eũ sum,

sum, vt rationes iniret, ac redderet reliqua: ex amicissimo repentè inimicus factus est. Quare vestram fidem implo-ro DD. Cons. Iust. Mediolani petoque cogatis eum in officio permanere, & (quia æquius est de pecunia amicorum, quam de sua laborare) exactam rationem gestorum negotiorum reddere, vt ad numos ex negotiatione exactos peruenire possim, & reliqua consequi.

Qualiter Titius sine mandato gessit negotia Sempronij eo absente, (vel si erat præsens eo ignorante,) & quòd ipse obligatus est reddere dicto Titio prædictæ administrationis rationem, & petendum erit, ipsum condemnari ad reddendum rationem prædictæ administrationis, & restituendum reliqua, quæ apparebunt apud eum fore, & omne id, in quo apparebit ipsum damnificatum fuisse ex mala, vel negligenti administratione ipsius in hac actione capitula quomodo concipiantur docet Ang. §. 1. Instit. de obligat. ex quasi contractu.

Ex Rofredo. & Aret. in §. igitur cum quis oblig. quæ ex quasi contractu. nu. 7. & in §. actio. autẽ num. 67.

Si vero pro socio inter negotiatores vel rusticos.

ARetinus de Actionibus. §. sequens illa, num. 10. & sequentibus ait Actionem pro socio dari in diuersis casibus, & ad diuersos effectus videlicet quòd aliquando datur ad societatem contractam adimplendam, vt conferatur pecunia, vel proba, & perficiendam scilicet, vt fiat cessio nominum, & collectio rerum in communi secundũ conuentionem societatis: Quandoque ad personales præstationes vt ad impensas, & fructus, & cætera damna verbi gratia feci impensas in re communi, quod si socius se pro socio ex causa societatis obligasset, posset quoque vti remedio statuti de fideiussore exonerando ago pro socio condemnari ad dandum, & refundendum mihi partem socio contingentẽ de dicta expensa, vel si omnes fructus percepisti, agam, vt partem eorum, vel eorum æstimationem consumptorum mihi præstes, quandoque pro dirimenda & propterea ad ineunda computa, eligendum agrimensorem societate, & habenda ratione lucri & damni, & ea in-

ter

ter ſocios diuidenda.

Qualiter inter ipſum A. & inter ipſum B. contracta p epiſtolam, vel per teſtatoris prȩceptum fuit ſocietas, vel omnium bonorum, vel in tali arte vſque ad quinque annos, in qua ſocietate conuentum eſt per ſpeciale pactum, ꝙ omnia, & vniuerſa qualitercunque, & vndecunqꝫ quæſita, & acquirenda per eos, ſeu alterum eorũ cõmunia eſſent, & cõmunicarentur inter eos, prout de prædictis conſtat inſtrumento ſuperinde rogato per &c. anno & menſe talibus. Quòdq; dictus B. poſt dictã ſocietatem contractã fecit & contraxit quandam mercantiam panni lanæ de cõmuni pecunia ipſorum. Obuenereq; ei lucra aduentitia. Quòdq; dictus B. negotia dictę ſocietatis adminiſtrauit, ſolus: & exegit inſolidum Rota Genuę deciſ. 31. & emolumenta percepit, & expenſas etiam fecit) ſi autem ageretur ad certam ſummam ſuperlucratam cõmunicandam, dicitur, in qua mercantia ſuperlucratus eſt centũ aureos, qui fuerunt, & ſunt inter eos debitè cõmunicandi quanquam idem B. hucuſque libros exhibere ſocietatis nolit cõmunicare recuſauerit indebitè, & iniuſte, licet ſuper ipſa communicatione faciẽda ſȩpe & ſȩpius fuerit requiſitus ſi ſocietas eſt ad tempus, ſubditur; Quòdq; dictum tempus eſt finitum, vel certè ſocietas eſt dirimenda, & ſeu finita egeſtate ſocij morte, malis moribus Vincent. Fan. deciſ. 249. lib. 20. ff. de aut. tuto. & per conſequens ſocietas finita, & completa eſt) deinde ſequitur clauſula communis. Quare cum prædicta vera ſint, petit, & requirit prȩfatus A. à prȩfato domino Iudice, vt ſupra, condemnari, & condemnatum compelli iuris remedijs dictum B. ſi erit ad tempus, & in ſocietate ſpeciali dices, ad reddẽdum rationem dictę ſocietatis, & reliqua conſignanda, & pro partibus ſecundũ dictam conuentionem diuidenda, & communicanda. Si autem eſſet Soceda dicitur ſaluo capitali ex ſtatuto de ſocedo. Si autem eſſet de parte lucri communicandi, & ſucceſſiue omniũ bonorum diuidendorum ſic ſecundum Papien. ad communicandũ, & in cõmuni ponendũ ſupraſcriptos aureos centũ, nec non conſequenter ad diuidendum. Plus tñ aliquando lucri debetur vni, quàm alteri, quia v. g. plus operȩ, & pecunię contulerit Menoch. conſ. 222. &

diuisionem faciendum de omnibus,& singulis bonis mobilibus,& immobilibus, ac nominibus debitorum communibus inter eos, cum ipse A. non intendit, nec velit stare de cætero,nec perseuerare in dicta societate certis, iustis, & rationabilibus de causis. sequere reliqua vt supra, in alijs libellis.

Exceptiones.

Socius conuentus excipiet vicissim teneri socium reddere rationem,quia non solus administrauerit:obstare furta famulorum,incendia,casus fortuitos,quibus omnia sint deperdita:iampridem tacitè societatem distractam, & separatim omnes negotiatos. societatem non ad exitum perductam culpa communi,teneri consociũ indemnem præstare socium ab obligationibus ex causa communis societatis contractis.Rota Genuæ decis. 7. fuisse re vera mutuum contractum,non societatem.

Replicatio.

Replican. societatem intempestiuè distractam dolo excipientis:furta intra annum non fuisse denuntiata.Rebuff. tit.de Mercat.renouatam societatem ex communicatione lucrorum Menoch.cons.375. lib.4. constare ex libris societatis de societate Menoch.de arb.lib.2. c.92. ideoque vt sciatur damnum & lucrum,reddendam rationem,inclũda computa &c.

Vide Pap. in gl. ad dict. & Angel. Aret.

Hinc aduertendum erit, quòd hæc actio aliquando cõpetit pro vna re vt vim venditi in taberna singulari, & aliquando pro re vniuersali: & quando agitur pro vna re singulari communicanda, vel pro certa quantitate; tunc agi poterit etiam pendente societate, quando autem ageretur generaliter pro tota societate, & sic iudicio generali societatis,vt de omnibus ratio videatur,& calculetur,tũc non potest agi nisi finita societate. Per statutum ca.401. vol.1.cauetur quòd coloni,partiarii,& Massarij diuidant inter se tam masculæ,quàm fœmini maiores annis septem per capita fructus perceptos, opera rusticana, vel operibus rusticanis ex terra conducta ad tempus:& similiter id,

Menoch. cons.222.

quod

quod processit ex dictis fructibus. Item de fructibus perceptis opera rusticana, vel operibus rusticanis ex terra propria vel ad libellum, seu in emphyteusim conducta pro medietate fructuum, quæ medietas fructuum, intelligatur pars rusticana: altera verò medietas diuidatur per stirpes cum onere soluendi fictum libellarium, si quod debetur. Hinc dicit Aret. in §. Act. autem, nu. 65. quòd si sunt duo rustici simul morantes, & vnus habeat multos filios paruulos, & alter sit sterilis, & fiat impensa de omnibus in communi, quòd fieri non debeat aliqua restauratio tempore diuisionis huic fratri non habenti, si opera aliqua percipiebat ab illis pueris in communi, vt in custodiendo animalia, quæ opera digna sunt dictis alimentis, sed si non percipiebat aliqua digna, aut aliàs notabilia opera, tunc bene posset repetere. Rursus ex statuto cap 483. cautum est, quod inter fratres quoque inter quos est quodam ius societatis, siue fraternitatis legitimæ, & communis omnium rerum, quæ præsumitur contracta ex cohabitatione iure quidem statuti, secus iure ciuili illud obtineat, vt quicquid in communi domo, vel habitatione post mortem patris, simul viuendo acquisiuerint inter eos, commune sit, quæ non habeant locum in acquisitis in successione interstati, & etiam ex causa testamenti, & codicillorum, & donationis causa mortis, nec etiam donationis inter viuos legitimæ factæ, vel dotis, vel in his, quæ contingeret maritũ lucrari propter mortem vxoris, & intelliguntur fratres stare in communi habitatione, etiamsi contingat aliquem ex prædictis fratribus se absentare ex causa concernente cõmunem rem, aut commune negotium omnium fratrum, vel ex causa studij cuiuslibet scientię, Insuper attende qđ renũtiatio societatis, ita demum admittitur si alter socius consentiat. Nam eo inuito non licet regulariter à societate intempestiuè discedere, nisi alter socius sibi sit iniuriosus aut damnosus, vel dolum, aut culpam commiserit in societate secundum Papiens. & alios, vel conditio societati apposita non seruetur, & duplex est renuntiatio societatis nempe expressa cum petitur reddi ratio totius societatis, vel fit protestatio nolle perseuerare in societate, alia est tacita, & hæc fit, quando pereunt res in societate posi-

tę, vel peũt socij, vnus, vel oẽs, siue morte naturali, siue ciuili: Idẽ si mutetur status in malũ, vel eius bona publicentur. idẽ si stãt, & habitẽt separatim, & multo tpe negotiati sunt separatim, quando essent socij omnium bonorum, & hęc Papiensis de actione vero communi diuidundo ex causa societatis, vel alia vide infra fol.

De actionibus compræhensis in iudicijs vniuersalibus.

Iudiciorum diuisio multis modis fit: inter alias diuisiones hæc affertur, quod quædam sint vniuersalia: quædã generalia: in quibus omnibus admittitur libellus, siue petitio incerta at in vniuersalibus, vt in petitione hæreditatis, familiæ herciſc. non solum petitio incerta, sed etiã sententia admittitur, at in generalibus sententia fertur nisi super probatis & deductis speciebus, siue rebus vide supra fol. à tergo, initio.

Vide Spec. Rofredum Aret. & Pap.

NOta q̃ iudicium vniuersale est, quod habet nomina iuris habentia aptitudinem augumenti, & diminutionis, vti petitio hæreditatis, actio de peculio, & actio pro dote, &c. generale dicitur, de cuius natura venit reddi tio rationum, seu sua natura ad plura implicitum, vt actio tutelæ, &c. lite prius præparata interrogationibus an conuentus possideat scilicet Huic ab actione petitionis hæreditatis incipiendo.

Notandum.

Petitionem hæreditatis non concurrere cum rei vindicatione, & ideò non esse eodem libello proponendas, quia agens petitione hæreditatis petit se dominum declarari singularum rerum in consequentiam, at absurdum est petitis generatim singulis rebus, separatim rem vnam vendicare, imò sequi posset repugnãtia, & aliud absurdum: quia si fortè pronuntiaretur rem singularem separatim petitã non pertinere ad actorem. sequeretur quoq; eum non esse hæredem. l. si quis cum totum. §. & generaliter. ff. de except. rei Iud. Doctores etiam l. hæreditatio. C. eod. dicunt non dari contra tit. possidentem, quia habet & titulum, & possessionem talis, at agens petitione hæreditatis habet tã

tum

tum titulum, quod maximè Mediolani procederet si lapsū esset decennium à die mortis patris, quia hæres non posset gaudere beneficio statuti continuantis possessionem, quāuis titulus, & possessio adepta post mortem testatoris non excluderet pet. hæreditatis Bal. l. fi. C. de ed. D. Adr. sciendum erit, quòd actio petitionis hærediratis habet locum, primo contra illum, qui possidet pro hærede, secundo vel pro possessore, qui asserit se esse hęredem, sed facto tantū, & sine titulo tertio contra dolo; imò datur vtilis petitio hoc casu: cum iuramento in litem l. sed si in ff. pet. hær. possidere desinentem alienata iam hæreditate quominus conueniatur, quarto contra debitorem hæreditatis. Item contra vi deijcientem possidentem pro hærede, & contra scienter ementem mala fide totam hæreditatem, vel quotam eius partem. & Aretin. §. actionum autem. nu. 145. & 146. dat cautelam ℣ quando vis agere petitione hæreditatis, quòd primo ante litis contestationem interroges interrogationum, ideſt vtrum possideat &c. formulas docet glossa verbosior in hac actione petitionis hær. l. cogi. C. de pet. hęr. Reum vtrum possideat tales res, vel nō, & vtrū pro hærede, vel pro possessore, in debitore autem hæreditario, vel possessore iuris vltra prædicta etiam interrogabitur vtrum contendat se hæredem vel non. Rursus aliquā do est singularis cum agitur ad restitutionem alicuius rei existentis in hæreditate, aliqñ est vniuersalis, vt cum petitur vniuersaliter hæreditas alicuius defuncti competitque proximiori de iure ciuili, siue ex testamento solemniter celebrato, siue ab intestato, habetq; locum tam in mobilibus, quàm immobilibus. & Papiensis dicit quinque remedia reperiri pro hæreditate vendicanda, videlicet interdictum quorum bonorum, conditionem ex lege, tertium petitionem hæreditatis, quartum actionem familiæ erciscundæ, quintum fideicommissariæ hæreditatis petitionem, sed ponit etiam differentiam inter ipsa remedia, & quando vnumquodque ipsorum competat, & intentandum sit, quæ omitto breuitatis causa & est duplex, scilicet directa, & vtilis, directa primo datur hęredi, cui hæreditas defertur iure ciuili, siue ab intestato: secundo hæredi particulari tertio vtili, vtilis verò datur

cuilibet ſucceſſori hęreditatis de iure prętorio: quarto emptori hæreditatis, & quòd ad hoc, vt petitio hæreditatis directa competat tot ſunt neceſſaria. ſecundum Rofredũ videlicet quòd ille, de cuius hæreditate agitur, ſit mortuus, ſecundo quòd ſciam illum mortuum, tertio (videtur tamẽ quod ſufficiat addi libello clauſulam omni meliori modo &c.) vtrum ex teſtaméto, vel ab inteſtato deceſſerit, quia tenetur dicere vtrum ex teſtamento vel ab inteſtato agat adeo quòd vna electa ad aliam redire non poſſet, niſi ſit ex parentibus, vel liberis agnatis, vel cognatis vſque ad quartum gradum, cui non nocet electio quo minus ad aliã redire poſſit. Item quòd ſit proximior. Itẽ quòd hæreditatẽ illam adiuerit, quæ aditio in ſola animi voluntate conſiſtit, item quòd aduerſarius poſſideat totam hæreditatem, vel partem, vel etiam rem minimam ſine tamen titulo. Addatur aliud: quod is qui petit nunquã poſſederit Azo. l. 2. ff. de fid. her. pet. Quando verò veniret ex teſtamento requiritur, quòd agens ſit inſtitutus. Item q̃ teſtamentum legitimum, & validum, item q̃ teſtatoi fuerit ex perſonis, quæ teſtamentum facere poſſunt. Item q̃ inſtitutus ſit capax, & in libello ſufficit petitio hæreditatis vniuerſaliter, ſed debet poſtea explanari per ſpeciales poſitiones, ideſt res ſingulariter deſignandæ erunt, & veniam ad formationem libelli tam ab inteſtato quàm ex teſtamento.

Qualiter quond. C. de deceſſit (exprimatur tempus) nullo condito per eum teſtamento, nulliſq; ex eo ſuperſtitibus liberis, nec aliqua alia perſona proximiore in gradu ipſi. C. quàm ſit dictus A & ob id hæreditas, & bona dicti quondam. C. fuerunt, & ſunt ab inteſtato deuoluta ad ipſum A. & ad eum iure proximitatis tanquam proximiorem pleno iure ſpectauerunt, & pertinuerunt, & hodie ſpectant, & pertinent, quàm hæreditatem ipſe A. adiuit. per aditionem hæres acquirit dominiũ rerum hæreditariarum, licet poſſeſſionem non apprehendat Bart. l. ſi ager. ff. rei vindic. & adit ex cauſa prædicta. Quòdque dictus B. dictam hæreditatem res, & bona hęreditaria vniuerſa certo tempore elapſo tenuit, & poſſedit, & hodie tenet & poſſidet indebitè, & iniuſtè, fortaſſe mala fide emit hæreditatẽ. gloſſ. l. 1. c. de pet. hær. vel agnatus proximior agit contra ſcri-

ſcriptum hæredem. ipſamque hæreditatem res, & bona indebitè, & iniuſtè dimittere, & relaxare dicto A. hæreditario nomine recuſauit, & recuſat.

Quare &c. pronunciari, & declarari hęreditatem, resq; & bona hęreditaria prædicti. C. ſpectaſſe, & pertinuiſſe, & ſpectare, & pertinere pleno iure dicto A. tanquã Agnato, & proximiori ipſius quondam. C. condemnarique dictum B. verſus dictum A. & condemnatum iuris omnibus remedijs cogi, & compelli ad dimittendum, & relaxandũ tradendum, & reſtituendum eidem A. dictam hæreditatẽ, resque, & bona hæreditaria prædicta, ſimul cum fructibus &c. ac etiam in omnibus damnis, &c.

Libellus in actione ab inteſtato ex Papian.

Remedium ad hæreditatem alicuius retinendam, recuperandam, adipiſc.

Duplicia ſunt remedia competentia hæredibus, ſiuè fideicommiſſarijs.

1 Et quædam ſcriptis, tantum
2 Quædam non ſcriptis, tantum
3 Quædam ſiue ſcriptis, ſiue non ſcriptis.

Rurſus quędam remedia poſſeſſoria, quædam petitoria.

Poſſeſſoria competentia hæredi ſcripto ſunt duo: alterum dicitur quorum bonorum, l. 1. C. bo. poſſ. ſecundum tab. alterum ex l. 1. C. de edicto D. Adria. toll.

Et horum vtrunque eſt adipiſcendæ, vt gl. §. 2. Inſt. de interd. ver. bonorum poſſ.

Aduerſus iſtud remedium poſſunt excipi hæc: poſſidentem habere meliora iura, vt poſterius teſtamentum: teſtamentum eſſe falſum, non ſolemne: inofficioſum, nullum, non legitimatam fuiſſe perſonam. Item hæreditatem non delatam. Item lapſa eſſe tempora (l. 1. C. qui admitti) petendę bonorum poſſeſſionis, ſiuè agnoſcendę.

Poſſeſſorium competens hęredi nõ ſcripto eſt, quod datur v. g. liberis prętcritis (l. fi. § ſancimus. C. de lib. pręt.) & dicitur bon. poſſeſſ. contra tabulas l. 1. c. in qua vt filius obtineat aduerſus ſcriptum hæredem ſufficit eum probare ſummatim filiationẽ, quę qũo pbet vide inf. nu.

Possessorium competens tàm scriptis, quàm non, idest ex testamento, siue ab intestato est remedium retinendę ex No. Constit. Mediolani lib. 3. & recuperandę.

Aduersus quod excipitur hæreditatem non aditam, nõ transmissam: lapsum decennium: mulierem ex dotis causa possidere: alium habentem causam à defuncto esse in possessione, de cuius formula infra fol. ex qua poteris mutatis mutandis aliorum formulas concipere.

Et supponunt ista remedia hęreditatem aditam, siuè agnitam bono. possessionem, quod fit per instrumentum Notario adhibito.

Filiatio probatur.
Paternitas.
Proximitas.

Ex similitudine lineamentorum.

Bartol. l. Gallus.

Tractatu:	Non esse filium probatur, quod pa
Fama:	ter quidem
Exhęredatione:	est sexagenarius.
Emancipatione:	Impotens
Literis.	Abfuit decem mensibus
Legitimatione.	Pater, & mater negant.
Instrumentis.	
Confessione.	

Et in summarijssimo retinendæ, & vt ventri decernatur carbonianum, alimenta, expensę: sufficit aliquam ex his coniecturis probauisse, at in iudicio plenario debent aliquæ ex his coniecturis iungi Ias. l. neque professio. C. de testam.

Actio in petitorio pro hæreditate vendicanda, in qua agitur de dominio.

Agnatus proximior ex forma statutorum vendicans hæreditatem v.g. aduersus mulierem excluſam, habet duplex remedium, alterum ex successorio edicto, vel ciuili lege, alterum ex statutis, & iure municipali. quæ remedia dantur etiam lapsis annis nonaginta: vnde

ex-

excluſus ex capite liberorũ, põt illinc ad annos alios 30 adire hæreditatẽ ex capite vnde Agnati, ac rurſus demũque ex capite vnde cognati lapſis alijs an. 30. Iaſ. l. licet C. de iure delib. quidã iñ contendunt illa iura eſſe correcta, & hodie ex auth. de hære, ab inteſt omnes ſucceſſores eſſe legitimos, &c. quicquid ſit, habes hic ab autore libelli formulam in petendo hæreditatem.

Si verò ex teſtamento.

QVòd deceſſit ſiuè eſt ingreſſu, religionem. Imò rub. de teſt. vel aliter mors autem vt probetur vide Aſin. cap. 7. 8. talis conditio prius teſtamento, in eoque inſtituto hærede A. vniuerſali omnium eius bonorum, apparente inſtrumento rogato per talem notarium, &c. & ibidem in publicam, & authenticam formam exhibitio non viatico, neque abolito, aut cancellato, nec in aliqua ſui parte ſuſpecto, qui A. hæreditatem ipſam adiuit, & adit. Quodque dictus B. poſt mortem dicti C. indebitè, & iniuſtè detinuit, & occupauit, & adhuc tenet occupatam, & poſſidet hæreditatem reſque, & bona hæreditaria, quæ dictus quondam C. tempore ſui deceſſus tenebat, & poſſidebat, & ante eius mortem pro ſuis, & tanquam ſua quamquidem hæreditatem res, & bona hæreditaria dictus B. dimittere, & relaxare recuſauit, & hodie recuſat dicto A. hęredi inſtituto vtſupra licèt indebitè, & iniuſtè. Quare cum prædicta vera ſint petit declarari, &c. dictum A. hęredem teſtamentarium d. q. C. eiuſque hæreditatem, res, & bona hæreditaria dicti q. C. ſpectare, & pertinere ſequere, vtſupra in alio Papienſis concludit ſic dictum A. fore mittendum, & mitti, & induci debere in poſſeſſionem hęreditatis, & bonorum dicti quondam T. quę reliquit tẽpore mortis ſuæ, ac pariter poſſedit, necnon ipſum A. naturaliter, & actualiter introducat, & imponat in corporalem poſſeſſionem hęreditatis, & bonorum prædictorum, & ſic inducti, & impoſitum manureneat, & defendat, vt iura diſponunt contradictionibus dicti B. omnino reiectis, & prędicta petit per D. Iud. fieri, &c. ſaluo iure, &c. nõ ſe aſtringens, &c. qui q. D. Papien. in gloſſ. poſſidebat dicit quòd ad hoc, vt

Ex Pap. Paulo de Caſt. in l. ſi hæred & gl. ſi vegul. n 3. & 13. Spec. Rofr. & Aret.

hæres

hęres obtineat missionem tria probare tenetur videlicet mortem testatoris, bona, in quibus petitur missio fuisse in bonis (bona fuisse in bonis petitio hęreditatis datur in bonis omnibus, quæ per defunctum detinebantur l. Item videmus §. ff. de pet. hæred.

Et vbi defunctus habet plures agnatos, diuersisque locis bona, ne continuatus turbetur in alijs ab alijs agnatis, quos ignorat, potest implorare officiũ Senatus, vt publico proclamate inhibeat, ne quis continuetur ipsis non citatis) defuncti tempore eius mortis, quod tunc in libello debeãt describi bona singulariter, & in gloss. quare addit ad istam missionem in possessionem, requiri citationem eorum quorum interest, & eis comparentibus, quòd offeratur libellus nominatim contra eos si fuerint legitimi contradictores, & procedetur ordine iuris seruato, vbi autem nullus apparuerit Iudex interlocutoriè pronunciabit ipsum hæredem in possessionem mittendum, nec ab ista sententia super hac missione poterit appellari, nisi quòd poterit peti restitutio in integrum ex causa iusta, sed in practica Mediolani attenta dispositione Nouarum Constit. lib. 3. de continuanda possessione defuncti sic vsu recipitur, quòd obtinetur pręceptum continuandi in bonis, & hæreditate defuncti, & hoc modo proceditur quòd ille, qui prætendit continuari siue ex testamento, siue ab intestato comparet coram Iudice nullo citato, & exponit respectiuè, vt ex tenore infrascriptorum libellorum elicitur, & petit concedi pręceptum continuandi, & in calce petitionis describuntur corpora bonorum, & dantur summarię informationis si ab intestato, quòd petens est proximior proximitas vt probetur Craueta cons. 249. defuncto, & communiter, quòd decessit Titius relictis bonis in requisitione descriptis, & assumptis dictis summarijs informationibus conceditur præceptum continuãdi, quod sub ista formula exponitur.

Præceptũ cõtinuãdi.

1580. Indictione die mensis magnificus Dominus Prętor Ciuitatis, & Ducatus Mediolani, qui prius vidit comparitionem factam, per infrascriptum A. qua petijt sibi concedi infrascriptum præceptum, & summarias informationes superinde exhibitas per A. sub die

mensis

menſis anni pręſentis in tertijs, & teſtes ſuper dictis informationibus receptos, & examinatos per quos apparet prędictum quōdam Titium deceſſiſſe de anno, &c. ab inteſtato relicto dicto A. eius filio legitimo, & naturali, & ſic hęrede inſolidum, nec non infraſcriptis bonis, & in eorum poſſeſſione fuiſſe tempore eius obitus, (ſi autem ex teſtamento ſufficit dicere deceſſiſſe ab hoc ſeculo relictis in eius hæreditate, bonis infraſcriptis, & relicto etiam dicto A. hærede ex teſtamento inſolidum) qui A. dictam hęreditatem adiuit & tenore præſentis actus adit non recedendo, &c. & propterea ipſum A. dicto nomine eſſe in caſu continuandi in hæreditate, & bonis præfati quondam Titij patris ſui: Iccirco ad executionem, & No. Conſtitutionum, & iuris omni meliori modo, &c. commiſit N. ſeruitori, &c. quatenus ex eius parte, & præcepto, & ad dictam inſtantiam præfati A. (ſi habitabit extra forum iuſdicentis eliget etiam habitaculum) vadat quolibet die ad omnes partes neceſſarias vna cum famulis duobus, ac notario, pronotarijs, & perſonis oportunis ad continuandum & aſſocciandum, & quatenus opus ſit, mittendum, continuatumque, & miſſum manutenendum præfatum A. vti agnatum proximiorem (ſeu vti hæredem) dicti quondam Titij, in hæreditate, & bonis, & in poſſeſſione proprietate, tenuta infraſcriptorum omnium, & quorumcunque bonorum prędicti Titij, & in hæreditate, & bonis dicti Titij relictorum amoto propterea quolibet illicito detentore, & ad præcipiendum, prout tenore præſentis præcepti prędictus Dominus Prætor præcipit, & præcipiendo mandat quibuſcunque fictabilibus, colonis, inquilinis, emphyteutis, redituarijs, & laborantibus, & tenentibus dicta bona, quatenus ſtatim habito præſenti præcepto recognoſcant, præfatum A. vti hæredem dicti q. vt ſupra in Dominum, & poſſeſſorem, & locatorem dictorum bonorum, & hæreditatis, eidemque fructus, reditus, & prouentus reſpondeāt & item ad præcipiendum cuilibet perſonæ cui expedierit quatenus non audeat, nec præſumat directè, nec per indirectum turbare moleſtare, nec turbari, nec moleſtari, aut inquietari facere præfatum A. in poſſeſſione, & tenuta dictorum bonorum, & præceptione fructuum ſub pœna turbatio-

bationis possessionis, & item scutorum centum auri Reg. Duc. Cam. applic. casu inobedientiæ, nec non, & sub pœna & bando arbitrio præfati Domini, &c.

Quæ verò bona sunt hæc videlicet ponenda.

Si quis autem contradixerit dicto præcepto continuandi, tunc erit procedendum seruatis seruandis, & contradicens citabit ad videndum reuocari dictum præceptum continuandi, & in termino petet reuocationem adducendo eius fundamenta puta quòd ipse sit proximior defuncto, & ipse sit continuandus, vel quòd fuerit hæres institutus, vel lapsum decennium à die licentiæ delatæ hereditatis, & tunc obtinebit, (si poterit) suspensionem dicti præcepti. Actor verò tunc tenetur fundare eius intentionem citato contradictore, & dare informationes, secundum subiectam materiam videlicet, se heredem vel ex testamento, vel ab intestato prout in facto, nam priores factæ non citata parte nihil probant.

Ex Rof. fo. mihi 42. et Spec. p. 1. l. 4.

Si agendum sit fideicommissaria petitione hæreditatis, Die clarius. Hæres institutus, rogatus restituere, non conuenietur fideicommissoria hereditatis petitione ad restituendum, & rationem reddendam (Craueta 295.) omnium quę inuenit in hereditate. Sed actione ex testamento, si eam adiuit; vel si non adiuit poterit cogi officio Iudicis adire etiam si repudiauit quod si restituit, sed nõ omnia poterit conueniri iterum ex testamentò glossa l. fi. cap. de fid. hęr. pet. imò nota hoc casu, quando agis ex testamento contra grauatũ, vt petas hereditatẽ, siuè fideicõmissum detractis detrahendis, aliàs hęres grauati non constitueretur in mora, & haberet iustam causam litis. Guido. primo enim si est filius, vel nepos potest retinere legitimã, idest medietatem hereditatis, & Trebellianicã Dec. conf. 81. arbitrio iudicis. Item dotem sororum. Item matris: legata: funeris impensam: debita soluta: actione suas (non enim confunduntur hoc casu) per secundum tamen fideicomm. non detrahitur Trebellianica, & licet ius legitimę etiam non agnitum transmittatur tamen non nisi semel detrahitur Gramm. decis. 37. Bart. l. 1. §. denique. Tribellianica quoque detrahitur per coactum adire, & per descendentes non extraneos, & nisi semel Menoch.

conf.

conſ. 277. lib. 2. quę tunc locum habet ſi quis te in teſtamento hęredem inſtituit rogando te vt per fideicommiſſum Seio hęreditatem reſtituas, & contra quemlibet tertium poſſeſſorem, prętęrquam contra hęredem, qui iam reſtituit, hęc ſunt neceſſaria, quòd ſit factum teſtamentum, item illud ſolemniter, item teſtator deceſſerit. Item teſtator fuerit ex perſonis, quę teſtamentum facere poſſunt. Item quòd agēs potuerit capere ex dicto teſtamento. Item q̄ hęres ſcriptus rogatus reſtituere, hęreditatem ſponte, vel coactus adiuuerit. Item reſtituerit re, vel verbo, Secundum Guid. Pap. quęſt 601. Alexa. l. Marcellus §. res quę. ff. ad Trebell. fideicommiſs. poteſt agere rei vindicatione directa contra tertium poſſeſſorem nulla facta reſtitutione, vel patientia, vel rathibitione. Item quòd reus poſſideat hęreditatem teſtatoris, & ſic formare poteris libellum.

Qualiter de menſe tali, deceſſit Titius conditio prius eius nuncupatiuo teſtamento, rogato per talem notariū, ex quo apparet fuiſſe inſtitutū hęredem Gaium rogatumque vt hæreditate, & bona ipſius Titij ſtatim reſtitueret ipſi A. Quòdq; dictus Gaius hæres inſtitutus, vtſup. hæreditatem dicti quondam Titij adiuit, & reſtituit ipſam hæreditatem & bona hæreditaria præfati quondam Titij ipſi A. Quòdque infraſcriptus B. poſt mortem prędicti quondā Titij indebitè & iniuſtè occupauit, &c. ſequere vtſupra in forma libelli petitionis hæreditatis directę.

Annectam ſubinde libellum ad rem ſpecialem ex fidei commiſſo, vel in caſu mortis, vel alienationis vel dilapidationis ex Oſiſcho deciſ. 34. n. 8. contra prohibitionem teſtatoris. Quòd quondā Titius ipſius A. frater ſuum poſtremum condidit teſtamentum, in quo ipſum A. & B. omnes fratres æquis portionibus inſtituit, & eos inuicem ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum ea conditione poſita, quòd ſi quis eorum quandocunq; deceſſerit ſine liberis ex ſuo corpore, & legitimo matrimonio procreatis, q̄ tunc ille, vel illi, qui ex eis ſuperuiuerēt ipſi decedēti, ſuccederent, prout ſerioſius apparet dicto teſtamēto rogato, &c. quòdq; deceſſit prędictus B. frater ipſius A. iam tribus annis elapſis adita hæreditate præfati quondam

Ex Pap.

Libellus in actione fideicōmiſſaria ad rem ſpecialem.

dam Titij nullis ex eo superstitibus liberis, & relictis infrascriptis bonis immobilibus, quæ fuerunt in hæreditate præfati quondam Titij inferius descriptis, terminatis, & chærentiatis, & relicto per eum hærede vniuersali ex testamento infrascripto Sempronio, qui Sempronius ipsam hæreditatem dicti quondam Titij adiuit, & apprehendit, apprehensamque, & occupatam detinuit, & hodie detinet indebitè, & iniustè. Quodque per mortem dicti quondam B. sine liberis defuncti, eius hæreditas, & bona virtute dicti fideicommissi, seu substitutionis prædictæ peruenerũt, & deuoluta sunt ad ipsum A. superstitem, siuè proximiorem, vltimi decedentis, Clarus §. testamentum, eique spectant, & pertinent, quòdque dictus B. licet sæpius requisitus, recusauit, & recusat indebitè, & iniustè restituere dictam hæreditatem, & bona ipsi A. Quare cum prædicta vera sint, petit, &c. declarari, pronuntiari, & sententiari fuisse, & esse locum dictę substitutioni fideicommissarię, infrascriptaque bona præfati quondam B. spectasse, & pertinuisse, ac spectare, & pertinere ex causa antedictæ substitutionis, seu fideicommissi ipsi A. & ad ipsam hæreditatem, & bona ex prædictis causis relaxandum, & dimittendum ipsi A. præfatum Sempronium per dictam sententiã condemnari, & condemnatum omnibus iuris remedijs cogi, & compelli simul cum fructibus tam per ipsum Sempronium præceptis, à tempore mortis dicti quondam B. citra, & percipiendis vsque ad effectualem relaxationem dictorum bonorum, ac in reliquis damnis, expensis, & interesse, &c. sequere vt supra.

Ex Rosr. Nota quòd in ista actione ista requiruntur videlicet quod venerit casus substitutionis per mortem instituti sine filijs item, quòd testamentum fuerit validum. Item instituti capaces. Item quòd probetur mors tam testatoris primi, quam instituti. Item bona fuisse in bonis primi testatoris tempore eius obitus. Item detentionem, siue possessionem Rei.

Testator substitutis inuicẽ filius dixit velle bona remanere in familia, nec alienari: secuta alienatione ad eam reuocandam vocantur proximiores alienantis etiam non nati tempore alienationis, si tunc reperiantur proximiores

Rota

Rota decis. 91. Alienatione verò extra familiam prohibita etiam si omnes consentiant non fit præiudicium nondum natis Guido Papiè. q. 613. prudentissimè itaque factum est Senatusconsultum die

an. ne cridæ præiudicent nondum natis. Quod si grauatus fecit inuentarium. & supersunt alia bona non subiecta fideicommisso fideicommissarius potest agere ad ea Menoch. cons. 125. lib. 2.

Quando autem ageretur ob alienationem contra prohibitionem testatoris idem seruabitur, quòd supra mutatis mutandis.

Item si ageretur ex fideicommisso ad rem specialè, quia tunc fit narratiua, quòd decessit talis relicto hærede tali cū ea cōditione quod si decederet sine filijs masculis, quòd ei succederet talis in tali re, deinde sequitur mutatis mutādis vt in forma antedicta.

Sequitur videre de actione familiæ erciscundæ, & communi diuidundo, idest de actione hæreditatis, & rerum singularium.

Hinc sciendum est, quòd actio familiæ erciscundæ competit pro hæreditate diuidenda (idest) quando hæredes siue instituti, siue venientes ab intestato volunt hæreditatem diuidere, vel omnes, vel aliquando vnus; & ista actio familiæ erciscundæ locum habet in quacunque hæreditate, vel bonorum iuris possessionem quouis modo debita siue ex testamento, siue ab intestato, siue de iure prætorio, siue de iure ciuili, vel aliter quoquo modo, & per hanc actionem diuiduntur omnia bona mobilia, & immobilia, iura, & actiones, & nomina debitorum, quæ fuerunt in bonis defuncti tempore mortis suæ. Actio verò communi diuidundo competit pro rebus singularibus, vna, vel pluribus diuidundis puta domo, vel fundo; Et ista Actio familiæ erciscundæ competat, tot necessaria sunt secundum Rofred. videlicet quòd aliquis sit hæres ex testamento, vel ab intestato, quòdque non negetur hæres. Vel cohæres: nàm prius de hoc cognoscendum esset, & interim sequestrū fit. Papon. libro 4. tit. 7. arrestō. 4. vel proclama, ne quis ab possessore emat, si sumus in casu l. qui fundum. §. qui sciens ff. pro empt. Item quòd possideat. Tertio quòd in

Vide Rof. in p. 4. f. mi hi 209. & 211. Pap. in libello hæred. vel sing. diuid. pec. l. 4 p. 1. de iura, & actiones, & nomina debitorum, quæ fuerunt in bonis communis defuncti tempore mortis suæ. Actio verò communi diuidundo competit pro rebus singularibus, vna, vel pluribus diuidundis puta domo, vel fundo; Et ista Actio familiæ erciscundæ competat, tot necessaria sunt secundum Rofred. videlicet quòd aliquis sit hæres ex testamento, vel ab intestato, quòdque non negetur hæres. Vel cohæres: nàm prius de hoc cognoscendum esset, & interim sequestrū fit. Papon. libro 4. tit. 7. arrestō. 4. vel proclama, ne quis ab possessore emat, si sumus in casu l. qui fundum. §. qui sciens ff. pro empt. Item quòd possideat. Tertio quòd in

communi diuidundo, Aret in §. quædā act.

hære-

hęreditatæ præter nomina. Quartum quòd illa quę sunt in hęreditate non sint malè acquisita, nec ex peculatu, nec ex sacrilegio, aut latrocinio, aut agressura. Quintum quòd res illę non possideantur titulo per cohęredem. Sextum ꝙ non sit amplius intentatum. Septimum quòd faciat tanquam hęres illud, quod facit. Octauum quòd res hęreditariæ non fuerint diuisę per testatorem. Item quòd non sit præscriptum. Actioni. Item quòd res illę sint tales, quę possint diuidi. Item quòd in dicto iudicio condemnationes, & absolutiones faciat Iudex in personis omnium. Actio verò communi diuidundo insurgit, quando rem aliquam quis habet cum aliquo communem, siue ex societate contractam, siue ex alia causa, puta, quòd tibi, & alii res sit legata, vel alio modo communis, & velit à communione discedere, & rem illam pro parte dię visam possidere, & ad hoc vt actio ista competat, tot sunt necessaria. In primis quòd res aliqua sit communis. Item quòd res, quę debent diuidi, sint corporales tantùm. Item quòd res illę non sint vniuersitatis. Item quòd illius rei habeat dominium, vel ius in re. Item quòd non interuenerit præscriptio, vel pactum, vel quòd res non sit talis, quam necesse est remanere in communi vt feudum habens annexam dignitatum, vel quiduis ex iussu testatoris. Dec. consil. 147. vel ratione magni incommodi Capic. decis. 56. Item quod aduersarius Borg. dec. 18. p. 1. n. 2. meus fateatur rem mihi & sibi communem. Item quòd intentetur pro rebus communibus. Item quòd res remaneant communes, & hęc comperunt actioni directę communi diuidundo. Agitur etiam in hac actione communi diuidendo de personalibus (vt de impensis, & hęc petuntur dari idcirco dicitur actio etiam personalis Gloss. quidam v. familię hercis. Inst. de Actio.) præstationibus, nam hęc actio communi diuidundo est mixta, & idest realis, & personalis, sicut familię hercil & debetur euictio secura diuisione, & hęc requiruntur videlicet, quòd illę impensę factæ sint, vel fructus sint percepti in re communi. Item quòd impensę illę non potuissent fieri pro parte, Roma. sing. 633. vel non ita commodè. Item quòd vel personales præstationes præceptę sint, vel etiam damnum datum. Item quòd si feceris aliquid in re com-

Ex Ref. vt supra.

communi, non interuenerit prohibitio socij, quod fallit in duobus casibus, nempè quando vidit socium facientem, & non prohibuit. Item si habuerit rem aliquam ad communem vsum, & in eo vsu alter socius, vti voluerit, & sic libellus in vtraque actione formari poterit.

Libellus. Frequẽtius fil. req. ciatata parte.

Qualiter tali tempore decessit Titius communis genitor dictorum fratrum superstitibus sibi etiam hæredibus vniuersalibus institutis prædictis fratribus, eiusque filijs (si ab intestato) qui fratres post mortem eorum patris, adiuerunt hæreditatem paternam, & communiter, & pro indiuiso tenerunt, & possiderunt, & hodie tenent, & possident totam, & vniuersam hæreditatem prædictam. (Si autem ageretur actione communi diuidundo sic. Qualiter decessit talis, vt supra, & instituit, vel legauit talem rem, puta domũ, dictis fratribus æquis portionibus, & quã domũ sequere, vt sup.) sequitur exinde clausula generalis. Verum quia iure cautum est, ꝙ omnis communio parit discordiam, & negligi solet, quod communiter possidetur, & propterea præfatus A. sæpe, & sæpius requisiuit suprascriptum B. quatenus diuisionem faceret cum ipso A. fratre de hæreditate, & bonis prædictis, quod tamen facere recusauit, & fratre recusante sit sequestrum in communibus bonis. Inst. de Actio. neglexit. Quare cum prædicta vera sint, prædictus A petit, & requirit, &c. condemnari, & condemnatum iuris omnibus remedijs compelli suprascriptum B. ad faciendum, & fieri faciendum diuisionem cum dicto A. rerum hæreditariarum, vel dictæ domus, ampliusque ipsum B. condemnari in omnibus, & singulis fructibus præceptis, & in futurum, percipiendis de, & pro parte, & partibus tangentibus, & pertinentibus dicto A. de hæreditate, vel re communi simul cum cæteris damnis expensis, & interesse, &c.

Pŏt ēt petisi electio diuisoris ad faciẽdã ipsam diuisionem.

Aretinus de Actionibus §. quædam actiones addit, ꝙ in formatione libelli in communi diuidundo hoc concludi debebit, peto dictum fundum partiri, & terminari, per limites iuxta solitum agrimensorũ, & mihi dictam partem pro diuiso assignari, vel alteri nostrum dictum fundũ adiudicari, totum, & insolidum si non capit commodam diuisionem prout æquitati vestræ videbitur, & quòd quãdo

venirent fructus, vel habenda esset ratio damnorum datorum in re, quòd in narratione debet fieri mentio sumptuum, & damni dati, & in conclusione petere aduersarium etiam ad illa condemnati pro dimidia, & exprimere damnum puta quòd damnum est in cētum secundum Rofredum, & Ioan. Andr. in additione. Spec. vt supra, inquit quòd si extra iudicium diuisa est societas inter fratres, & communio inter socios, & alter sit deceptus vltra dimidiã iusti precij, quòd poterit agere; & format sic libellum, dico ego Ioannes quòd hæreditas talis ex testamento vel ab intestato ad me, & D. pro æqualibus portionibus deuoluta est, & illam hæreditatem adiuimus, & extra iudicium diuisimus, vnde cum dicta diuisione vltra dimidiam iustæ ęstimationis deceptus sim, quia pars ad me pertinens pro indiuiso valebat decimasexta, & pars, quam ex diuisione consecutus sum, non valet nisi septima, vel peto vt nouem, vel quæ mihi desunt, vt iustam æstimationem meæ partis mihi reddat, quòd si facere noluerit, supplico vt dictã hęreditatem inter me, & ipsum per sententiam diuidentes vtrique nostrum dimidiam partem assignetis hæreditatis ipsius, & eodem modo formabitur in communi diuidundo.

Et quãdo locus est dictæ diuisioni vna vel altera actione, solet Iudex eligere peritos, qui agrimensores appellantur, diuidentibus confidentes, quia ille, qui petit diuisionem, citat cohęredem, vel consocium ad dãdum listã confidentium de agrimensoribus publicis tot numero, vt concurrant cum lista confidentium petentis diuisionem, & fit commissio confidenti partium, aliquando præscripta forma faciendæ diuisionis, vel communionis diuidendæ. Et Aretinus in libello finium regundorum ait quòd iste Agrimensor iurabit de benè, & legaliter mensurando alias non valere sua mensuratio, & quòd dictum iuramentum præstet partibus pręsentibus, vel legitimè citatis, & contumacibus, quòd etiam seruatur in practica vigore statuti cap. 170. vbi disponitur, quòd in ęstimationibus rerum quarumcunque quę de cætero fieri contingent in Ciuitate, vel in Ducatu Mediolani, per quoscunq; Iudices ordinarios, vel delegatos, Arbitros, vel Arbitratores, vel alios

quos-

quoſcunque Iudices, coram quibus agi continget de eſtimatione cuiuslibet rei: teneantur Iudices ipſi, & vt ſupra eligere ad inſtantiam partium, vel alterius earum, æſtimatorem vnum in arte peritum, ſecũdum qualitatem rei, quæ fuerit æſtimanda partium confidentem, vbi in vno partes concordare poſſint, vbi verò in vno partes non concordent, quælibet ipſarum partium eligere teneantur ſuum æſtimatorem peritum vt ſupra, qui ambo electi à partibus facere habeant eſtimationem rei, de qua agitur vt infra, delato prius ipſi æſtimatori ſiue æſtimatoribus iuramento per Iudicem, Arbitrum, vel Arbitratorem, vt ſupra, coram quo agitabitur cauſa de iuſtè, & legaliter faciendo dictam eſtimationem. Et ſi in ipſa eſtimatione fuerint diſcordes, eligatur vnus per Iudices, & vt ſupra, in tertium, ex eſtimatoribus communis Mediolani, partium confidens, vel vnius in contumatiam alterius, qui habeat facere dictam eſtimationem, & ſe cum vno, ex alijs electis à partibus concordare infra terminum ab ipſo Iudice vt ſupra ſtatuendum, & qui eſtimator habeat iurare modo, & forma ſupraſcriptis. Et teneantur dicti eſtimatores electi vt ſupra antequam ſuas eſtimationes faciant in ſcriptis, ſummarias informationes, quas partes facere voluerint vel etiam ex officio (ſi ſibi videbitur) & rem oculis ſubijcere (ſi opus fuerit) aut etiam ſi per partes ipſas, vel per alteram earum requiſitum fuerit, in termino per Iudicem ipſum, vel vtſupra ſtatuendo, ipſas etiam informationes aſſumendo per Notarium partium confidentem, vel vnius in contumaciam alterius de valore, & pretio rerum, quas eſtimari continget, & premiſſa habent locum, niſi aliter per ipſas partes conuentum fuerit, Et facta diuiſione bonorum, ſi partes amicabiliter non conueniant, citatur altera pars ad videndum in actis preſentari diuiſionem eſtimatoris electi, & ſi altera ex partibus ſenſerit ſe leſam, ſolet petere reuiſionem, & de nouo eligitur alius eſtimator, mox acquieſcẽtibus partibus Iudex deuenit ad actum aſſignationis partium factarum per Agrimenſores, & ſuperinde celebratur inſtrumentum cum narratione facti.

De Iudicijs specialibus.

SVpereſt videre de Actionibus, quæ in Iudicio ſpeciali deducuntur; inter quas ſunt rei vendicatio, directa ſiuè vtilis redhibitoria, confeſſoria, negatoria, reciſſoria, ob dolum, vel lęſionem, vel metum, reſtitutio in integrum, querela inofficioſi teſtamenti, & actio de dote. Et Actionem rei vendicationis tentans, debet habere ſequentia requiſita primo; quòd ſit Dominus (vendicat enim rem ratione dominij, non dominium gloſſ. §. namq; Inſtit. de actio. u. vindicet.) de Iure gentium puta per traditionem, vel ciuili. vt præſcriptione, vel aliter Inſt. de ret. diu. §. ſingulorum. Secundo quod precium numeretur, ſeu habeatur fides de pretio. Tertium vt res ſit tradita. Quartum quòd venditor fuerit Dominus rei venditæ, (Hoc intellige ſi agatur contra) quando agitur contra tertium l. cum res C. de probat. vbi gloſſ. non contra venditorem (tertium) item quòd res illa, quæ debet vendicari ſit corporalis, item quòd res illa ſit in Dominio noſtro, item quòd aduerſarius teneat, ſeu poſſideat, vel dolo deſierit poſſidere, & Papienſis ad duo ſubſtantialia extrema reducit ex gloſſa §. namque v. dicit Inſtit. de actio. videlicet Dominium, vel quaſi ex parte agentis, & poſſeſſionem, vel detentionem ex parte rei conuenti, vbi habetur differentia inter tenere, & poſſidere, eo quòd tenere importat poſſeſſionem facti, poſſidere verò ciuilem, & Iuris poſſeſſionem, & ex vocabulario Iuris ſic diffinitur, quòd poſſeſsio eſt corporalis rei detentio corporis, & animi, & Iuris adminiculo concurrente, vel ſic, eſt ius quoddam, quo aliquis rem corporalem verè in poteſtate habet, & quaſi poſſidere refertur ad incorporalia, & ille dicitur detentator, qui naturaliter tenet rem, qui corporaliter ei inſiſtit, item ꝙ poſsidere naturaliter dicitur ille, cum in re, vel eius parte, vel ſaltē cum res eſt in conſpectu eius, vt ipſam videat, vel partē eius; poſsidere verò ciuiliter dicitur quis cum nec eſt in re, nec res in conſpectu eius, ſed poſſeſſionē ſolo animo habet, & rem de iure retinet ſcilicet ꝙ talis ſit perſona, in quam cadere poſsit huiuſmodi poſſeſsio.

Qua-

Qualiter dictus B. (licet indebitè, & iniustè) tenet & possidet talem fundum positum in tali loco, cui cohærēt) ponantur cohærentiæ saltem tres) qui quidem fundus simul cum pertinentijs suis spectauit, & pertinuit, & hodie spectat, & pertineat ad dictum A. iure dominij, vel quasi, ex veris, & legitimis titulis, & causis. Quodcunque dictus B. spatio annorum (dicatur tempus) proximè præteritorum habuit, & recepit, & verisimiliter recipere potuit tot fructus vno anno cum alio computato in summa totius temporis antedicti tot. Quemquidem fundum, & fructus relaxare, & dimittere dare, & soluere recusauit, & recusat indebitè, & iniustè. Quare cum prædicta vera sint, petit, & requirit dictus A. præfato Magnifico Domino Iudice quatenus ex eius officio. Locutus est autor optimè, nam qui rem meam tenet, si nullo iure mihi obligatus est, cum ratione possessionis tantum eum conueniam quomodo tenebitur mihi ad rem ipsam restituendam. non iure actionis, quia nil mecum contraxit, ergo officio Iudicis debet ei imponi necessitas rem ipsam mihi restituendi glos. Instit. de Actio. §. omnium v. nullo iure, & omni, modo, iure, via, & forma, quibus melius de iure, potest per eius diffinitiuam sententiam pronunciari, & declarari suprascriptum fundum spectasse, & pertinuisse, & hodie spectare, pertinere iure Dominij, vel quasi ad dictum A. dictumque B. condemnandum, & condemnatum omnibus iuris remedijs compelli, & cogi ad relaxandum, dimittendum, & restituendum ipsi A. dictum fundum vna cum omnibus fructibus inde perceptis, & qui percipi potuerunt, si erant, secus eorum valorem, & percipiendis vsque ad effectualem relaxationem dictæ domus cum omnibus damnis, expensis, & interesse factis, & passis, & faciendis, & patiendis, & prædicta petit, & requirit fieri debere, & executioni mandari summariè, & de plano sine strepitu, & figura Iudicij, & velo leuato, deducendo, &c. (in præsenti iuditio omne ius suum sibi competens, & competiturum vndecunq; quomodocunque, & qualitercunque) saluo iure, &c. minuendi, addendi, mutandi, & corrigendi, & alterius petitionis quandocunque fiendæ) non se astringens, &c.

Libellus in actione rei venditoria Ex Pap.

(propterea ad probandum, nisi solùm ea omnia, & singula quę sibi sufficiant ad victoriam iuę cauſę) & ad eundem effectum facta est productio iurium in solis parte, & partibus &c. cum oblatione copię, &c.

Qui quidem fundus sic describitur videlicet: vel oculis subijcere eum paratus est.

Et quando non prędmisisses interrogationem an teneret, vel possideret dictum fundum, poteris subnectere in calce prędentis libelli (quia hoc etiam à multis obseruatur, & sustinetur) interrogationem ipsam hoc modo insuper ad instantiam dicti A. petentis, &c. interrogetur, & per prędfatum Dominum Iudicem petitur interrogari debere, & interrogetur dictus B. & quęlibet alia persona pro eo in iuditio legitimè interuenies vtrum ipse B. teneat, & possideat dictum fundum vtsupra terminatum, & cohęrentiatum. Item an insolidum, vel per partes teneat, vel possideat ipsum fundum. Item, & pro qua, & quanta parte illum teneat, & possideat. Item an suo vel alieno nomine. Item quo iure, & titulo. Item an dolo, vel culpa ipsum tun dũ desierit possidere, & tenere, &c. subscribitur à Iudice, & à Notario, & intimatur Reo, cui currit terminus de necessitate vnius diei vtilis ad respondendum.

Nota quòd secundum Papientem, quando agitur iuditio, siue actione singulari, vt ex vendito, locato, vel cõmodato, quòd tunc causa remota, vel proxima debet in libello exprimi puta si agitur actione personali, debeo dicere peto à te decem, ad quę es obligatus ex causa mutui, vel ex causa calculi si rei vendicatione, debeo exprimere causam proximam, quę est Dominium, vtile vt in emph. verum, vt in domino: quasi dominium vt in eo, qui nondum vlucepit, & etiam res quę petitur. debet designari per loca, latera, & confinia, si sit res immobilis, si verò sit res mobilis, debet demonstrari per numerum, & colorem: & probari identitas: si verò agatur actione vniuersali, vt puta vniuersalis hęreditatis petitione, vel actione generali negotiorum gestorum, & tutelę, sufficit causam, & rem, quę petitur generaliter exprimere, verbi gratia peto hęreditatem Titij, vel peto vt reddas rationem administrationis tutelę, absque eo quod exprimatur causa

puta

puta ex testamento, vel ab intestato ad me pertineat, quia sufficit quod hoc liquidetur in causę processu. Et addatur clausula omni meliori modo. Et Rofredus ponit quæstionem quo in loco sit litigandum, scilicet an in loco vbi res mobilis, siue immobilis est, an in loco domicilij Rei, videtur inclinare quòd in loco domicilij; sed Castren. in allegata quęstione numero secundo dicit quòd criminalibus principalis forus est locus delicti, in ciuilibus autem ratione actionum personalium, est locus Domicilij, & in realibus est locus, vbi est res, quę vendicatur, sed locus originis proprię vel paternę est accessorius.

De actione rei vindicationis, in quæ contenditur de proprietate rei, non de possessione iudicio vt dicitur petitorio, siue Publiciana.

Intentans igitur petitorium debet saltem probare.

1 Titulum vt emptionis, legatis testamenti.

2 Traditionem id est missionem in rem vacuam, corporalem.

3 Bo. fidem quã oportet saltem cum iuramento allegare.

4 Possessionem rei conuenti ex. §. namq; Inst. de Actio.

Excipiens.

Reus conuentus aduersus hanc Actionem excipiet se tit. Emptionis. bo. fide
possedisse 30. an.

Itaque sequitur reum acquisiuisse dominium vtile ex diuturni temporis possessione.

Atqui publicana non datur contra tit. possidentem, &c.

Quòd si Actor fortasse tẽtauisset per instrumentũ probare traditionem possessionis ex clausula cõstituti, quę apponi solę post pacta executiua excipiet reus ex cõstituto generali non transferri possessionem, ita enim statuto cauetur, quod si esset constitutum spetiale, & ageretur contra tertium.

Excipiendum esset huiusmodi constitutum, & instrumentum non probare, quia res inter alios acta alijs, non prędiudicat.

Oportebit igitur hoc casu probare venditorẽ, & datorẽ

re vera possediſſe Tiraq. de iu. conſt. p. 1. nam tunc mediante perſona auctorum poterit actor dici possediſſe, ſed postea amiſiſſe ipſam rei possessionem, & formulam quidem libelli ſic concipiendi docet gloſſa. §. namque dicit Inſtit. de Actio. de qua Caballinus mentionem hic non fecit.

Est alia actio qua in Iudicio petitorio vtimur, ideſt cũ de proprietate diſputatur rei, quam actor ſuam esse asſerit, & affirmat, reus autem possessor negat, & hæc actio dicitur, & ipſa vendicationis, in qua probare oportet dominium propter infraſcripta, cuius dominij iure actor dicit rem ad ſe pertinere.

1 Titulum.
2 Traditionem.
3 Tradentem fuiſſe dominum.
4 Pretij ſolutionem.
5 Possessionem rei conuenit N. de qua loquitur autor, & tex. cum gl. Inſt § omnium Inſt. de Actio.

Fuerunt qui dixerunt ad dominij probationem tria tantum neceſſario probanda.

1 Emptionem, ideſt titulum
2 Traditionem
3 Pretij ſolutionem.

Verum quia fieri poteſt, vt qui vendidit non fuerit dominus, ideoq; dominium nullum in ementem fuerit translatum, (quia nemo dat quod non habet) propterea oportet probare.

4 Tradentem fuiſſe dominum.

Hoc vltimum vt probetur oportet capitula concipere, ex quibus colligatur venditorem præſcripſiſſe v.g. vel acquiſiuiſſe ſucceſſione, ad rogatione, talu, iure belli, venatione, piſcatione, adulatione, artificio, & opera, lege, agro, colendo mercatura ve exercenda.

Aliqui voluerunt ſatis eſſe quod probetur venditorem possediſſe dictam rem tempore venditionis, & ante, & allegare dominium præſumptum ex possessione iuxta ſtatutum noſtrum.

Quando agitur contra habentem cauſam à debitore, (vt in hypothecaria) nullus de hoc dubitat Bal. l. cum

res c. si res alie. pig. sed secus quando contra alium.

Practici verò solent cumulare istas actiones, quos secutus autor est, vt infra fol. u. dominij, vel quasi.

Excipientes contra agentem posteriori actione, dicent.

Obstare, quod instrumentum v. g. Emptionis exhibitum ad probandum dominium non probat illud nec verè, nec præsumptiuè, ideſt ex possessione, cum non simus in antiquis, nec constet de aliqua solutione pensionum.

Obstare etiam præscriptionem reorum conuentorum, & possessionem autorum, & datorum, à quibus causam id si rei habent. constat enim ex actis reos possedisse 30. an. & vltra bona fide, quiete, & ita acquisiuisse dominium vtile, quo tutus quis est etiam aduersus dominum directum ex iuris ciuilis dispositione vulgatissima gloss. l. 3. §. ex pluribus. ff. de acq. poss.

De actione Redhibitoria, vel quanto minoris, ideſt æstimatoria l. si tamen ff. eod.

QVotiescunque aliquis ignoranter emerit equum, vel aliud animal, vel librum, vel quid simile, qui sit vitiosus, vel morbosus, aut retrogadus, vel mendosus, & voluerit illum retrodare, & recuperare pretium solutum cum accessionibus (ideſt) quæ datę essent proxonetæ, & pro gabella.

Vide Art. in §. in duplum n. 9. et seq. ĩstit. de iure gẽ. §. prætoriũ & de sup. subscribus § nouissimè nu. 2. & seq. quẽ. ex Ro fr. & Rol.

Non tamen si emptor sua voluntate expendit aliquid præter solitum l. debet. ff. de ædil. ed.

Quarum causa dabitur retentio emptori.

Aget actione redhibitoria. Et hęc necessaria sunt videlicet quòd fiat venditio, vel alius contractus, vti permutatio. secundum quòd in re vendita insit morbus, vel vitiũ. tertium, quòd venditor specialiter de vitio illo, quod aberat, promiserit. De morbo autẽ corporis tenetur venditor siue sciat habere morbum, uel non. Quartum, q emptor igno-

ignoret rem emptam habere morbum, vel vitium. Quintum q̃ morbus sit latens. Sextum q̃ vitium fuerit ante vēditionem, non post, nisi specialiter se omni vitio promisiset venditor. Hinc sciendum erit q̃ nomine morbi, debilitas corporis intelligitur, puta schinella, vel super offum, vel aliquid simile; nomine verò vitij, accipitur debilitas animi, quia retrogradus sit, vel calcitrosus, vel mordens. Rursus ex vitio significatur perpetuum corporis impedimētum, ex morbo verò corporis temporalis imbecillitas, sed non ex omni morbo, vel vitio locus erit redhibitioni rei, quia opus est, vt sit tale vitium, vel morbus, qui ex toto impediat vsum rei vel multùm incommodet, aliàs autē si non multùm incommodat, non redhibetur, sed benè potest agi actione quanti minoris. Et non tantùm fit redhibitio ob vitium, vel morbum rei, sed etiam propter vitium ornamenti, vt puta traditur sella vitiosa & frenum, & similia, quæ apparent bona, & ornata tempore venditionis; & ob id redhibet animal intra tamen quadraginta dies continuos. (Affectio siuè animi, siue corporis si facile discedit, dici potest perturbato vt ira, sin verò difficile, dici potest morbus, idest qualitas, à qua homines, etiam iracundi dicuntur. equi calcitrosi, si difficillime, habitus: de quibus Quintil. lib. 6 cap. 3.) Et demum sciendum erit, quòd venditor debet carere omni dolo, & fraude, quæ fraus non tantùm est in illo venditore, qui obscurè loquitur decipiēdi causa, verbi gratia si equus non ascenderet montes, & venditor dixerit q̃ non ascendebat arbores; sed etiam qñ insidiosè, & obscurè dissimulat, vel tacendo vitium, vel in alijs verbis, & nugis se intromittendo. Neque releuaret venditorem, si venderet animal pro malè sano dicendo, q̃ sit cęcus, claudus, dolens ante, & retro, plenus anhelis, & est totus vitiosus, & tamen equus dolebat tantùm in spatulis, & non alibi, nec aliud vitium habebat, quia venditor non debet inuoluere pluralitatem vitiorum deficientium, tacendo specialitatem morbi, qui adest, nec iuuatur quòd ignorauerit vitium, vel morbum, quia venditor tenebitur siue sciuerit morbum, vel vitium rei, siue ignorauerit, nam non interest, emptor an fallatur ignorantia venditoris, an calliditate. Quando autem emptor, vel accep-

ptor

ptor vitium, vel morbum non ignorauit, vel non debui morbum ignorare, puta de vitio patenti vt quòd equus est cecus vel claudus cessat. Pariter locus erit redhibitoriæ, si equus vel bos statim (idest intra tres dies) mortuus fuerit apud emptorem, cuius pulmo marcidus sit. Ista vero actio durat seu competit intra sex menses vtiles à die venditionis, quando non fuit expressum tempus; quando verò est expressum tempus durat diebus quadraginta. Actio verò quanti minoris datur infra annum vtilem, & ista actio quanti minoris insurgit, quotiescunque tu non vis retrodare animal emptum, sed vis, quòd restituatur illud plus, quod minus dedisses. Ex statuto Mediolani, ca. 487. volumi. 2. sic disponitur quòd redhibitio equi fieri possit, & debeat si equus fuerit orbus, vel disfilatus, vel bulsus, vel morbum commorbij habuerit, & non in alijs casibus, nisi sit pactum & prædicta habeant locum si Acquisitor, vel emptor recursum habuerit ad Iudicem, denũtiauerit venditori, vel alienatori infra quindecim dies, à die talis alienationis Redhibeantur porci gramegnosi, boues morbosi, & oues marcidæ siue morbosæ. Si inter alienantem, & acquisitorem quæstio morbi, vel defectus fuerit, nec testibus, aut alijs legitimis argumentis probetur sacramento alienatoris negantis quòd bestia erat morbosa, vel defectuosa tempore alienationis stetur. Et quæcunque dicta sunt in equis habeant etiam locum in Mulis, & Asinis. Et redhibitoria dicitur quasi restitutoria; quia emptor aliàs debet recuperare pretium cum vsuris, & ℔ causa emptionis erogauit in proxonetis, & gabellis, expensas autem necessarias factas in re ante litem contestatam repetet eodem iudicio, non autem expensas victus, quia cum vsu equi computantur, & repetet etiam damna, quæ sensit propter dictum vitium equi, ita tamen si emptor prius restituat venditori animal, & omne id, quòd ex eo fructus vel compendij causa receperit, vt si commodauit equum ad victuram, & idoneè cautebit quòd non perioraverit, vel deterioraverit, & sic ex Doctrina Angeli, Aretini. numero dec motertio formabitur libellus in redhibitoria hoc modo. Ago contra Titium quòd iam sunt quatuor menses, quibus emi ab eo talem suum equum pro pretio scutorum viginti, quod pretium eidem tunc

solui

solui,& pro proxeneta,& gabella expendi scutum vnum, qui equus tempore venditionis, & ante dolebat in coxa dextra,vitio tamen latenti, quia tunc equus erat calefactus, propter quem morbum vsus, & commoditas dicti equi multùm incommodatur, & deterioratur & quòd dictum equum concessi pluribus ad vecturam, ex quo suscepi scutos duos,& quòd dictus equus non est in statu, quo erat tempore venditionis prædictæ,& quòd mihi non expedit habere dictum equum, & quòd propter hoc vitium ego sum damnificatus in scutis decem, quia non potuit equitare, & bene solicitare facta mea ruralia, vnde coram vobis dictos duos ducatos, & equum prædictum eidem. B. offero, me restituturum, & caueo per Sempronium fideiussorem de his, & alijs, ad quæ de iure teneri possem. Quare peto dictũ Titium condemnari ad dandum, & restituendum mihi dicta scuta viginti auri pro pretio,& vnum alium pro proxoneta, & gabella, & dictos alios decem scutatos pro interesse meo, & plus;& minus,prout probabitur,& per vos D. Iudex taxabitur. In quanto verò minoris libellus sic formãbitur. Dico contra Titium,quòd iam sunt nouem menses,quòd emi ab eo talem suum equam pro viginti ducatis, qui & dictæ venditionis tempore habebat talem schenellam, vitium tamen latens, quod vitium tamen ignoràui, & quòd si sciuissem, non emissem pro decem. Quare peto illos decem ducatos quibus plus emi quàm fuissem empturus, si sciuissem dictum morbum, mihi dari, & restitui per dictũ venditorem.

Mediolani erectum est speciale tribunal quòd Douanæ appellatur, coram quo ventilantur huiusmodi causæ redhibitoriæ equorum, & huiusmodi animalium, & sic coram eis sic solet procedi videlicet ille,qui prætendit esse in casu statuti de redhibitoria, obtinet vnam denunciam venditori, vt statim, vel certo termino debeat retro accepisse animal, & restituisse pretium cum accessionibus,continetque clausulam certam comparendi ad videndum fieri requisitionem, & eligi peritum, qui habeat visitare ipsum animal & proinde eligi personã penes quã possit deponi ipsum animal expensis succumbentis, atque

dari

dari ſummariæ informationes, & quæ denuntia per officium conſueuit ſic frequentius decerni.

De actione redhibitoria, quæ mixta eſt, qua agitur ad diſtrahen.

Actio redhibitoria eſt diſtractoria contractus emptionis, ſicut reſciſſoria, ſicut Actio, quæ oritur ex pacto de nõ petendo, quod ſolet intelligi in remiſſionibus, iniuriæ, ac delictorum in Renunciationibus, & ſicut quando agitur ad Diuortium, & ex Acceptilatione.

Differt autem reſciſſoria ad Redhibitoria tùm cauſa, tũ tempore, quia reſciſſoria datur quando in emptione adeſt læſio vltra dimidiam, vt ſi rem valoris, & pretij aureorum decem, vendidi quatuor aureis, at redhibitoria datur cum venditor ſciens, vel ignorans vendidit rem vitio, vel morbo affectam, & Reſciſſoria durat quatuor annis ſi verò fuerit ſecundum Marantam lis conteſtata datur vſque ad an. 30. Redhibitoria tantum intra dies 15. vt infra fol. a tergo ex ſtatuto Mediolani conueniunt, quia vtraque actio originem ſumit ferè ſemper ex emptione. conueniunt quoque quia iure ciuili habent duplicem condemnationem. Nam qui redhibet poteſt petere, vt venditor cogatur rurſus habere quod vendidit, vel ſoluere duplum pretij: qui verò reſcindi contractum petit, vt venditor cogatur rurſus habere quod vendidit, vel pretio quod deeſt ſupplere. differunt quia reſciſſoria non competit niſi ob læſionem vltra dimidiam, at iſta actio datur modo interſit, vt fol. v. quanti minoris, & hæc actio quanti minoris habet locum in venditionibus, non ſolum animalium, ſed aliarum rerum.

Si quis v.g. vendiderit trabem vitioſum. verum I. C. diſtinguit l. Iulius. ff. de act. empt. quia ſi quis per errorem vendidit animal, aut trabem vitioſum, tenetur quanti minoris, at ſciens tenetur ad omnia damna: vt ad ędium æſtimationem, quæ vitio trabis corruerunt.

Hæc verò vitia, & hi morbi peritorum iudicio æſtimãtur, nec eſt qđ in ijs exactè ꝑcipiendis Cauſidicus laboret: pertinet enim ad medicum diſputatio de morbis humanis, & ad paſtorẽ de morbis apum, pecorũ, & ad magiſtros

ſta-

ſtabulorum de morbis equorum,& ad agricolas,& architectos de vitijs lignorum: de cauſis verò,& origine morborum & vitiorum ad Philoſophorum.

Tempus edax rerum,tuq; inuidiota vetuſtas.
Omnia deſtructis, vitiataque dentibus eui.
Paulatim lenta conſumitis omnia morte.
Hæc quoque non perſtant, quæ nos elementa vocamus.
Quaſq; vices peragant, animos adhibite docebo.

Denuntia in actione redhibitoria.

1580. Indictione,&c. die &c.

Magnificus N. Honorandus Iudex Douanæ Mediolani,ſic inſtante A (ſi erit forenſis, ſeu habitans extra redefoſſa, & qui ſuum eligit habitaculum domi habitationis N. ſit in P N.P.S.&c. vbi &c.)commiſit,& committit N. ſeruitori, &c. quatenus ex eius parte, & præcepto, & inſtantia ſupraſcriptis vadat quolibet die etiam feriato ad omnes partes neceſſarias, ad denuntiandum, prout tenore præſentium præfatus Dominus Iudex denunciando mandat B. perſonaliter vel, &c. quatenus ſtatim debeat retro accepiſſe illum equum pili rubei per eum venditum die, &c. dicto A. pro pretio ſcutorum 30. & eidem reſtituere dictum pretium vna cum acceſsionibus ſuis,attento,quòd equus non eſt ſanus, ſed morboſus, & vitioſus iuxta conuenta, & quod eſt ſtatuto de redhibitoria, nec non dictus ſeruitor vadat ad conſtituendum, & quòd conſtituat dictũ B. in omni mora,&c.& ad citandum B.quatenus compareat coram præfato Domino Iudice ad eius tribunal iuris ſitum &c. die &c. ad allegandum, &c. ad videndum fieri quamlibet requiſitionem, & oblationem, &c. & eligi perſonam penes quam dictus equus deponatur donec, &c. & eligi peritum, &c. & exhiberi ſummarias informationes, eaſque aſſumi,&c.& fieri omnia &c. ſcripſit N ſignatur à Iudice,& ab actuario.

In termino verò clauſulę loco libelli præmiſsi ſolet fieri requiſitio hoc modo.

Comparet A. cum reſeruatione,&c. in termino denuntię

tlę emanatæ ad eius A. inſtantiam B. effectus, vt in ea, & nõ recedendo, &c. exponit qualiter die tali proximè præterita emit à præfato B equam vnam pili bay pretio ſcuto ũ vigintiquinque auri, quæ eidem tunc perſolut & dictus B. in actu dictæ venditionis promiſi dicto comparenti pręſenti, & acceptanti dictam equam ſanam manutenere, & abſque aliquo defectu morbo, & vitio, & quod fuiſſet apta ad trahendum currum, ſeu aurigam, & quòd erat tantum ætatis annorum octo, vel ſeptem, & non vltra, ſed tamen dicta equa reperta eſt morboſa, & vitioſa (hic exprimi debet qualitas morbi, vel vitij) neque apta ad trahendum currum, ei quòd eſt ætatis annorum decem, & vltra, & ſic adeſt quod abeſſe debet, & abeſt quod adeſſe promiſit, ita vt locus fuit, & eſt redhibitorię & licet ipſe A. pluries interpellauerit inherendo etiam dictæ denuntię, vt vellet retro accipere dictam equam, & retrodare dictos aureos 25. nec non aureum medium ſolutum proxenetę, & alium medium pro datio Douanæ, ac omnia damna paſſa ob dictũ impedimẽtum, quę extimat in ſcutis ſex, & plus, & minus prout in proceſſu probabitur. Recuſauit tamen.

Quare petit condemnari dictum B. & condemnatum cogi, & compelli ad retro accipiendum dictam equam, quam ex nunc eidem offert præſentialiter proteſtãdo per ſe non ſtare, &c. & ad retrodandum dictos aureos 25. pro pretio receptos cum prędictis acceſſionibus ac dicta damna, nec non omnes expenſas, &c. & ſuper prędmiſſis aſſumi debere informationes ſummarias iuxta ſtylum officij, nec non etiam eligi debere aliquam perſonam, penes quam deponi poſſit expenſis ſuccumbentis, & eligi peritum, qui eam viſitet, & referat, & ſuper prędicta petitione ſolet ſequi decretum Iudicis hoc modo.

Qui præfatus D. Iudex dictas informationes admiſit, & ſtatuit dicto comparenti terminum dierum.

Proximè futurorum ad probandum, & eligit notarium officij in notarium, &c & fecit prędceptum generale partibus, &c. Vlterius eligit hoſpitem N. penes quem deponatur dicta equa reſigo, & expenſis in cauſa ſuccumbentis nec non elegit N. meneſcalcum, qui viſitare habeat dictam equam, & videre quem defectum patiatur, & cuius

ætatis

ætatis sit, & referat medio eius iuramento signatur à Iudice.

Aliquando emptor restituit equum, vel bouem emptũ venditori ob vitium, vel morbum latentes, & vult repetere pretium solutum cũ accessionibus, & tunc præuia narratiua facti, petit condemnari & condemnatum cogi venditorem ad restituendum dictum pretium cum suis accessionibus, & damnis expensis, & interesse, & apud Rofred. ista petitio dicitur actio in factum ædilitia, quæ est communis tam emptori quàm venditori, illi ad recuperationẽ pretij cum accessionibus, & isti ad recuperationem accessionum animalis, puta vendidi equum morbosum nomine cuius equi, egit Titius redhibitoria contra me, & redhibitio facta est, sed quia mihi nõ restituit quæ sita per equũ, & accessiones (puta capistrum, frenum, lupatum habenam dorsuale, clitellas, cingulum, postilenam, Antilenam, phaleras, epiphphium, stappias, & strigilem) ideo contra ipsũ ago vt prædicta mihi restituat, vbi dicit, quòd ista actio competit etiam quando venditio facta est, vt si res vendita displiceat, reddat, & tunc non est perpetua, sed temporalis vsque ad 40. dies formando sic libellum conqueror de B. qui mihi vendidit equum, vt nisi placeat mihi redhibeatur, vnde quia non placet, peto fieri redhibitionem. Item quòd competit pro ornamentis restituendis ab emptore sequuta redhibitione, de equo redhibendo propter ornamenta tempore venditionis, intra quadraginta dies tantum, & sic formatur libellum Ago contra A. qui mihi vẽdidit equum talem ornatum tempore venditionis cũ sella, & freno deaurato, quæ ornamenta quia mihi non præstat, ideo sibi equum restituere volo, & peto, vt restituat mihi denarios meos pro venditore sic. ago contra B. cui vendidi equum ornatum talibus ornamentis, & facta redhibitione equi, ornamenta mihi reddere, vel restituere recusat, vnde peto ipsa mihi restitui per actionem in factum edilitiam. Militat etiam in alijs casibus de iure, vt latius habes apud Rofredum, sed de redhibitoria satis.

De

De actione confessoria; ad vindicandam seruitutem rusticam siue vrbanam.

ISta Actione agendum erit quotiescunque alicui seruitus debebitur,& impedietur vti illa seruitute, & ista actio competit tam pro seruitutibus personalibus, quàm realibus,& tàm pro rusticis,quàm vrbanis. Et ad hoc vt ista competat,tot sunt necessaria, primo quòd seruitus sit constituta vel inter viuos puta pactionibus, stipulationibus,vel in testamento. Item quòd qui constituit seruitutẽ faciat hoc volens quòd constituatur ab habente prædiũ. tertium quòd insolidum constituatur. Quartum vt prædia sint vicina,ita quòd sint coniuncta. Quintum quòd ille,cui constituitur seruitus(de reali intellecto)vel qui petit illam seruitutem,oportet quòd sit Dominus(qui actor si possideat seruitutem habebit fundatam intentionem, quo ad hoc,ex possessione enim præsumitur dominium ex statuto.) fundi,cui seruitutem deberi dicit, puta vel emptor,vel emphyteuta, vel superficiarius. Sextum, quòd si multi sunt, consortes qui volunt eorum fundo seruitutem imponere,oportet,quòd omnes consentiant,alioquin vno non concedente & si omnes consentiant,non valet constitutio seruitutis,& secundum Aretin. seruitutes personales (vsus habitatio operæ) sunt tantummodo tres videlicet vsus,habitatio,& ministeriũ seruorum,& cęteræ sunt reales,qui etiam addit, quòd ista actio confessoria datur non tantùm aduersus Dominum fundi seruientis, sed ét contra quemlibet possessoré rei, quã dico fundo meo seruitutem debere & ét contra quasi possessoré,vt qui dolo desijt possidere,vel se liti obtulerit, vel contra illum,qui me agentẽ pro seruitute,vel libertate non patitur vti meo iure,contra tertium qui ét dicit,nu.18.quòd illa seruitus, quæ habet causam continuam,vt tigni.hoc est quia ad eius vsum non requiritur factũ hominis, præscribitur 10.annis inter præsentes, & 20. inter absentes vel est seruitus, quę habet causam discontinuam,in quibus non præsumitur seruitus, sed libertas. cuius vsus requirit factum hominis, vt in

Ex Rofre. fo.186.Aret.in §.æque.nu.6. & Iaſ. eodẽ Papien. in for libelli ſeruitut. Et dicitur cõfeſſoria, quia vtimur verbis affirmatiuis.

seruitute itineris,& præscribitur nisi tanto tempore,cuius initij memoria Papiens.forma lib. confessorię. n.post 20. docet quomodo formentur capitula ad hoc probandum. non extat loquendo de seruitute reali,ubi dat cautelam,q̃ tu debeas allegare titulum seruitutis, uel alterius iuris incorporalis, quod pactionibus uel testamento fuerit sibi concessa quamuis uerum non sit; & postea probando præscriptionem 10.uel 20.annorum pręsumitur titulus allegatus. Hinc statutum Mediolani cap. 332. uol. 2. disponit quòd seruitutes tam prædiorum Vrbanorum, quàm rusticorum præscriptione temporis acquirantur, & amittantur eo modo,quo est dispositum de iure communi, itẽ in seruitutibus tam prędiorum urbanorum quam rusticorum allegato titulo, licet non probato per illum,qui bona fide usus fuit seruitute longo tempore, uidelicet spatio annorum decem inter prędentes,& uiginti inter absentes prę sumatur seruitus constituta,nisi in contrarium per illum, contra quem prędumitur, probetur,quòd ui aut clam, uel precario usus fuerit, & secundum Papiens. omne ædificiũ ubique situatum siue in ciuitate,siue ruri appellatur prędiam urbanum,terra autem uinea,prata, & similia ubique situata appellatur prędium rusticum, & quòd seruitutes urbanorum prędiorum dicuntur, ut seruitus luminum,seruitus prospectus: seruitus altius non tollendi,& tigni immittendi, & huiusmodi. seruitus uerò prędiorum rusticorum dicitur,ut aquæ ductus & similia, qui dictum tractatum de seruitutibus longe prosequitur,& qui etiam addit quinque substantialia requiri ad perficiendas præscriptiones seruitutum uidelicet longum, uel longissimum tẽpus secundum qualitatem seruitutis,item continuationẽ possessionis,quæ medio tempore non fuerit interrupta. Item bonam fidẽ prędscribentis. Quartò quòd prędscribens usus fuerit ipsa seruitute iure seruitutis credens sibi competere,& sic fuerit in bona fide. Quintò quòd usus fuerit sciẽte,& patiente aduersario.

Et sic formet libellum tam pro seruitutibus rusticorum prędiorum & urbanorum, ego tantum ponam formam seruitutis prędiorum urbanorum hoc modo. quod A. iam longissimo tempore retroacto habuit, & tenuit, &

hodie

hodie tenet & possidet pro sua & tanquam suam domum unã positam,& iacentem &c. pleno iure spectantẽ, & pertinentem ipsi A. cui quidem domui fuit,& est debita,& hodie pro seruitus tigni immittendi,ac stillicidij à d.B domo (subdatur hic aliquis titulus puta ex testamento,uel ex cõ cessione)sed dictus B. superiori anno ipsum A. impediuit, & turbauit ac impedit, & turbat in utenda hac seruitute indebite & iniuste . Quare cũ prędicta uera sint petit &c. pronuntiari,& declarari seruitutem dicti tigni immittendi,uel stillicidij recipiendi spectasse , pertinuisse, ac spectare, & pertinere, deberi, & debitam dictæ domui, & licuisse, & licere dicto A. ex eius domo in domum dicti B. immittere tignum, & stillicidium quæcunque insuper & condemnari & condemnatum iuris remedijs compelli prędictum B. ut cesset ab impedimento & præstet patientiam de prędenti posterosque suos in futurum nõ impeditu ros, aut turbatores ipsum A. in dicta seruitute cum refectione omnium damnorum expensarum , & interesse tam factarum,& passorum,quàm faciendarum,& patiendorum. super quibus omnibus , ac singulis nobile uestrum officium humiliter implorat, petens sibi ius , & iustitiam administrari.

NOTA.

Actionum quibus experimur in rem,quæ etiam uendicationes dicuntur,aliàs competere nobis.

Ratione dominij directi: alias

Ratione utilis dominij: alias

Ratione quasi dominij; alias

Ratione iuris in re; ut seruitutis, pro qua datur confessoria:alias

Ratione iuris pignoris glossa §. omnium uer. possideat inst. de actio.

De quibus dictum iam est,prędterquam de confessoria: & scias hic agi de actione confessoria ; quæ datur propter ędificia,siue prędia.

Nam confessoria actio habet etiam locum pro.

Vsu:Habitatione:Operis:

De quibus glossa.§. prędiudiciales Inst. de actio.ait fieri

condemnationem hoc pacto. Condemno te ad præstandũ par capponum omni anno, sicut tui anteceſſores fecerũt.

De quo genere confeſſoriæ hic non eſt locus Ægid. Tomaſ. tract. de collect. Salic. & Rat. l. eum de in rem verſo. ff. de vſu. Ripa c. decernimus. n. 75. de Iud. vbi docet quomodo his caſibus ſit capitulandum.

Exceptio aduerſus agentem confeſſoria.

Capitulandum erit, & probandum.

Per vicinos nunquam viſum fuiſſe actorem vti ſeruitute petita, nec potuiſſe vti quin vidiſſent, ſaltem eo modo, quo petitur ſal. &c. obſtare etiam alia &c.

De negotiatoria actione: quæ etiam creditori detinenti rem datur.

Ex Rofredo, & aliis vt ſup. & dicitur negatoria, quia vtimur verbis negatiuis.

ISta actio militat in illis caſibus, in quibus confeſſoria, ſed agens negat competere ius ſeruitutis ſiue vrbani, ſiue ruſtici Prædij, Reo. Et ad hoc vt competat, ſecundum Rofred. hęc ſunt neceſſaria, primo q̃ aduerſarius vtatur iure ſeruitutis, ſecundo q̃ ſit Dominus ſoli, vel ædificij, qui negatiuam intentat, tertio q̃ prædium illud ſit liberum, alioquin ſi ſeruitus eſſet impoſita pactionibus, vel ſtipulationibus, vel debita quia legata in teſtamento vel acquiſita tempore ſicuti eſt illa, quæ habet continuam cauſam vt ſeruitus luminis ſtillicidij, & foraminis, quæ longo tẽpore quæruntur, vel acquiſita tanto tempore, cuius non extat memoria vt in ſeruitutibus, quæ non habent continuam cauſam, vt ſeruitus viæ tunc negatoria locum non haberet, cum effectu, qui etiam dicit iſtam actionem dari etiam creditori cum ad omnem controuerſiam tam facti, quàm iuris poſſideat. Item dari actionem negatoriam vtilem ſuperficiario, emphyteotæ, & vaſſallo, & omnibus habentibus ius in re & illi, qui emit à non domino prædij. Libellus verò ſecundum Papienſ. ſic formatur. Quòd iam longiſſimo tpe ipſe A. tam per ſe, quam per eius anteceſſores tenuit, & poſſedit pro ſua, & tamquam ſuam domum

vnam

vnam positam &c. in quam dictus B. imposuit tignum cõtra voluntatem, scientiam, & patientiam dicti A. & hodie infixum, & impositum habet, & tenet licet indebitè. Quia verò dictus B. sæpius fuit monitus, & requisitus, vt à suo proposito desisteret tamẽ id facere recusauit, ideoq; cum in prędicta domo nullum ius sibi competat ipse A. petit &c. declarari dicto B. nullam facultatem competijsse, nec competere in prædicta domo, dictamque domum fore, & esse liberam à prędicta seruitute vlteriusque condemnari dictum B. ad non vtendum de cætero dicta seruitute mittendi tigni, & in omnibus damnis, & interesse, siue iam factis, siue faciendis sequere clausulas salutares. Fit præceptum mandato D. Iudicis in negatoria aduersario, ne vtatur dicta seruitute, & ne molestet, turbeturve agentem, do nec conueniatur coram ordinario iudice petitorio, siue quasi possessorio plenario, siue quasi l. 1. ff. de itinere, actũque. §. hoc interdicto Bart. Plot. l. si quando. nu. 97. C. Vnde vi. siue agatur de iure pascui, siue vectigalis, siue iurisdictionis, siue seruitutis alicuius, sed si ageretur de vectigalibus & oneribus, vt de habitatione, & hospitatione militũ Mediolani non ad D. Vicarium, sed ad Illust. Magistratũ iurisdictio spectaret, vt infra fol. nu.

De nuntiatione no. op.

Quasi verò alibi, & etiam iure Dig. & Codicis ad tuendas seruitutes non competat Nuntiatio noui operis, propterea auctor ait Mediolani hoc fieri: cum hoc sit remedium vulgatum, de quo post actionem confessoriam Pap. in praxi sua agit: cuius formam ab eo peti iuncto statuto. cap. 340. vol. 2. Nota verò inter alia remedia dari aduersus tentantes aliquid in damnum iurium, rerumque nostrarum.

Nunciationem no. op. quod est remedium extraordinarium.

Interdictum quod vi, aut clam, de quo infra fol. 101. de libello pro turbata possessione.

Negatoriam.

Actionem legis Aquilię: pro damno dato coram Iudi- *Ordinaria*
ce ad signum galli. c. 6. vol. 2. stat. de qua actione inferius *remedia.*

fol. & de ea nunciatione nou. op. agendum erat ante actionem negatoriam. quia nuntiatio no. op. esse videtur præparatoria Negatotiæ : adeò vt facta nuntiatione, & præcepto de demoliendo si pars compareat & petat causam reduci ad viam iuris, libellum dari, & seruari seruanda, audiatur prestita satisdatione de opere demoliendo si apparuerit iniustè ædificasse, vt statuto. c. 340. volu. 2. D. Vicarius Prouisionũ Mediolani remittat causam ad ordinarium Iudicem, coram quo ordinario libellus porrigendus.

Nuntiatio autem fit in ipso opere, idest dum ędificatur ipsis operarijs in ædificio, & non sufficeret illud intimare domino reperto extra opus, vt in cancellis Notariorum. l. de pupillo. §. in re presenti. ff. eod. & proceditur via executiua per viam præcepti, quia periculum est in moræ: & ideò recedi equum est à regulis iuris, regulæ autem iuris precipiunt, ne agatur via executiua, fallunt nisi periculũ sit in mora.

Sed tamen statutum allegatum, fol. non admittit semper fideiussionem, sed vult in præcepto persisti, vbi actor incontinenti paratus est docere de iure suo, idest intra tres dies vtiles, quo casu facta contradictione præceptum non resoluitur in vim simplicis citationis.

At nunc Mediolani, alia via vtimur, qua cum vicinus contra tuam voluntatem vult ædificare, vel nouum opus construere, vel opus altius tollere, recurritur illico ad Magnif. Vicarium Prouisionum communis Mediolani, qui mittit vnum de suis officialibus ad prohibendum ne in opere procedatur, & mox ipse vadit, vel mittit alium in rem præsentem, vel eligit inginierium partibus confidentem vel duos communes, & inspecto opere, determinat quid agendum, licet nihilominus cauillis partium, & procuratorum, negotium protrahatur ad multos menses.

De

De restitutione competenti maioribus, minoribus, villæ, Castro, vniuersitati.

De ordinaria Restitutione in integrum ex capite minoris ætatis, vel ex clausula generali, si qua mihi iusta causa.

Restitutio in integrum.

Mediolani petitur à Senatu, etiam ex nou. const. tit. de Senatoribus.

Rogando dignetur mandare D. Vicario Prętorio Mediolani, vt supplicanti petitam in integrum restitutionẽ concedat, & causa restit. in integr. pend. nil innouari permittat, & innouata reuocet &c. in for.

De restitutione in integrum, & simul reciſoria: ex Papienſi.

SCiendum est, quòd ista actio reciſoria ſecundum Rofr. competit quando res tua est vsu capta ab aliquo possidente, vel quia fuisti absens causa Reipublicę, vel causa probabili, vt causa mercaturæ, vel orationis, vel causa studiorum, vel necessaria captiuitatis, poteris rem tuam recuperare, perinde ac si vsu capta non esset. Quæ actio etiam competit præsenti contra absentem, & hoc siue sit læsus absens, siue etiam pręsens in actionibus ciuilibus, vel etiam. (Ex Bal. l. 1. C. de confessis, ideſt aduersus confessionem maleficii probando per unum testem læsionem.

Pręscriptio tamen dormit in fœmina ad ann. 12. in masculo 14. incipit verò ab his annis: sed lapso 25. an. ætatis eorum habent adhuc annos 4. petendę rest. in integr. glos. l. interdum. ff. mino.) in delictis. Quòdque ista actio aliquando dicitur reciſſoria in rem, quando prima actio est in rem, aliquando in personam, cum actio prima est in personam. Aliquando est mixta, cum actio primitiua est mixta ita quòd ista actio reciſſoria ſequitur naturam principalis actionis; ita vt, si actio prima fuerit perpetua, hæc

actio erit perpetua, vel si temporalis, tpalis. sciendumque erit, & differunt vsucapio, & præscriptio, nam hæc in immobilibus locum habet & prę scribitur decennio inter prę sentes, & viginti annis inter absentes, illa autem habet locum in bonis mobilibus, etiã se mouentibus, & durat triennio. & secundum vocabularium iuris, vsucapio est acquisitio dominij vtilis directa rei alienæ per continuationem possessionis temporis lege diffiniti, quod declarat per exẽplum, emisti rem mobilem à non dominio bona fide putãs rem esse vendentis, & per triennium continuum possides sine interruptione, ipso iure efficeris dominus illius rei. Tunc ad hoc, vt absenti causa rei publicæ competat, necessaria sunt videlicet, quòd fuerit absens, quòd non affectauerit legationem. Item quòd iuerit solùm pro commodo Reipublicæ, & non pro suo commodo. Item quòd non iuerit maturius, & ante tempus quò iniũgitur. Item quòd non fuerit absens propter læsionem alterius. Item quòd non fuerit absens causa euitandæ litis. Insuper dicit istam rescissoriam durare quadriennio, ex gl. C. de vend. rescind. quia, inquit, datur ex officio per rest. in integrum, quæ intra quadriennium competit &c. & non vltra, sed si lis contestetur super rescissoria perpetuari, sicut alias actiones tẽporales, & quòd in hoc differt à restitutione in integrum, quia restitutio debet inchoari intra quadriennium, & finiri. Hinc de restitutione in integrum.

Restituere est in eum casum, & statum petentem constituere in quem fuisset si nihil feciisset eorum, quorum causa restitui postulat. Alc. de verb. sign. totum ius ciuile plenum est exemplis.

Restituit autem Princeps ordini, dignitati, libertati, famæ, restituit etiam Senatus natalibus concedens com. Palatinis, vt id faciant, verum de hac restitutione hic nõ est sermo, sed apud Boss. titu. de remed. ex sola clement. Principis.

Restituit Iudex mandante Senatu minores ex iusta causa, ob quam restitui eos æquum est, & item lęsos, & de hac rest. nunc sermo est, quæ cum petatur officio, & æquitate Senatus, ac religione amplissimi ordinis implorata est

præparatoria re vera litis ipsa per se, verum si cumuletur cum sequenti actione videbitur actio sicut Papiensis proponit, quem autor sequitur, & cumulari posse inuit. gloss. l. 1. ff. de interrog. act. Rolan. inquit restitutionē esse prioris rei reintegrationem, & quòd petitur per læsos, & decessptos, per tutores nomine pupillorum, procuratores nomine adulatorum, & per procuratores habentes speciale mādatum adhoc, & quòd datur de damno quod damnum est triplex minimum, & enorme, modicum, hoc damnum est illud, quod excedit dimidiam iusti pretij. Et hæc restitutio ex capite l. 2. C. de rescind. vend. competit etiam maioribus, data tamen optione emptori, an velit supplere pretium. quam optionem minor fortasse recusabit dare, vt puta emptor emit rem in duplo minus, quā valeret, quia res valebat viginti, & empta decem, & pro isto damno datur restitutio tam minori, quàm maiori; sed si maior agit, hoc casu tenetur alternatiuè concludere videlicet, vel ꝙ restituat rem, vel suppleat precium, aut restituat superfluū precium. Idem de minore secundum Masuer. Modicum aūt damnum est illud, ꝙ modicam in se continet læsionē, sed relinquitur Iudicis arbitrio iudicantis, sed de isto modico damno non datur restitutio, nisi minoribus per priuilegium speciale. minimum damnum est illud, quod in se minimam continet læsionem, & de isto non datur minori, nec maiori, & petitur de his, in quibus contraxit, si fuit deceptus, & non aliter. Item petitur restitutio de lucris l. ait Prætor. §. fin. ff. de minor. omissis, puta si repudiauit hæreditatem locupletem putans eam damnosam. Item petitur restitutio contra sententiam Iudicis, & generaliter competit minori læso.

Aduersus quemcunq; actum, si probat se minorem, & læsum quia tunc præsumitur fouere bo. causam, & fore vt vinceret, si se deffendisset. Bart. l. nam, & postea §. si minor. ff. de iureiur.

Aduersus quemcunq; contractum, vel distractum quocunque nomine censeatur. sunt tamen aliqui casus, quibus non datur restitutio primus si passus est se venundari iusto precio, secundus est casus, si minori rei, vel summæ præiuditium generetur verbi gratia vendidit frumentum,

vinum,

uinum,& oleum,uendidit frumentum, & uinum iusto precio, & in oleo fuit deceptus nam tunc dicit non dari restitutionem. Tertius casus est quando usus est iure communi, quia fecit quòd quilibet sapientissimus fecisset. Dec. l. non decipitur qui ius cõmune sequitur. ff. de reg. iu. Quartus casus est si dolum commisit. Quintus si iurauit corporaliter. Hoc Mediolani non habet locum ex statuto cap. 453. uol. 1. & cuius uirtutis sit iuramẽtum corporale prẽstitum per minorem latè tradit summa Rol. uide etiam Pap. in ista actione multas quæstiones resolutas tractantem. Sextus non dari aduersus contractum necessitatis. Succedit etiam restitutio in integrum cum quis uult annullari facere sententiam latam prætextu falsorum testiũ. Iuxta nor. l. cum putarem ff. fam. hercis. uel Instrumentorum secundum Papiẽsem, forma libelli in actione rescisso ria contractus ob læsionem.

Ex Pap. Quòd cum ipse A. (Nunc anno 29. comm. opin. tit. 5. loc. 11. ca. 1.) esset annorum 18. uel circa, & minor annis 20. inconsultè, & indeliberatè nullius Iudicis, uel Curatoris auctoritate accedente, uendidit, & tradidit pretio florenorum centum dicto B. domum unam positam, &c. cui, &c. quam quidem uenditionem, & traditionem ipsi A. tũc iurauit ratam habere, & tenere, & illam non infringere, nec annullare aliqua ratione uel causa licet rei ueritate inspecta domus ipsa tempore dictæ uenditionis, & ante, & post fuerit, ac hodie sit pretij ualoris ac æstimationis flo. 250. & ultra, propter quod constat manifestè ipsum A. fuisse, & esse enormiter læsum, & damnificatum, & circunuentum ultra dimidiam iusti pretij.

Puto quòd sit prius ob tenenda habilitatio à iuramento antequam agat.

De Rescissoriis.

Rescissoria oritur ex pluribus causis.
Ex capite læsionis.
Ex capite fraudis. ff. qui in fraud. cred.
Ex capite belli, pestis, & iusti impedimenti.
Ex capite absentiæ l. quia C. de procur.
Ex capite inofficiosi testamenti fol. à tergo infra.

Ex

Ex capite nullitatis contractus.
Ex capite falsorum instrumentorum fol. à tergo infra.
Ex capite instrumentorum nupet inuentorum ex l. Impe-ratores.
Ex capite moræ. commissæ ob ignorantiam Afflic. decis. 37.
Ex capite minoris ætatis aduersus lapsum instantiæ, probationis omissæ, vt minor publicatis attestationibus probare possit, & aduersus omissam appellationes, & eius prosecutionem. aduersus contumaciam Pedem. decis. 9.
Ex capite rusticitatis, & sexus.
Huic tractatui potest adaptari statutum de Rescisione, seu reuocatione præcepti, seu interlocutoriæ contratio Imperio.

Quando petitur restitutio ob absentiam, &c. sic quòd post excessum suæ ætatis ann. 20. dum pro commune Mediolani, missus esset Romam in legatione, seu ambasciaria, & in ea moram traxisset longo tempore, ecce quòd C. vendidit, & alienauit dicto B. domum unam ipsius A. positam & iacentem in tali loco, cui, &c. quam dictus B. prętendit durante dicta absentia dicti A. legitimè præscripsisse, quamuis dictus A. tanquam ex ipsis assertis uenditione, & pręscriptione læsus enormiter, & damnificatus dixerit, & potestatus fuerit, & protestatur se enormiter fore læsum, & damnificatum, & ob hoc meritò aduersus ipsam uenditionem, & præscriptionem in quantum sint aliquæ uel alicuius existentię, (quòd tamen negatur) fore, & esse in integrum restituendum, & restitui debere, & reponi in illum statum, & gradũ, in quibus ipse A. fuerat, & erat ante eius absentiam, & tempore eius absentiæ, & dictæ uenditionis, & præscriptionis sequutæ, prout iura disponunt. Quare dictus A. petit, & requirit à uobis prędicto d. Vicario, quatenus ex officio uestro, & omni alio modo iure uia, & forma, quibus melius fieri potest, pronuncietis, & declaretis dictam, & suprascriptam uenditionem, & præscriptionem fuisse, & esse nullam, nulliusque ualoris, & momenti, & in quan- *Ex Pap.*

quantum aliquæ esse reperiantur, pronuncietis, & declaretis per vestram sentẽtiam diffinitiuam prædictum minorẽ fuisse, & esse earũ occasione enormiter læsũ, & ob hoc fuisse, & esse aduersus ipsas, & quãlibet earũ in integrum restituendum, & restituí debere eundemq; A. actualiter, & realiter aduersus ipsam alienatione præscriptionẽ, & quãlibet earũ in integrũ restituatis, & ad statũ pristinũ reducatis, & reponatis cum omnibus suis iuribus, actionibus, & deffensionibus inducendo, & reponẽdo ipsum in corporalem tenutam, & possessionem dictæ domus, & amplius cõdemnetis dictum B. ad dimittendum, & relaxandum liberè & expeditè dicto A. suprascriptam domũ simul cum fructibus per eum ab hodie retro habitis, & præceptis etiam in futurum percipiendis, necnon, & in expensis, &c. si autem sit maior, & agat rescissoria ob læsionem, sic concludet quare volens vti remedio l. 2. C. de rescin. vend. offert separatum restituere dicto emptori dictos florenos centum ab eo receptos cum damnis, &c. petit condemnari dictum emptorem ad redendum, & seu restituendum, & retredandum, domum ipsam cum fructibus, vel ad iustum pretium soluendum, vel supplendum. Vide Rofr. de actio. ciuili quanto minoris.

Bar. in d l. 2. C. de rescin.

Ex Pap. Aliquando etiam petitur restitutio in integrum aduersus sententiam latam falsis probationibus, quæ dicitur rescissoria sententię, & ad hoc vt cõpetere possit, inter cętera hæc sunt necessaria videlicet, ꝙ Iudex iudicauerit vigore ipsarum falsarũ probationũ. Item ꝙ hęc falsitas nõ patuerit ante sentẽtiam latam, sed ex post. Item ꝙ actio ista intentetur (quando principaliter deducitur) tempore debito intra 30. annos, est enim in rem si ciuiliter agatur, & est actio personalis. si verò criminaliter, durat 20 annis. Quando autem per modum excipiendi de falso quæritur tunc tale ius excipiendi de falso durat 30. annis, si ille, qui obtinuit per falsa instrumenta, fuit in dolo scienter eis vtendo, aut non fuit in dolo, & tunc durat tantùm quadriennio, & item requiritur, quòd petatur restitutio rei, de qua quęritur, ita quòd sententia falsa ablatum fuerat, restituatur, & puto, quòd ista actio sit proponenda coram illo Iudice, coram quo falsum Instrumentum pro-

ductum

ductum fuit, si fuerit Iudex ordinarius quando ciuiliter agitur, & libellus sic posset formari.

Qualiter orta quæstione inter ipsas partes nomine, & occasione cuiusdam domus, (seu prout in facto,) corã præfato D. Iudice, & in ea causa dictus B. produxit, & exhibuit Instrumentum vnum venditionis dictorum bonorum in quo descriptum falso apparet, quòd ipse A. vendidisse debuit dictam domum in eo descriptam suprascripto B. anno 1580. die tali talis mensis pretio scutorum centum, quod minimè verum fuit, nec est cum ipse A. tempore, de quo in dicto Instrumento, non esset in loco, in quo asseritur celebratum Instrumentum, sed esset in Ciuitate Nouariæ, & quòd testes in eo Instrumento nominati non fuerunt præsentes ipsi assertæ venditioni, quinimo tempore dicti Instrumenti erant aliqui tunc defuncti. Si verò falsitas orietur prætextu falsorum testium: sic quòd produxit tales, & tales testes qui iurauerunt in manibus Notarij talis, & fuerunt examinati per ipsum talem Notarium ad hoc electum, & qui testes falsum in dicta causa deposuerunt (posset exprimi in quo falsum deposuissent) Deinde sequitur clausula apta Instrumento falso adeò quòd ex prædictis, quàm ex alijs multis clarè detegitur dictum Instrumentum fuisse, & esse in omnibus suis partibus, & capitulis falsum, & falso, & contra omnem veritatem compositum rogatum, & scriptum contra voluntatem, & præter scientiam, & præsentiam ipsius A. & testium in eo descriptorum. Quòdque dictus D. dicto Instrumento falso, seu dictis testibus falsis scienter, & dolosè vsus fuit in dicta causa perseuerando in huiusmodi vsu ita, & in tantùm, quòd ipsius Instrumenti, seu ipsorum testium prætextu vigore, & occasione ipse B. eius dolo, & fraude prædictis reportauit, & obtinuit diffinitiuè à præfato Iudice, qui secutus est falsum Instrumentum, seu dictos falsos testes, & eorum attestationes contra dictum A. & in eius maximum damnum, & præiudicium tenoris infrascripti videlicet, ponendus est tenor sententiæ prout in ea continetur, de qua dicitur rogatum Instrumentum per N. Notarium anno, indictione, & die talibus,

Ex Pap.

&

& cuius assertæ sententię vigore dictus A. licet indebitè, & iniustè priuatus fuit, & est prædicta sua proprietate, & possessione dictæ domus plusquam iniustissimè. Quare cum fructum ex falsitate nemo debeat obtinere, iuraque disponant sententiam ex falsis instrumentis, & testibus prolatam fore retractandam, præsertim beneficio restitutionis in integrum. Idcircò dictus A. omni modo, iure, via & forma quibus melius potest, petit, & requirit quatenus prout melius de iure potestis pronũtietis, & declaratis per vestram sententiam prędictam assertum instrumentum dictæ venditionis fuisse, & esse falsum, & contra veritatem traditum, scriptum, & rogatum, ipsamque sententiam ipsius instrumenti prætextu latam, & executionem dictæ sententiæ inde factam, & sequutam fuisse, & esse nullam, & omnino nullius valoris, & momenti, & aduersus ea omnia & singula ipsum A. fore, & debere in integrum restitui in quantum mero iure appareant esse aliqua, quod negatur dictamque domum pleno iure, spectare, & pertinere, & spectasse, & pertinuisse dicto A. ac sibi fore, & esse restituendã & relaxandam dictumque B. condemnandum, & condemnatum omnibus iuris remedijs cogi, & compelli ad dictã restitutionem, & relaxationem simul cum fructibus per eã perceptis, nec non in cęteris damnis, & expensis passis, & factis per dictum A. & in futurum fiendis, & patiendis, de quibus protestatur saluo iure addendi, &c. non tamen se astringens, &c.

Si autem contractus non esset falsus, sed nullus de iure, tunc nõ debet peti restitutiò in integrum, neque agi rescissoria, sed debet peti, quòd declarari Iudex talem contractum nullum, nam restitutio procedit quando contractus de iure est aliquis.

Nota etiã quòd minor melius sibi consulit petendo restitui aduersus rem iudicatam, quam appellando; nam appellatio suspendit tantum pronuntiatum, restitutio in integrum concessa in totum permit sententiam latam, & est ac si non esset lata sententia. hinc etiam aduertendum erit, quòd si lata sit sententia, & declaratum minorem non debere restitui in integrum, non poterit iteratò eam petere, nisi appellauerit, nisi nouas defensiones pretendere velit,

lit, quo casu restituetur. Poterit etiam petere restitui, vt possit appellare; & beneficium restitutionis in integrum concessæ minori prodest etiam parti, seu correis, quod etiam procedit in præscriptione, quæ non currit durante minori ætate.

De Dote.

In iudicijs etiam specialibus venit actio dote. Sciẽdum est igitur dotem esse duplicem nempè profecticam, & aduentitiam, illam cum à patre prouenit: hanc verò quando ab extraneo, ideſt quocunque non habente mulierem in sua potestate confertur. Dotemque dici quicquid dari solet à muliere, eius parte, aut extraneo ipsi marito ad sustinenda onera matrimonialia; & licet matrimonium nullum declaretur. Dos tamen in repetitione gaudet suo priuilegio, & subdiuidi in dotem cautam, & numeratam, idq; quando maritus post realem numerationem, aut restitutionem dotis sibi factam confitetur in Instrumento se accepisse dotem constitutam, & confessatam, & tunc dicitur dos confessata cum Instrumentum dotalium facit mẽtionem confessionis tantùm de recepta dote per ma itum nõ numerationis subsecutæ. Competitq; aliquando marito. Quo casu filiusfamilias potest esse in iudicio sine consensu alicuius, sed solius Iudicis ex statuto in fi. tit. de solennitatibus, &c. mulier, &c. aliquando vxori, aliquando patri, & hæredibus defunctæ mulieris, quarto non extantibus filijs. extraneo, vt matri, fratri, aut alijs, qui dotem dãt mulieri sed expresse tamen cauere debent de restituenda sibi dote, si dissoluatur matrimonium. Aliquando contra (Adde aliquando contra eum qui debebat dotem soluere marito, cui licet maritus concesserit inducias ad soluendũ, pactum tamen non valet per quod Dos mulieris efficitur deterioris conditionis l. Attilicinus. ff. de pact. do. Quod si negligentia mariti non fuit exacta Dos agat mulier cõtra hæredes mariti, sin minus inopia debitoris nõ fuit exacta, mulieris esset periculum. l. si mora. ff. sol. matrim. Mulierem promittentem marito suo dotem, aliquando contra socerum, aliquando contra illius hæredes, aliquando

contra


image
not
available

Agit A. contra B. ſocerum ſuum, & dicit quòd contraxit legitimè matrimonium cum C. eius B. filia anno 1580. menſe Aprili. Atque dictus B. loco filiæ ſuæ promiſit mihi dotem N. ſed eam vltra annum diſtulit ſoluere, & adhuc indebitè recuſat. cum igitur tali tempore ſuſtinuerint onera matrimonij dote non ſolita petit prędictum B. condemnari, &c. ad dandum, & realiter ſoluendum quòd ratione dotis promiſit cum intereſſe. Intereſſe Dotis mulier intra annum petere non poteſt: ſed alimenta, cap. 312. vol. 1. ſtat. quando reſtitutio Dotis fieri debet in pecunia numerata: poſt annum vero debetur pro tempore decurſo à die moræ ad rationem ſtatutorum Mediolani videtur librarum ſex, ſol. tredecim, & den. ſex imper. omni anno pro ſingulo centenario ita liquidata ex ſacramento præſtito per actorem cap. vero 43. vol. 1. cauetur ne mulier iuret pro tempore quo fuerit alimentata, & iſta facultas iurandi conceſſa à noſtro ſtatuto trāſit ad hæredes. Plotus de in lit. pag. 195. initio. quod pro quinquaginta aureis reputari debet. ſi pro vxore ſic.

Agit C contra D. tamquam hæredem inſolidum Q. E. olim eius mariti, exponens ſicuti de tali tempore cōtraxit matrimoniū legitimè cum dicto E. & ei præſentialiter tradidit in dotē, & nomine dotis libras mille, ſi verò nō numerauit, ſed fuit confeſſus tantum, debet ad omittere ne ſi lis ſit cū eo qui verè, realiter numerauit causā amittat. Didac. var. reſolut. lib. 1. c. 7. n. 4. quos confeſſus fuit recepiſſe, & promiſit reſtituere eueniente caſu dotis reſtituendę, vel repetendę ſub obligatione eius perſonę, & bonorum ſuorum ac hæredum. vna cum omnibus expenſis ipſi C. vt ſerioſus conſtat Inſtrumento dotali rogato per talem Notarium, &c. quodq; dictus E. deceſſit de menſe

an. relicto D. eius hęrede vniuerſali ex teſtamento qui ipſam hęreditatem adiuit hic inſeriatur cauſa alia, ob quam repetatur dos puta, quòd incipiat vergere ad inopiam, adeò quòd ob mortem ipſius D. eius mariti, dos venit reſtituenda ipſi C. vna cum omnibus eius cauſa paratis, ſed tamen dictus D. recuſauit, & indebitè recuſat iniuſte. Quare petit, &c. condemnari, & condemnatum iuris omnibus remedijs cogi, &

compelli dictum D. tamquam hæredem vniuersalem ex testamento dicti Q. E. ad dandum, soluendum, & restituendum ipsi C. dictam dotis quantitatem, & omnia eius. vide stat. cap. 291. qualiter mortuo marito dos reddatur vxori, & quid lucretur vxor. causa parata ad formam dictæ promissionis, & obligationis dicti Q. eius mariti, & iuris municipalis superinde disponẽtis vna cum omnibus damnis expensis, & interesse factis, & passis ac faciendis, & patiendis de quibus, &c. & non tantummodo quo supra sed aliàs, &c. pones reliquas clausulas salutares, cum productione iurium vt in alijs.

Hic debuissent describi statuta cap. 268. vol. 1. 294. vol. 1. 501. vol. 2. loquentia de dote, tamen ob eorum prolixitatem omittere duxi, quia potest haberi recursus ad rectum: In iure verò recurrat ad Dominum Papiensem, qui multa quotidiana in practica disputat, qui inter alia dicit quòd aduertendum erit, an si res immobilis fuerit in dotem tradita sub certa quantitate æstimata, vel inæstimata, quia quando tradita fuit inæstimata, tunc ea sola petitur: quando autem æstimata, tunc si ea intentione, vt tempore soluti matrimonij cognosci posset quantum res ipsa effecta fuerit deterior mulier petet rem: si verò fuit inæstimata, vt esset qua si emptio contracta, hoc casu subdistinguendum erit, an sit pactum interpositum, cuius sit electio, & tunc erit seruandum quod conuentum fuerit, vbi autem pactum non interceßisset, tunc erit electio eius mariti, & eius hæredis de restituenda re, vel soluendo æstimationẽ: sed quòd quando res est data inæstimata: periculum tam peremptionis, quàm deteriorationis spectat ad vxorẽ quando verò est data æstimata illa æstimatione, quæ facit emptionem: tunc periculum erit viri. si aũt esset æstimata alio respectu, tũc periculum esset vxoris, benè verum est q̃ siue res fuerit æstimata, siue inæstimata, dominiũ eius rei, interim est mariti, & pro ea sibi soli competit ius agendi, & excipiendi.

Nota, ex Vinc. Anna Neap. alleg. lib. 2. alleg. 147. q̃ mulier poterit vigore pactorum executiuorũ apprænendere possessionẽ bonorũ mariti pro dotibus suis ante aditã hæreditatem, ẽt aliquo hęrede non citato, & poterit etiã inhi-

beri

beri facere creditoribus ne poſſeſſionem dictorum bonorum mariti apprehendant, & quotidie id euenit in facto, quòd quando maritus eſt condemnatus verſus aliquem actione reali, mulieres ſolent tranſmitti facere inhibitoriũ creditori ne fieri faciat executionem in bonis mobilibus mariti, vel etiam bonis immobilibus, nã mulier poteſt ratione hypothecę ſuarum dotiũ impedire executionẽ intentatam à creditoribus ſuper bonis viri conſtante matrimonio, quod Pecchius tit. de iure inſiſtendi latius proſequitur cuius volumen imprimitur inter volumina diuerſorum, & petere vt ſibi liceat retinere dicta bona loco pignoris abſque eo, quod prius contra meritum egerit, & eo in caſu ſecundum aliquos Doctores debet mulier dicere ſe poſſidere vigore conſtituti, & petere ſe manuteneri in poſſeſſione, & in formulario poſui Inſtrumentum introitus.

Formula citationis quando venditor eſt in mora, quæ per ſtudioſos debet ſuperius ſuo loco poni fol. huc autem neſcio quomodo librariorum irrepſit culpa.

Mandato dd. conſul Iuſti Mediolani ſic inſtan. Iulio Cæſ. Gluſiano ſemper ſal. citentur per N. ſeruit. Ceres & Bacchus, & vterque eorum tam ſimul quam diuiſim comparituri die N. proximè futura in veſperis, quæ erit dies N. præſentis, & infraſcripti menſis coram præfatis dd. conſulibus ad eorum trib. iur. ſet. &c. vbi, &c. ad videndum per dictum inſtan. fieri quamlibet requiſitionem, & requiri vt dicti citandi condemnentur ad tradendum præfato inſtanti modia centum frumenti, & metretas totidem vini nigri, & iam deguſtati ſiue eorum intereſſe cum augmento, de quibus ſunt debitores inſtantis ex cauſa contractus emptionis, & moræ ſecutæ in non tradendo, & alterius requiri vt concedatur dicta de cauſa omnis opportuna executio, &c. & ad videndum fieri iurium productionem, & alia opportuna, &c. aliter &c. Datum, &c. hæc rectè dici colligere poſſumus ex l. 1. ff. de Actio. emp. um ibi no. & l. ſi ſterilis. §. tum per venditorem. Hic locus eſſet agendi de

priuilegijs Dotis, quæ autor omisit, prosequitur verò Baldus Nouel. tract. de dote & Pap. for lib eod. Monticula in §. Seruiana, vbi quoq; ait vxori præferri creditorem funeris, Notarium conficientem instrumentum vti creditorem expensæ necessario factæ hæreditatis causa.

De querela inofficiosi testamenti.

Querela inofficiosi cum sit præparatoria petitionis hereditatis, potest cum pet. hær. eodem lib. intentari gloss. l. 1. C. de inoff. testam. & possum dicere peto testamentum declarari nullum, etsi quod est peto legitimam: & vt intelligatur quando locum habeat, notanda sunt verba Ang. Inst. de exhær. lib. suus, inquit, præteritus potest dicere testamentum ipso iure nullum: emancipatus præteritus habet tantum contra tabulas, itaque quoad eum testamentum valet. sin vero non rectè exhæredentur habent querelam inofficiosi tam emancipatus, quam præteritus: sin rectè, nempe ex causis expressis in iure, neuter habet querelam. gloss. inst. de inoff. testam. §. 1. v. omittunt. cum autem filius proponit querelam, & possidens hæreditatem negat filiationem, non datur filius Carbo. bonorum possessio: nisi forte satisdederit de restituendis rebus vbi apparuerit non esse filium gl. l. qui de inoff. v. non patiatur ff. de inoff.

Ex Rof. in 6. & Are. §. nõ tamẽ sit. de exhæred filio nunc. 6.

Ista querela insurgit quotiescunque exhæredatus si aliquis descendens siue masculus, siue fœmina, vel ascédentes, &c. non expressa causa, nec ea probata per hæredem, & hinc tot sunt necessaria inter alia ad hoc vt querela inoffitiosi testamenti competat secundum Rofredum. nempe quòd aliquis sit de linea descendenti, vel ascendẽti, vel sit frater consanguineus. secundum quòd ille, qui decessit, non sit emancipatus, tertium, quòd ille, qui decessit, fecerit testamentum, & alium sibi hæredem instituerit, & istum exhęredauerit, vel præterierit gl. Inst. de inoff. §. prętéritos quando est mater, vel frater, quantum, & descẽdẽs, vel ascendens, vel frater non commiserit causas ingratitudinis, nam iustè exhæredati non habent querelam inoffi-

cioſi

cioſi S. q pater dicat eos ingratos in teſtamento, quos exhæredauit. ſexto quòd hæreditas adita ſit. ſeptimo, q non præterierit quinquennium ab adita hæreditate ab inſtituto. octauo quòd non fuerit ſibi relictum legatũ, & ſi fuerit legatum, quòd illud non agnouerit. nono, q non præſtiterit patrocinium alicui petenti legatum in teſtamento patris relictũ illi clientulo. decimo, q non ſit ſibi relicta legitima nec in totum, nec pars aliqua, ſecus oporterit agere ad ſupplementũ. Angel. §. 1. v. ſoror. Inſt. de inoff. teſtam. de legitimæ verò computatione hic locus monet vt dicamus: de qua Deciſ. Auen. 147. ergo illinc deſumatur vndecimo, q aliud auxilium non habebat locum, vide Roſr. ad multa alia circa hanc materiam.

Si autem ageretur de filio emancipato præterito, qui peteret poſſeſſionem bonorum. Iſte non proponet querelam inofficioſi teſtamenti, ſed actionem poſſeſſionis bonorum contra tabulas, & ad hoc, vt competat, iſta ſunt neceſſaria. primo, quòd ille ſit filius legitime, & naturalis. ſecundo, quòd ille, qui fecit teſtamentum ſic pater, vel auus paternus. tertiò, q iſte filius, vel nepos ſit emancipatus ſecundum aliquos. quartò, quòd filius ſit præteritus. i. quòd de eo inſtituendo, vel exhæredando nulla mentio facta ſit. quintò, vt tempore mortis tabulæ extent, & tales, ex quibus poſſit adiri hæreditas. ſextò, quòd filius præteritus, ſi legatũ relictum fuerit ei, quòd illud non agnoſcat. Idem etiã ſi filio, ſiue ſeruo ipſius, ſeptimò, quòd filij tales ſint, qui poſſint hæredes inſtitui, alioqui ſi ſunt tales, qui non poſſint inſtitui, non datur contra tabulas, quod totum conſideratur tempore mortis teſtatoris. octauò quod tempora non ſint tranſacta anni vtilis ad petẽdum bonorum poſſeſſionem contra tabulas. *Vide Roſr.*

E contra patri, vel matri præteritis à filio emancipato datur poſſeſſio bonorum contra tabulas, & ad hoc vt competat tot ſunt neceſſaria videlicet, quòd hic ſit pater, vel mater, & ille filius. Item quòd ſit legitimus, & naturalis. Item, q ſit emancipatus. Item quòd fecerit teſtamentum. Itẽ quòd parentes præterierit. Itẽ quòd pater emancipauerit filium ſuum gratis ſponte, honeſtè. Item quòd tempora non præterierint anni vtilis ad petendum, ſiue *Ex Roſr.*

ad agendum. Item quòd ille filius fuerit miles verus, neque aduocatus. Item quòd parentes non agnouerint legatum à filio factum, si quod factum fuerit, & nota quòd exhæredatio præsupponit querelam inofficiosi testam. præterito verò actionẽ possessionis bonorũ cõtra tabulas.

Hinc etiam Papiensis in forma lib. quo potitur hęreditas ex testamento, n. 19. dicit quòd quęrela inofficiosi testamenti competit illi soli, qui obtinet primum successionis gradum nisi turpi persona instituta, vt bastardo, quia etiam sororibus competit, & quòd testamentũ potest quatuor modis impugnari videlicet dicẽdo ipsum nullum ex defectu solennitatis, & nullum ex defectu præteritionis, & nullum ex defectu pietatis, & falsum ex defectu veritatis, & Rofredus in priori querela inofficiosi testamenti sic formatlibellum.

Conqueror ego A. de B. patre meo, qui in testamento suo Gaium hæredem instituit, & me filium suum immerẽtem sine causa exhęredauit. vnde cum ab ipso Gaio hærede sit hæreditas adita, peto ipsum testamentum rescindi per querelam inofficiosi testamenti. Sententia verò lata statim poterit executioni mitti, nec necesse erit instituere aliud iudicium pet. hęr. maximè si fuerit cumulatum, sed fit sicut in actione in factum, quę oritur ex re iudicata, gl. l. qui de inoff. ff. eod.

In actione verò possessionis bonorum, contra tabulas pro filio, emancipato sic. Quòd cum pater meus titius cõdiderit testamentum, in quo sibi sempronium hæredem instituit, & me præterierit, quia nec instituit, nec exhęredauit. Ideò à vobis peto mihi concedi bonorum possessionẽ contra tabulas, per quam testamẽto patris mei reciso, possim postea bona mihi vendicare, & ad hoc propono officium vestrum, vel peto ab officio vestro illud mihi debere concedi.

In alio vero pro parte sic. peto concedi mihi bonorum possessionem contra tabulas, & contra testamentum filij mei, qui seium instituit, & me præteriuit, ad hoc propono offitium vestrum: possent isti libelli longiori narratione formari secundum facti contingentiam, sed hæc ad informandum sufficiunt.

Ex

Ex statutis Mediolani, c. 105. vers. 1. cautum est, quòd ascendentes non possint deteriorare conditionem descendentium per viam alicuius dispositionis siue inter viuos siue in vltima voluntate directè, nec per indirectum quia stirpes æquales sint, siue in potestate constituti sint, siue non, &c. & hoc casu fratres cogentur familiæ herciscundæ actione diuidere diuidenda.

§. 6. *De remedijs statutarijs, & primo de re paterna luendæ, ac de re à confine redhibenda siue retrahenda actione ex statuto.*

ISTud remedium statutarium est, & habet locum concurrentibus istis requisitijs videlicet. Imprimis, quòd bona vendita sint paterna idest, quòd prius essent in bonis, & hæreditate patris communis, vel aui, aliàs si essent empta, post mortem communis patris, vel aui non haberet locũ. secundò, quòd qui vendidit sit, de agnatis. tertiò, quòd ille qui, vult redimere sit pariter agnatus proximior illi, qui vendidit. quartò, quòd non sit lapsum debitum tempus ad redimendum concessum, videlicet vnius anni, & vnius diei, & triginta dierum, si denuntia intimata fuerit. Itẽ & talis alienatio sit facta in extraneũ nã si facta fuisset alij agnato, alius agnatus etiã proximior non haberet, iusrem ipsam luendi. sextò, quòd ille, qui habuerit ius luendi, offerat, seu soluat integrè pretium, cum accessionibus idest & totum illud, quod datum est pro benedictione, & marosso, & illud, quod datum esset pro Instrumento contractus; & etiam soluere illud, quod esset expeditum in re, & occasione rei ipsius vtiliter, & necessario, quæ expensæ arbitrio boni viri soluentur, & si ille, qui vendere tenetur, erit negligens, vel recusauerit vendere vtsupra, quòd facit depositum effectuale de pretio, & expensis vtsupra intra annum, & diem an verò annus iste currat absenti? an à die scientiæ? an scientia probetur ex eo quia erat publica vox & forma alienationem factam, Borgn. decis. 12. p. 1. & seu triginta dies, si emanata fuerit denuntia. septimò, quòd alienatio sit facta libera, nam si cum pacto

vide sup. c. 417. & seq. in iure verò vide Tiraqu. de vtroq; retract.

liberandi facta esset, non esset in casu nil lapso termino liberandi, neque si in emphiteusim concessa esset, saluo si emphiteuta directum dominium, & ciuilem possessionem emisset. octauò denique quòd sit translatum dominium in emptorem, ita quòd venditio, & alia alienatio, quòd ad casum luendi vtsupra facta intelligatur cum venditor vel aliter alienans emptori, vel alio modo acquirenti possessionem corporalem, seu quasi rei venditæ, vel aliter alienatæ tradiderit, vel quasi tradiderit, ex statuto ipso.

Nota ius luendi rem paternam dici ius sanguinis siue consanguinitatis, & agnatorum: talia iura sunt tutelarum, quæ deferuntur proximioribus, & hoc ius est quod Tiraquellus tractat sub tit. retractus, & videtur esse actio ista similis rescissoriæ, siue redhibitoria quædam retrahens rem actione rei vendicationis. quanquam in verè redhibitoria retractus, (vt radica) habet causam ab eo cui reddit: vt notat gloss. l. Pomponius. §. præterea. ff. de acq. poss.

Quæ dicta sunt de re immobili paterna luenda, procedunt etiam in directo dominio paterno, vel re paterna.

Idem per omnia habet locum in venditione, & alienatione vtilis dominij, quod fuerit paternum, & vtsupra, cum sua tamen moderatione videlicet, saluo tamen iure dominio directi, qui præferendus est in emptione si voluerit, &c.

Prędicta etiam procedunt quotiescunque res aliqua licet non paterna, venderetur, sed esset contigua rei immobili agnati eius, qui vẽdiderit, etiam communi cum alio, quia agnatus masculus dicti alienantis habens rem contiguã pleno iure, vel ratione vtilis dominij tantùm, poterit eam rem venditam luere, ac si paterna fuisset.

Et prędicta habent etiam locum, si insolutum creditori data sit de volũtate debitoris, vel per iusdicentem, vel per delegatum, seu subdelegatum, & arbitrum, vel per arbitratorem.

Statutum loquens de venditione non habet locum in Datione insolutum: nisi statutum expresse hoc dicit. ex separatis enim non fit illatio. at venditio differt à Datione insolutum. Signum est quod in venditione requiritur

pre-

pretium: at in Datione insolutum non interuenit pretium, propriè loquendo de pretio in pecunia numerata: itaque statutum de iuris cessionibus titulo venditionis, non habet locum in cessionibus tit. dat insolutum, & si orietur dubium an solennitates requisitæ in cessionibus seruandæ sint in Datione insolutum, ratione dubij quod esset apud Notarios, & peritos teneret contractus, argumento l. 1. C qui dare tuto. vel curat. & qui dari possi. vel non. ita iuris esse arbitror ego Iulius Cæsar Giulianus, qui glossando Caballinum cogor reddere Caballum.

Si autem plures essent volentes luere, & posentes, vti quòd forent omnes descendentes, præferendus est ille, qui fuerit proximior agnatus venditori, & si ex agnatis gradu paribus, vel rem contiguam habentibus fuerint plures luere volentes, & offentes. prę ferendus est, primò offerens, & deponens singula, singulis referendo; & si de ordine offerentium non appareret, essent tamen omnes in pari gradu agnat. præfertur ille, quem sors prętulerit, & libellus sic formari poterit Quod B. frater ipsius A. vendidit, & alienauit dicto C. domum vnam (describenda erunt bona cum suis cohærentijs) quę fuit, & erat in bonis paternis ipsius A. & B. pretio scutorum ducentum auri apparente Instrumento ipsius venditionis rogato per N. Notarium Mediolani sub die mensis an. ad quod, &c. & cuius quidem domus dictus D. tradidit dicto C. corporalem, & effectualé possess.

Quòdque dictus C. dictam domum paternam emit nulla denuntia intimata ante, nec post dicto A. Agnato dicti B an vellet ipse emere, vel deberet luere ad formã statutorum, vti habenti ius, & facultatem luere possendi dictum sedimen virtute statutorum de re paterna luẽda disponentium. Quòdque dictus A. amicabiliter interpellauit dictum B. vt vellet sine litigio retrouenditionem facere, & vellet accipere pretium, & expensas ad formam statutorum prædictorum superinde disponentium, nihilominus recusauit facere dictam retrouenditionem, & dictus A. ob id volens, & intendens vti, & gaudere beneficio dicti statuti.

An in casu istius statuit competat reiuendicatio, vel actio personalis ex statuto, ideſt ex venditione statutaria, dubitari poteſt: nam non vẽdicatio, quia re vera proprietas rei alienatæ, agnati retrahentis nunquam fuit, non actio ex vendito, quia contractus non interceſſit, ſed dicitur vtrunque competere. ſtatutum enim fingit venditionem intercedere facto depoſito pretij fingit etiam, quod res ſit inempta, & proprietas acquiſita proximiori: Itaque rei vendicatio dari poteſt quaſi ex pacto rei commiſſoriæ inducto a ſtatuto in omnibus ſimilibus emptionibus, & reuertatur ad venditorem (ideſt agnatum proximiorem hoc caſu vices venditoris ex ſtatuto ſubeuntem) reſtituto ei emptori pretio. l. qui ea lege. C. de pactis inter empt. & vend. multum verò vtile eſt ſcire an pro re aliqua competat actio realis, vel perſonalis. l. 1. §. ſi hæres. Ripa, num. 11. 19. ff. ad Trebell. & vendicare dictum ſedimen intra debitum tempus à ſtatuto præfixum videlicet anni, & diei acceſſit domum habitationis præfacti C. & ei obtulit dictos ducẽtum aureos integrè ſoluere, & totum illud, quod datum eſt pro benedictione & mareſſo, nec nõ illud, quod datum eſſet, & eſt pro inſtrumento contractus, & etiã ſoluere illud, quòd eſſet, ſeu eſt expenditum in re, & occaſione rei ipſius vtiliter, vel neceſſario arbitrio boni viri ipſo C. faciente venditionem præfato A. ad formam dicti ſtatuti, & attenta renitentia ipſius C. in accipiendo dictas pecunias, & faciendo dictam venditionem ad formam dicti ſtatuti ipſe A. ibidem tunc præſentialiter realiter, & verè depoſuit dicta ſcuta ducentum auri in vna parte, & in alia parte, ſcutum vnum auri pro benedictione, & maroſſo, & ſcuta duo pro eo, quod datum eſt pro inſtrumento contractus, & etiam expenditum in re, & occaſione rei ipſius vtiliter, vel neceſſario penes N. ad finem, & effectum eas pecunias in totum conſtituentes ſummam ſcutorum ducentum trium auri dandi dicto C. ipſo faciente dictam venditionem præfato A. ad formam dicti ſtatuti, & prout latius patet inſtrumento ſuperinde confecto rogato per N. Notarium ſub tali die, &c.

Quare cum prædicta vera ſint petit., & requirit à vobis Magnifico D. Iudice, quatenus per veſtram ſententiam

diffi-

diffinitiuam pronuncietis, & declaretis dictum fedimen fuisse paternum ipsumque A. agnatum dicti B. eumq; A. esse in casu dicti statuti de re paterna luenda, & attento effectuali depósito ac oblatione intra tempus limitatum factis de pretio, & expensis vtsupra, ob renitentiam, seu negligentiam præfati C. in faciendo dictam venditionem ipsam, ipso iure, & facto intelligi esse factam, & sit facta dicto A. cum debitis suis clausulis, & promissione præfati C. pro dato, & facto suo tantùm, & proinde ipsi A. concedendum esse præceptum aslociandi, apprehendendi, & intrandi corporalem possessionem dicti fediminis, & expelllendi præfatum C. ab eius possessione, & tenuta, deducens, &c. non se astringens, &c. saluo iure, &c. & in, & super præmissis omnibus, & singulis ius, & iustitiam fieri, & ministrari summariè, &c. non tantummodo quo supra, sed aliàs omni meliori modo, &c. & si contradictor comparuerit protestatus fuit, & protestatur de omnibus expensis, &c. & ad effectum, &c. producit ibidem iura sua in solis partibus, &c. cum oblatione copie, &c.

In simili forma erit etiam concipiendus libellus, quando ageretur de re contigua luenda mutatis mutandis aptè referendo, & probandum erit quòd dicta bona sint contigua bonis immobilibus volentis luere. ad pleniorem doctrinam videnda erunt statuta de hac materia tractantia, quæ plana.

Exceptiones aduersus vendicantem bona ex hoc remedio.

Excipietur quod res de qua agitur iampridem exiuit familiam: quod data in dotem: ædificium instauratum nó esse idem: acquisitum fuisse à fisco, & ab eo redemptum & emptum. agnatum vendicantem esse forensem, vel nondum natum, cum viueret is de cuius bonis agitur. esse inimicum vel non probauisse agnationem, non satis esse probauisse filiationem, & fraternitatem (fieri enim posse vt sit spurius) nec esse in possessione eorum ex quod probatum sit saltem famam fuisse eum natum ex N. & N. ingalibus.

præ-

præterea lapsum esse tempus à die scientiæ. nam licet annus ad iuendum fortasse non incipiat nisi à die scientiæ: cum tamen per excipientem probatum fuerit iam duobus annis elapsis publicam famam fuisse de hac venditione præsumitur scientia iu agente; Ex quibus & alijs suis loco &c.

De prædijs.

Siue de re alienanda in confinem, vel de acquirēda possessione prædij rustici perticarum decem iure statutario; & potest intentari remedium adipiscendæ iuxta nor. l. ex edicto. C. quo. bon. non ad exemplum eius possessionis, cuius adipiscendæ ius habet successor in hæreditate. § sequens, Inst. de interd. sed sicut in actione personali: in ea enim si egero ad quantitatem eius executionis gratia traditur possessio insolutum & transfertur authoritate rei iudicatæ. l. Pomponius. §. si iussu. ff. de acq. poss.

SEcundo istud remedium statutarium est, & habet locū concurrentibus infrascriptis, quòd quis habeat prædium rusticum pleno iure non contiguum alicui suo sedimini extra corpora sanctorum Mediolani, secundò, quòd non excedat quantitatem perticarum decem. Tertiò, quòd ille qui voluerit agere isto remedio statutario cohæreat à quatuor partibus vel à tribus, vel saltem à duabus partibus, & ab vna alia sit via publica, vel accessiū, & habeat perticas viginti terræ, vel vltra pleno iure, vel respectu vtilis dominij contiguas dicto prędio rustico. Quartò, q prius fiat denuntiatio illi, cuius est prędium perticarum decem, quòd amicabiliter velit vendere dictas perticas decem pro pretio inter ipsos conueniendo secus pro pretio æstimando per ęstimatorem communis Mediolani: & si ille comparuerit, & contradixerit denuntiæ, & negauit competere remedium: tunc tu teneris citari facere partē, & facere tua incumbentia præuia requisitione, & probare quòd ille possideat pleno iure dictas perticas decem, seu ab infra, & in viginti, & vltra, sed probatio perticatus conuenit fieri per mensurationem, & ideò debes petere, vt eligatur

gatur çstimator qui accedat in rem prçsentem ad bona çstimandum, & mensurandum, & facta relatione perticatus, quàm extimationis, tunc debes citata parte producere dictam relationem, & facere depositum pretij, quod çstimatum fuerit per æstimatorem, & probare exinde si aliter non sit probatum aduersarium tuum possidere illas perticas decem, & te viginti cum cohçrentijs. addenda sunt proximè hçc verba, & libellus sic concipi potest.

Qualiter B. possidet pleno iure quoddam prædium rusticum perticarum decem, alicui suo sedimini etiam accessio mediante non contiguum extrà corpora sanctorum Mediolani, videlicet in tali territorio, vbi dicitur in tali loco Ducatus Mediolani, super quo non est aliquod sedimen, nec ædificium. Quodque dictus A. possidet prædium perticarum viginti terrç, & vltra pleno iure (seu respectu vtilis dominij) contiguum suprascripto prædio rustico perticarum decem, & cui prædio perticarum decem dictus A. cohçret à tribus partibus, siue à duabus, & ab alia strata publica medio monte, & flumine quç sunt de iuribus ipsius actoris, sed confines vt probentur, vide Guid. Pap. quæst. 193. Quodque dictus A. intendens ipsum prçdium perticarum decem emere virtute statutorum communis Mediolani, amicabiliter interpellauit ipsum B. vt vellet eidem vendere dictum prçdium pretio amicabiliter conueniendo, vel pro eo, quod çstimatum fuisset per æstimatorem Communis Mediolani, & recusasset facere, ipse A. debitam prçmisit denuntiam dicto B. ad formam statutorum communis Mediolani, superinde disponentium, & pariter recusauit, & recusat, facere dictam venditionem ad formam statuti. Quare cum prædicta vera sint præfatus A. petit à prçfato Magnifico Domino Iudice eiusque officio, quod benignè implorat, quatenus omni meliori modo &c. velit, & debeat, declarare remedium prædicti statuti de prçdijs competere dicto A. dictumque B. teneri, & obligatum esse, ad cogendum, & compellendum fore omni exceptione remota ad faciendum dictam venditionem de dicto prçdio rustico in forma communi, & iuris pro eo pretio, quod çstimatum fuerit vtsupra, quod quidem pretium çstimandum dictus A. obtulit, & offert

sol-

ſoluere, quod ſi facere neglexerit, vel recuſauerit, quòd facta oblatione, & effectuali depoſitione de dicto pretio eſtimando pęnes aliquam idoneam perſonam eligendam per præfatum Dominum Iudicem, venditio habeatur pro ſolenni, facta ipſi A. ipſo iure, & facto, & per quoſcunq; iuſdicẽtes in Ducatu Mediolani, ratam, & firmam haberi debere ad formam dicti ſtatuti, & in, & ſuper præmiſſis omnibus, & ſingulis, ius, & iuſtitiam fieri, & miniſtrari ſummariè, &c. & non tantum modo quo ſupra, ſed aliàs, &c. ſequere reliqua, vt in alijs, &c.

Formula denuntiæ in materia ſtatuti de prædijs incipientis ſi quis habuerit prædium.

1580. indictione die
menſis in Veſperis.

Magnificus I. C. D. N. honorandus Prætor Ciuitatis, & Ducatus Mediolani, cui fuit expoſitum per A. ſicuti B. infraſcriptus habet, & poſſidet prædium vnum ruſticum perticarum decem, & infra ſitum in tali territorio Ducatus Mediolani, vbi dicitur ad talem locum, non contiguum alicui ſedimini, & ædificio etiam mediante acceſſio, vel ſtrata, & ſuper quo non eſt conſtructum aliquod ædificiũ, & contiguum prędijs ipſius A. cohærentibus perticarum viginti, & vltra cui quidem prædio perticarum decem cohęret à duabus ipſius A. ab alia ſtrata publica. Vnde dictus A. eſt in caſu, quo ex diſpoſitione ſtatuti ſub rubrica de prędijs incipientis ſi quis habuerit, &c. poteſt acquirere dictum prędictũ dicti B. pro pretio extimanda. Quòdque ſępe, & ſæpius interpellauit dictam B. vt vellet amicabiliter, & concorditer dictum prędium ſibi vendere pro pretio inter eos amicabiliter conueniendo, vel ſaltem eligere extimatores qui illud prædium extimarent ad effectum, vt ſoluere poſſet ipſum pretium, & obtulit etiam ipſi B. facere cambium, vbi habere reperiatur aliud prędiũ qualitatis, & quantitatis, quòd debeat permutari ex tor. ſtatut. & tamen recuſauit, & recuſat. Et requiſita in præmiſſis obſeruantia, & executione recitati ſtatuti, & iuris:

ne de prædictis,& infrascriptis dictus B. possit prætendere ignorantiam, & se excusare. sic instante dicto A. cum reseruatione, &c. & saluis, &c. & non recedendo, &c. & quòd vtile per inutile non vitietur,&c. commisit, & committit N. seruitori,quatenus ex eius parte,& præcepto,& ad instantiam suprascriptam vadat quolibet die etiam feriato ad omnes partes necessarias ad denuntiandum, & q denuntiet, prout tenore præsentium præfatus D. Prætor denunciando mandat dicto B. personaliter, vel &c. sicuti mens, & intentio præfati A. fuit, stetit, & est velle emere dictum prædium dictarum perticarum decem dicti B. positum vtiup. pretio conueniendo inter ipsos,secus æstimãdo per extimatores, & quatenus habeat aliud prædium eiusdem qualitatis,& quantitatis,quod ex forma dicti statuti debeat contracambiare offert contracambiare si tale maluerit, & prædicta fiunt ad effectum prædictum, & vt dispositio statutorum suum sortiatur effectum, & aliàs ad omnem alium bonum finem,& effectum,& si quis,&c. cõpareat,&c. ad videndum firmari præsentem denuntiam,& iura produci, & fieri quamlibet requisitionem quam facere voluerit,& ad habendum copiam,& respondendum de iure occasione præmissorum, & ad eligendum habitaculũ in præsenti Ciuitate Mediolani, sequere vtsupra.

Hic desunt duæ formulæ statutariæ quas autor alieno loco collocauit infra fol.

In actione spolij, & hinc redintegrandæ, & recuperandæ possessionis.

De spolio.

Spolium regulariter non est sine vi, quotiescunque igitur per vim luctando quis deijcitur de sua possessione,cõpetit ei ad suam possessionem recuperandam remedium istud, quod dicitur reintegrandæ possessionis,siue interdictum vnde vi. l. 1. c. vnde vi: pro quo agi potest tàm ciuiliter,quam criminaliter; aque ita intelligitur No. Const. Mediolani tit. de execut.& famulis Iusd.9. cum execut.u.

pro-

procedi possit contra eos de robaria, sed potest transire spolium in delictum speciale vt raptus & stupri Ouid. ep. 5. Heroid.

Ille meę spolium virginitatis habet, Id quoque luctãdo, rupit tamen ante capillos.

Verum est quod ratione spolij datur quoque remediũ de quo infra fol. idest, retinendę, distinguendo: quia pro spolio incontinenti ago retinendę: ex interuallo verò recuperandę, siue reintegrandę agendum est: ratio est, quia possessio amittitur ex negligentia, idest, statim atque aliquis scit se in ea ab aliquo turbari, vt arando fructus colligendo, & non prępparat se statim ad eam recuperandam, seu retinendam. l. si ideo. §. si forte. ff. de acq. poss. incontinenti igitur si vim vt repellat, vel autore etiam iudice, agit retinendæ: si vero ex interuallo retinendę. Dicitur spolium probatum probata antiquiori possessione, vt inferius dixi.

Et si sint qui existiment dari contra tertium bona fide possidentem cum tit. Cassad. decis. 7. tit. de rest. spol.

Vel contra eum qui possidet non adimplentem ex parte sua contractum.

Contra habentem causam à matre relicta vsufructuaria etiam post an. 20. si filij agant.

In hoc iudicio requiritur plena probatio, vt per duos testes, qui dicant actorem habere antiquiorem possessionem reo conuento: hoc enim probato dicitur probatum spolium, & remedium c. reintegrandę est plenissimum, qđ datur ei qui etiam iniuste cecidit possessione.

Quod si quis intentato hoc remedio timeret ne succũberet posset cumulare merita & ita petitorium impetrando à Senatu Decretum vt procederetur sola facti veritate inspecta quanquam hoc pacto videretur tacitè renuntiare possessorio, per not. l. naturaliter. fi. ff. de acq. poss.

Si iudex parte non citata spoliat possidentem, dans licentiam ingrediendi dicitur spoliare: & hoc casu spoliatus ante omnia restituendus est: Rota dec. 1. in antiquis.

Possessio ex contractu minoris transfertur, ideo non cõpetit illi remedium recuperandę, nisi contractus esset nullus ex defectu consensus.

Cęterum notorius defectus proprietatis impedit restitutionem spoliato.

Quòd

QVòd cum ipſe A. eſſet in quieta, & pacifica poſſeſſione infraſcriptæ petię prati eam locando, & fructus colligendo ſupraſcriptus B. de menſe tali propria auctoritate, & temeraria præſumptione indebitè, & iniuſtè contra, & pręter voluntatem ipſius A. dolosè, & malitiosè, & animo, & intentione ſpoliandi, & priuandi ipſum A. poſſeſſione infraſcriptæ petiæ terrę, intrauit, & ingreſſus eſt petiam vnam terrę prati dicti A. & per eum tunc temporis & antè tentę, & poſſeſſæ quietè, & pacificè dicto B. vidente, ſciente, & patiente, & non contradicente, poſitam, & iacentem in tali loco, cui (cohærentię) &c. ſaluo &c. perticarum centum, vel circa, & ex dicta petia prati exportauit, ſeu exportari fecit currus centum fęni pretij, & valoris florenorum centum, vnde tenetur ac debet reſtituere, dimittere, & relaxare ipſi A. dictam petiam prati liberè, & expeditè, ac etiam ei dare, & reſtituere quantitatem fœni, ſi extat, & ſi non extat, eius ęſtimationem: & tamen dictus D. ſuper relaxatione ſiue reſtitutione & ſatisfactione pręmiſſorum ſępius requiſitus ea omnia, & ſingula reſtituere, ac ſoluere denegauit, & recuſauit, ac pręſentialiter denegat, & recuſat iniuſtè, & indebitè. *Papien. fo. 199.*

Quare cum prædicta vera ſint, petit, & requirit idem A. vtſupra condemnetis. & condemnatum iuris remedijs compellatis prædictum B. ad reintegrandum, & reſtituendum ipſi A. ante omnia, dictam petiam prati, & tradendum dicto A. dictum fœnum (ſi extat.) & ſi non extat, eius prętium, & valorem, ſimul cum damnis, intereſſe, & expenſis paſſis, & patiendis, factis, & faciendis prędictumque A. ſic indebitè ſpoliatum reſtituatis, & redintegretis, & in priſtinum ſtatum reducatis re ipſa, & in effectu in poſſeſſionem dictæ petiæ prati, & vlterius condemnatis dictum B. in omnibus fructibus abinde citra per eum perceptis, & qui percipi potuerunt ex dicta petia prati vſque ad effectualem relaxationem dictę petię prati, & prędicta petit &c. vtſupra in alijs &c.

Agens iſto remedio tenebitur probare poſſeſſionem ex parte ſua & ingreſſum, & expoliationem ex parte conuenti, & licet ſpolium probari, non poſſet, ſufficiet probare te poſſediſſe per aliquod tempus ſaltem per tres *Ex Pap.*

annos ante talem spoliationem, quia sic præsumeretur continuata possessio, & sequens possessor præsumitur clandestinus vel violentus, nisi probetur titulus, in quo tamen aduertere debemus, nam si titulus haberetur à non vero domino, non prodesset, sed neque tituli rationem habendā crederem cum ageretur tantùm de restitutione possessionis, sed si reus allegaret possessionem antiquiorem, & probaret, tunc audiendus esset purgato tamen (ni fallor) prius spolio. Hinc etiam sciendum erit differre dicta duo remedia à remedio adipiscendæ possessionis, nam in illis necesse est omnino prius possedisse, in hoc nullatenus conuenit possedisse.

Vide Pap. actione, sed magn. Menochiū Inculentis eis tractā tem istare medio.

De libello pro turbata possessione.

Interdictum retinendæ.

Dicitur hoc remedium de manutenendo & pro turbata possessione: dicitur vti possidetis; dicitur vtrobi: dicitur retinendę: dicitur ne quid de facto, quod vt plurimum obtinetur à D. Capitaneo Iust. qui est iudex in his quę de facto. timore vero armorum, ideſt, ne partes veniant ad arma officio iudicis proceditur etiam ad sequestrum citra prę iudicium possessionum & proprietatis, & lite super ipsis pendente.

In hoc iudicio de manutenendo non ita plena probatio requiritur, sicut in priore: sed semiplena, vera: decis. 382. & Iudex duobus contendentibus de possessione summatim assumit informationes vter possideat, inhibendo, vel sequestrando.

Potest autem actor probare possedisse per colonum tępore turbationis. vis, clandestinitatis, & tempore quo de facto turbabatur, ac litis contestatę, & turbationem, obtinet autem qui melius probat istud, licet de titu. fidem non faciat.

Datur autem etiam actio personalis pro rebus vi raptis, & dicitur de vi bonorum raptorum otho. fol. 27. contra quam non obijcitur compensatio, & in hoc iudicio admittitur quilibet sine mandato. C. si per vim absentis possessio. l. Iudices, & quamuis in alijs iudicijs peremptoriè, citan-

citandus sit principalis, fallit tamen hoc casu, in quo satis est citari procuratorem, & dominum litis.

Exceptiones contra agentem remedio isto.

Excipiendum de alluuione,
Sequestratione voluntaria,
Prescriptione
Habere possessionem cum tit. antiquiorem non fraudulentem.

Item virtute sententię, quę per executorem missa fuit executioni per inductionem in possessionem, idest, percipiendo fructus vt fabas, pensionem locando, detinendo sub custodia, in cauea, in gabbia.

His duobus modis potissimum tuemur possessionem rerum nostrarum, & eam recuperamus, quod si quis nostras arbores incidere velit, possumus ijsdem remedijs in effectu vti: idest, narrare quod quis vociferando vadit velle incidere &c. propterea &c. Iudex comisit H. seruit. vt vadat ad inhibendum &c. l. 1. C. de interd.

Arboribus incisis agitur de damno dato Aquilia actione.

His aptè succedit libellus, pro turbata possessione, siue retinenda, in quo secundum D. Menochium, sic est narrandum quòd actor possider, seu quasi rem illam, in cuius possessione asserit se turbari, & inquietari, narrare etiã aduersarium, contra quem experiri vult eum turbare, atque inquietare, & quòd concludet tria videlicet, quòd reus à molestatione desistat. Quòd in futurum non molestet. Pap. addit quòd cogatur satisdare, & promittere de in futurum cessando, & desistendo à turbatione, & inquietatione, & quòd condemnetur ad interesse prętęritę molestationis, & ex Papien. colligitur, hoc remedium habere locum, & pro turbatione effectuali illata, (solent tamen quidam turbantes accusare, & contra eos capturas obtinere, cum dicta de causa, ex statuto Mediolani imponatur pœna pecuniaria, vt etiam Bossius notat reprehendendo) & pro turbatione nondum illata, sed quę timetur, qui sic formal libellum.

Quòd ipſe A. iam annis triginta (ſeu prout in facto) proximè lapſis per ſe, vel per alium, ſeu alios eius nomine tenuit, & poſſedit continuè, pacificè, & quietè petiam vnam &c. (deſcribatur cum cohærentijs) quam adhuc hodie tenet, & poſſidet pro ſua, & tamquam ſuam veris, & legitimis titulis, & cauſis prefatus B. de (exprimatur tempus) ipſum A. in dicta ſua poſſeſſione turbauit, & moleſtauit, & turbat maxime lite ſuper ea pendente, auctore eius nunc mortuo, qua pendente nil eſt innouandum præſentialiter, & moleſtat indebitè, & iniuſtè ipſiusque A. poſſeſſionem ingreſſus clandeſtinè fuit, & in ea nititur ipſum A. turbare, & moleſtare, non permittendo, nec patiendo ipſum A. eiuſque colonos, & maſſarios, & factores liberè, & pacificè laborare, & facere laborari, nec fructus, & reditus, & prouentus colligere, & percipere, & habere pacificè, & quiete, prout hactenus conſueuit. Rurſus dicit, & proponit idem A. quòd ſupraſcriptus B. animo, & intentione turbandi. & moleſtandi prædictum A. in eius poſſeſſione pacifica abſtulit, & exportauit de dicta eius poſſeſſione tales fructus. in ea pendentes, & exiſtentes, qui tunc fuerant, & hodie eſſent (ſi extarent) pretij, & valoris ſcutorum viginti, & tot plurium, prout teſtes, dixerint, & liquidabitur in proceſſu, & amplius idem B. tunc temporis intulit in ipſa poſſeſſione tot, & talia damna, propter quæ ipſe A. damnificatus fuit, & eſt in quantitate ſcutorum duodecim, & vltra. Denique ipſe A. dicit, ac proponit quòd perſæpe admonuit, & interpellauit dictũ B. vt à prędictis violentia, & turbatione deſiſteret, ac reſtituere, ſoluere, & emendare vellet damna, & intereſſe prædicta, quæ tamen ſurda aure pertranſiens tamquam in eius malitia obſtinatus, facere, & adimplere recuſauit, prędictaque recuſat indebitè, & iniuſtè. Quare cum prędicta vera ſint, petit, & requirit prædictus A. à vobis Domino Iudice antedicto, quatenus per veſtram ſententiam diffinitiuam condemnetis, & condemnatum iuris remedijs compellatis ſupraſcriptum B. verſus præfatum A. ad ceſſandum, & deſiſtendum de cętero ab omni moleſtia, inquietatione, & turbatione prędictis, & vlterius ad ſatiſfaciendum idoneè, & promittendum quòd in futurum ceſ-

ſabit,

sabit, & desistet à turbatione, & inquietatione prædictis quòdque patiatur in futurum, & sustinebit, dictum A. pacificè, liberè, & quietè dictam possessionem tenere, & possidere, & ex ea fructus in posterum colligere, percipere, & habere: Quòdque prædictum B. per eandem sententiam condemnetis ad dandum, tradendum, & restituendum, & soluendum singula singulis congruè referendo fructus antedictos per ipsum B. perceptos, & habitos si extant, & si non extant, ipsorum valorem, & æstimationem, cæteraq; damna, expensas, & interesse, de quibus supra, vt liquidabitur in processu simul etiam cum fructibus abinde citra perceptis, & qui percipi potuerunt: quæ omnia petit per vos fieri A. prædictus omni modo, via, iure, & forma quibus melius, & validius fieri potest &c. deducendo in præsenti iudicio omne ius suum &c. saluo iure addendi &c. non se astringens &c. reliqua vt in alijs.

Hic videndum esset quando accusari posset damni dati: nam vbi quis tempore turbationis est in possessione debet agi negatoria, vel confessoria in iure, non via accusationis, aut agendum remedio suprascripta Papien. for. lib. eod. in gloss. Iud. tenet.

De processu qui fieri solet in casibus cridarum de bonis venditis vel conseruandis,

NOn inutile erit etiam dicere de formula cridarum, quæ solent fieri de bonis immobilibus vendendis, vel conseruandis liberis emptoribus, cum frequens sit formula, siue Formula actionis aliqua hęc casu non datur, sed imploratur officium iudicis quo pars aduersa cogitur intra certum tempus ad iudicium venire, & litem contestari: Itaque proclama est præparatio, siue excitatio, & admonitio qua coguntur officio iudicis, iureque statuto moniti agere contra iuris regulas, ex quibus nemo inuitus agere cogitur. exempla habemus. l. diffamari. C. quib. ex ca. ser. & ff. quibus ad liber. vbi Doct. & hoc quod dico, verum esse declarant nouarum Constitutionum Mediolani. titulo de officio Vicar. gene-

ral. lib. §. qua habita cum applicuerint omnes moneant, vt libellum porrigãt. &c. vide Octauia. Pedem. decis. 150. Plotus vero commentaria fecit in tract. de bon. ad cridas ponendis actio, sed difficilis propter diuersitatem terminorum, quæ requiruntur in eis cridis faciendis. Ergo aliquando cridæ fiunt ad instantiam vendere volentis ad effectum ne teneatur dare fideiussionem, & tunc tenetur infra annum bona vendere, aliquando fiunt ad instantiam emptoris, vt libera sibi conseruet, & tunc debet eas infra annum ad cridas ponere, & vt notitiam habeas, subijcitur forma dictarum cridarum ad instantiam emptoris.

Formula autem requisitionis, quod cridæ fiant, sequitur videlicet.

IN nomine Domini. Amen. Anno 1580. Inditione 9. die N. Mensis coram multum magnifico D. N. Honorando Vicario Officij prouisionum communis Mediolani pro tribunali sedente super eius solito banco, seu cathedra iuris posita super Palatio Iustitiæ, seu residentiæ in Broleto nouo Mediolani.

Comparuit A. P. P Mediolani volens, & intendens vti, & gaudere beneficio Prouisionum Communis Mediolani, & Nou. Const. factarum super acquisitionibus, & venditionibus, ac alienationibus bonorum, & rerum immobil. & iurium faciendis, quæ fieri possunt liberè, & sine onerè alicuius fideiussionis præstandæ tam ad ea sibi, & posteris conseruandum, quàm etiam vendendum & alienandum sine onere alicuius fideiussionis præstandæ in scriptis dedit, & dat infrascripta bona, & iura inferius descripta, terminata, & cohærentiata, quæ vult ad cridas ponere (Si erit venditor addes ad finem vendendi, & alienandi sine onere alicuius fideiussionis præstandæ, si verò esset emptor dicitur ad finem ea sibi, & posteris conseruandum libera) de quibus quidem bonis, & iuribus, & pertinentijs præfatus A. ponens N. habuerit venditionem, & datum à n. per instrumentum rogatum per N. Notarium &c. die mensis anni & quæ bona, & iura cum suis iuri-

iuribus & pertinentijs à die dictæ venditionis citra vere, & realiter non ergo sufficeret precarium, vel constitutum. Plotus, possessa fuerunt per dictum A. & à die venditionis ipsius retro possessa fuerunt per dictum A. per annum vnum immediate præcedentem, seu per tempus, vt in facto, & vlterius iurauit, & iureiurãdo affirmauit, quod si falsum iurant tenẽtur crimine stellionatus Bossius pag. 228. quòd dicta infrascripta bona, & jura, quæ vult poni ad cridas, verè, ac nomine suo proprio, & non alieno possidet, & ad sui commodum, & quòd sua scientia aliqua venio, seu separatio, vel diuisio ab anno vno citra facta non fuit de eis bonis & iuribus, saluo vt infra, & prout supra, & in omnibus iuxta dispositionem ordinum, & proinde ipse A. comparens procurauit, & procurat à præfato magnifico D. Vicario quatenus in effectu iubeat, & faciat per præcones & tubatores Mediolani, seu aliquem eorũ etiam insolidum fieri, & publicari cridas, & proclamationes requisitas ex forma dictarum prouisionum communis Mediolani, & constitutionum alta voce, & sono præmisso ad scalas Palatij Prætoris, seu palatij magni Broleti noui communis Mediolani, & ad arengheriam, quæ est super lobiam de Oxijs sitam in dicto Broleto hora sextæ, vel circa, seu hora vesperarum, vel circa, & de die clara, & alia loca solita ciuitatis, & vbi cridæ fieri solent, & etiam in contrata domus habitationis ipsius comparentis sitę vt supra, & hęc omnia in pręsentia duorum testium, & etiam tribus vicibus in vna hebdomada diuersis tamen diebus, & alijs tribus vicibus in alia hebdomada sequenti, diuersis diebus, & vna vice in altera ex ipsis hebdomadis in loco, vbi sita sunt, & iacent dicta infrascripta bona, & iura ad cridas ponenda, & in publica platea dicti loci copiam, seu copias ipsarum cridarum, & proclamationum, seu edicti publicandi per ipsos præcones, seu aliquem ex eis insolidum dimittendum, & parietibus affigendum, vnam scilicet ad dictam scalas pallatij prædi.. i aliam in contrata habitationis dicti A. & aliam in platea dicti loci N. in cuius territorio sita sunt, & iacent infrascripta bona, & in omnibus, & per omnia, prout disponitur, & requiritur ex forma dictarum prouisionum, & vt supra, & hęc omnia ad ef-

fectum, vt ipse A. comparens dicta infrascripta bona, & iura ad cridas ponenda sibi, & posteris suis libera conseruet, & reddat. si verò erit venditor, dicitur venditor dicta infrascripta bona ad cridas ponenda vendere, & alienare possit sine onere alicuius fideiussionis præstandæ, & de eis ad sui libitum disponere possit & aliàs ad omnem bonum finem, & effectum, quæ vero (iura personalia si ce dantur non possunt subijci cridis, quia de his crida non loquuntur, nec extensio fieri debet. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pactis) bona &c. eis descriptis subditur, de quibus quidem bonis, & juribus (si erit emptor) dictus A. habuit venditionem, & datum ab anno vno citra à D. per Instrumentum rogatum à N. &c. die mensis anni ad quod relatio habeatur, & quæ loca verè possessa fuerunt nomine proprio, & non alieno à die ipsius venditionis citra per ipsum A. & à die dictæ venditionis retro realiter possessa fuerunt per ipsum N. per annum, & vltra nomine.

Formula mandati publicandi cridas.

IN nomine Domini amen millesimo quinquagesimo octuagesimo Inditione die mensis

Multum magnificus I.C. D.N. hon. Vicar. officij Prouisionum communis Mediolani pro tribunali sedens sup quadam cathedra posita super palatio, siue credentia communis Mediolani vbi &c. qui comparationem iurium, inscriptis dationem, requisitionem, & sacramentum coram eo factas, & præstitum per infrascriptum A. & contenta in eis, quæ omnia sunt redacta in actis præfati magnifici D. Vic. necnon prouisiones, & cõstitutiones superinde factas, & contenta in eis, & ad exequutionem præmissorum, & dicto A. sic instante omnibus modo, iure, via, & forma, quibus melius potuit, & potest iussit, & committit N.N.N. omnibus publicis præconibus communis Mediolani, & cuilibet eorum insolidum ita quòd occupantis melior nõ sit conditio, sed quòd vnus, vel plures eorum inceperit, alius, vel alij, & quilibet eorum insolidum mediare, & finire possit, & valeat, & possint, & valeant quatenus ex e. parte præcepto, & ad instantiam præfat. A. præsentis, & eas cridas fieri procurantis, publicare velint, & publicent

ipsi

pſi tubatores, ſeu vtſupra edictũ infraſcriptũ, ſeu infraſcriptas cridas alta voce, tono tubę pięmiſſo, ad ſcalas palatij prętorij videlicet pallatij magni Broleti noui cõmunis Mediolani, & ad arẽgheriã, quæ eſt ſuper lobia de oſiis ſit. in dicto Broleto, & in vtraq; parte ipſarum partiũ hora ſextæ, vel circa, ſiue hora veſperarũ, vel circa, & de die clara, & ad loca ſolita Ciuitatis Mediolani, vbi cridæ fieri ſolẽt, & ẽt in contrata domus habitationis præfati A. ſit. vt infra, & hæc oĩa in præſentia duorum teſtium, & ẽt tribus vicibus in vna hæbdomada diuerſis diebus, & aliis tribus vicibus in alia hebdomada ſequẽti diuerſis diebus, & vna vice in altera ex ipſis hebdomadis in platea loci Modoetię in cuius territorio ſita ſunt infraſcripta bona, & iura ad cridas poſita, & publicum edictum, & in hanc formam faciant.

Exſor no. conſt lib 2. de bonis ad cridas ponẽ dis, et ſtat. Mediolani

Omnibus notũ eſſe A. fil. quon. D. P. O. P. Sãcti Stephani in Brolio foris Med. ſuum eligenti habitaculũ domi habitationis N. ſit. in P. N. P. Sancti vbi, &c. volentẽ, & intendentem vti, & gaudere beneficio prouiſionũ, & õſtitutionũ pro bonis ad cridas ponendis, & ipſarũ cridarũ, ad effectũ, vt ipſe A. infraſcripta bona, & iura, ſibi, & poſteris ſuis libera reddat, & conſeruet, & ẽt vt ea poſſit vendere abſq; aliquo onere fideiuſſionis, & aliàs ad omnẽ bonum finẽ, & effectũ, qui melius ex forma dictarũ prouiſionũ conſtitutionẽ, & edicti, ac cridarũ ſequi poſſit, cõparuiſſe corã prędicto D. Vicario, & in ſcriptis infraſcripta bona, & iura dediſſe, & alia feciſſe ad formã dictarũ prouiſionũ, & conſtitutionũ, propterea ſi quæ pſona, collegiũ, vel vniuerſitas eſt, habens vel habere prętendens ius aliquod in, & ſuper infraſcriptis bonis, vel partę eorũ debeat infra menſes tres immediatè ſequentes poſt oẽs publicationes huius edicti per ſe, vel aliũ eius nomine ad hoc ſpeciale mandatum habentem coram præfato D. Vicario, vel eius ſucceſſore cõparere, & in ſcriptis dare ipſum tale ius, quod in ipſis, vel ſuper ipſis bonis infraſcriptis, & iuribus, vel aliqua parte eorum habet, ſeu prętendit habere: ſi verò fuerit abſens, Abſentia præſumitur in his qui ſunt diuerſi fori. Bal. l. pręsũptione. C. quib. nõ obſtat lõgi tẽp. pręſcrip. à Ciuitate & Ducatu Mediolani, (& abſentes non intelligantur,

qui

qui intra menses à tempore publicationis computandum reperiantur, vel essent in ciuitate, vel Ducatu Mediolani,) vel minores annis viginti, furiosi, aut mẽte capti, vel viduę pro iure dotium suarum, & rerum parafrenalium, aut alię personæ habentes, seu habere prætendentes ius ex causis infrascriptis, vel aliqua equarum videlicet ex causa administrationis alicuius tutelæ, seu curæ, hipothecæ pro aliquo facto libellario, legatis, fideicommissis. 5. Maij 1582. censuit Senatus, cridas non præiudicare nundum natis, institutione, aut substitutione testamentaria, qualibet successione ex testamento, vel ab intestato, ij enim etiam ex causis præmissis intra sex menses computandos, vtsupra, computatio semestris fit hoc modo.

Dies termini quę non est integra secundum ciuilem cõputum non numeratur in die termini l. si aunculus. ff. de verbo. sign. Mensis autem in isto casu habet dies 30. quia tractatur de odio: si enim de fauore 31. haberet alij nõ distinguentes dicunt vbi nomen mensis profertur à lege simpliciter omnem mensem habere dies 30. l fin. § sin autem dubius. C. de iu. delib. comparere, & in scriptis deterius suum, quod habent per se, vel alium vtsupra alioquin respectu eorum, qui in terminis prædictis nõ comparuerint, & ius suum non deduxerint, tanquam consentientes alienationi, & renuntiantes hypotecę, non tamen actioni personali. Bal. l. si eo emptore C. de remiss. pig. dicta infrascripta bona, & iura erunt, & esse intelligentur libera ab omni onere obligationis, & hypotecę, & etiam à quacunque persona vtsupra, & irreuocabile fient ipsius A. emptoris, & sibi, & posteris suis conseruabuntur libera poteritq; ipse A. ipsa infrascripta bona, & iura libera conseruare, & seu vendere absque eo, quòd emptori, vel eius successori, hæredibus super dictis bonis, & iuribus infrascriptis aut ex eorum causa, per aliquam personam, commune, collegium, vel vniuersitatem prærendentem, vel habentem ius super ipsis bonis aliqua quęstio moueri possit, ità quòd illi, qui non comparebunt vtsupra nullum ius habebũ, nec ad ea infrascripta bona, & iura nec ad eorum pretium, si vendentur, & seu omnis sequatur effectus qui melius ex forma dictarum cridarum constitutionum, & edicti sequi

po-

poterit. Mandans idem Magnificus Dominus Vicarius dictis tubatoribus, & vtsupra, vt copias ipsarum cridarum, & edicti affigant, & dimittãt parietibus videlicet vnam ad dictas scalas palatij Broleti Noui Mediolani, aliam ad arengheriam quæ est super lobia de osijs sit. in dicto Broleto, aliam in contrata domus præfati A. ponentis aliam copiam in platea N. in cuius territorio dicta bona, & iura sita sunt, & in omnibus, & per omnia, prout ex dictis constitutionibus cauetur.

Quę verò bona, quæ ponuntur ad cridas, sic describuntur, videlicet describenda. postea subditur de quibus quidem bonis, & iuribus præfatus A. habuit venditionẽ (seu vt in facto) & datum ab anno vno citra à C. per instrumentum rogatum per Dominum N Notarium publicum Mediolani die mensis ad quod relatio habeatur, & quæ loca verè, & realiter possessa fuerunt nomine proprio, & nõ alieno a die ipsius venditionis citra per ipsum A. & à die ipsius venditionis retro possessa fuerunt per annum vnum immediatè præcedẽtem per ipsum C. venditorem, seu vt in facto.

Effectus autem cridarum, inter cætera, est quòd vendés non tenetur ad satisdationem rei immobilis alienatę, quę alioquin posset peti intra quinquennium à die alienationis factæ in antea etiam post quinquennium, vbi periculũ euictionis immineret ex forma statutorum cap. 444. cuius verba hæc sunt re immobili vendita sine benefitio prouisionis, & cridarum, vel insolutum data, vel accepta, quòd de satisdatione præstãda pro euictione, & defensione dictę rei, sicut inter contrahentes conuenit, obseruetur, si verò nihil inter contrahentes conuentum fuerit, tunc venditor & dans insolutum, & ille, pro cuius debito res accepta fuerit insolutum ad instãtiam emptoris, & acceptoris insolutum vel eius hæredum, teneatur dare fideiussorem idoneũ pro qualitate rei venditæ, & insolutum datæ vtsupra, & ad hoc possit compelli venditor dans insolutũ, & ille, pro cuius debito res accepta fuerit insolutum, omnibus iuris remedijs, citra personæ detentionem.

De satisd. ob periculũ euictionis.

Et præfata non habeant locum in venditionibus, quæ fierent pro dato, & facto tantùm venditoris; nec etiam ha-

habeant locum si venditor, & vtsupra, à quo requiritur fideiussor obtulerit cum effectus velle restituere pretium, pro quo res vendita fuit cum legitimis expensis vtilibus, vel necessariis, quibus receptis fiat, seu pro facta habeatur retrouenditio de bonis, vel obtulerit ipsi emptori, quòd bona eius venditoris, & vtsupra expensis suis ponantur ad cridas per ipsum emptorem, & denarios expensarum pro faciendis ipsis cridis, & earum relationibus, de re ipsa cum effectu dederit ipsi emptori & obtulerit dare fideiussorem idoneum pro euictione, & defensione dictæ rei, vtsupra, qui se constituat principalem debitorem cum renuntiationibus debitis, donec ipsa res ad cridas ponenda, vbi tamen ponatur infra mensem tunc proximè futurum, libera trãsiuerit, iuxta formam ordinum super bonis vendendis edictorum, vel res ipsas aliter liberetur, & eo in casu ad hoc compellatur omnibus iuris remediis vtsupra: Et prædicta habeant locum si prefata satisdatio petita fuerit intra quinquennium post, à die alienationis factę in antea, nisi post ipsum quinquennium immineret periculum euictionis, quo casu habeat locum dispositio huius statuti, non obstante lapsu quinquennii vtsupra.

Alius est etiam effectus, quòd ponẽs ipsam rem, seu ius, vel partem ipsius poterit liberè vendere, & ablq; eo, quòd teneatur fideiussionem dare: respectu verò emptoris, vel eius successorum, vel hæredum super ea re, vel iure, aut ex eorum causa per aliquam personam commune collegium vel vniuersitatem prętendentem, vel habentem ius super eius, aliqua quęstio moueri non possit, ita quòd illi, qui non comparebunt, vtsupra, nullum ius habebunt nec ad eam rem, vel ius, vtsupra, nec ad eius pretium, si vendatur dummodo tamen alienatio intra annum fiat post tamen edicti publicationes.

Item alius est effectus, quòd dictæ cridæ prejudicant creditoribus ponentium, si intra annum venditio sequatur, si nullus contradixerit, si verò contradictum fuerit intra triennium, & non solum cridę prędictę fieri possunt de bonis vendendis per partem, verum ẽt possunt fieri de bonis apprehensis per creditores vigore iurium suorum

iudi-

iudicialiter,& finaliter de aliis effectibus, vide cõst. in suo tractatu, vbi materia latè traditur.

Nota,quòd ponentes,& contradicentes tenentur per se, vel per procuratores respectiuè speciales contradicere,vel ponere, & iurare, prout in suprascripta comparitione ostensum fuit, & in sequenti contradictione dicetur: benè verum est, quòd respectu minorum, & similium habentium tutorem, vel curatorem generalem huiusmodi curatores generales poterunt contradicere,& iurare,quia illud iuramentum est vtilitatis, & necessitatis: idem aliquid dicunt de syndico,& ét minor tenetur illud ratificare l. Pomponius. ff. neg. gest. l. iusiur:§ defensor. ff. de iureiur & bona ad cridas ponere, perinde ac si essent vel principales ponentes, vel principales contradicentes. Item pro ipsis minoribus furiosis,vel mente captis, contradicere poterit quilibet etiam vel nõ tutor, nec curator, & omnia alia facere,& iurare perinde, ac si tutores, & curatores legitimi, quo ad hoc, essent, tamen in processu causæ eis tutor, & curator, ad finiendam litem constituendus erit, vel in eorum locum citandi eorum agnati, vel cognati. Hinc etiam nota, quòd si tutor, vel curator alicuius minoris uellet uendere bona ad cridis, quibus minor, seu alius eius nomen non contradixisset, tenebitur dictus tutor notificare, se uelle ponere ad cridas bona, Vicario prouisionum Mediolani, quòd ipse est talis minoris tutor, uel curator, qua notificatione facta Vicarius, ex suo officio citari faciet ipsum minorem,& duos eius minoris coniunctos propinquiores, ex parte patris, & his deficientibus, ex parte matris,quibus notificabit eam uenditionem per tutorem, uel curatorem fieri uelle,& si minor,uel aliquis excitatis contradixerit,uenditio in ipsius minoris præiudicium fieri nõ poterit. Item cridis faciendis pro bonis obligatis pro dotibus,uel bonis parafrenalibus uxorum,nurum, pronurum, uel iuribus dotalibus descendentium in potestate existentium datorum ipsorum ponentium mediatè, uel immediatè poterunt Agnati,& affines prædictarum uxorum & ut supra, & eis licebit, & licitum erit, & cuilibet eorum comparere, & in scriptis dare ius, seu iura dotium earum mulierum, & descendentium in potestate constitu-

No. const. vis. cap. in prædicti§. quinto. Vide et statut. Mediolani c. 462 & 63. vers. 1.

No. const. vis. c. cridæ prædictæ.

terum,

torum, vt supra, etiam eis mulieribus, & descédentibus inuitis, & recusantibus, & iurare, & alia facere, quę ex ipsis constitutionibus requiruntur, vsque ad sententiam inclusiuè valebuntque prędmissa, & effectum sortientur, ac si per ipsas mulieres, vel descendentes legitimè facta fuissent, seu ab eis speciale mandatum ad præmissa habuissent.

Contradicentes tenebuntur citare ponẽtes bona ad cridas (nisi in vltima hora termini cridarum cõtradiceretur) sub hac formula.

Cautius agendo quando certus est possessor siue aduersarius in specie citabitur, non per proclama, non obst. tali noua constit. Alex. consil. 5. num. 5. vol. 2. Roman. cons. 53.

Formula citationis ad videndum contradici bonis vendendis, siue causa delictis confiscandis siue quia vacantia sint, ex no. Mediolani const.

ISta formula si sit pro bonis vendendis fit de mandato D Vicarij prouisionum Mediolani, si verò causa delicti, de mandato Ill. Magistratus extraordinarij, seu illius iudicentis de cuius mandato cridæ emanauerint.

Mandato Mag Domini N. honorandi Vicarij prouisionum communis Mediolani, seu illustris, & multum Mag. DD. Prędis, & Quęstorum reddituum extraordinariorum, & conseruatorum bonorum patrimonialium Regiorum Ducalium Status Mediõlani, sic instante A. cum reseruatione &c. (si habitabit extra eliget habitaculum, citetur per N. seruitorem B. si de mandato Magistratu (sic dicitur) citentur per N. hostiarium præfati Illust. Magistratus N. Aduocatus, & N. Syndicus Fiscales Regij Duc. Deinde subditur clausula communis comparituri die (ponuntur tempus comparendi) coran (exprimatur nomen Iudicis à quo emanabitur citatio, & cum expressione loci tribunalis) ad videndum, & audiendum per dictum Instantem, seu eius nomine (si agatur de cridis causa delicti, dicitur fieri quamlibet contradictionem, comparitionem, & peti-

tio-

tionem, & iurium productionem, & præstari quodlibet opportunum iuramentum assertis cridis (vt dicitur) factis de bonis N. vt dicitur Regiæ Camerę confiscatis. Si vero fit pro bonis vendendis hic fieri omnem, & quamlibet comparitionem, & contradictionem iurium in scriptis dationem sacramenti affirmationem iurium productionem, & instantiam, quę fieri voluerit, per ipsum A. contra assertam comparitionem, dationem in scriptis, cridas, & proclamationes, ac sacramentum, vt asseritur factas, mãdato prę fati Domini Vicarij, & ad assertam instantiam dicti B. de volendo vendere, & alienare dicta bona, & iura, de quibus in dicta asserta comparitione, datione, ac cridis fit mentio & in eis terminatis, & cohærentiatis, deinde subditur clausula communis, & ad accipiendam copiam ipsorum iurũ, si eam habere voluerit, & ad procedendum, & procedi videndum, in causa dictæ contradictionis, seu comparationis iurium in scriptis dationis, sacraméti affirmationis, & contradictionis fiendę vtsupra, & ad videndum, & audiendum fieri, & expediri omnia, & singula, &c.

In termino dictæ citationis fit contradictio secundum ius competens, scilicet vel occasione hypothecę generalis vel specialis, vel iure dominij, quę in substantialibus posset hoc modo formari pręmissis anno, & die, & præsentia Iudicis.

Comparet B. cum reseruatione, &c. causa, & occasione assertæ comparitionis, & bonorum in scriptis dationis, sacramenti affirmationis (vt dicitur) factarum per dictum A. in effectu sicuti suprascriptus A. comparuit coram prę fato Magnifico Domino Vicario, & dedit in scriptis, & eius sacramento affirmauit se tenere, & possidere, ac velle vendere, & alienare iuxta formam, & cum beneficio dictarum prouisionum factarum super venditione, & alienatione bonorum immobilium fiendis, & quæ fieri possunt liberè sine fideiussore, ac cum beneficijs, reformationibus, constitutionibus, & ordinationibus superinde factis, certa bona immobilia, & iura in eis assertis comparitione, & datione in scriptis descripta, terminata, & cohęrentiata, & declarata, & inter alia infrascripta bona, & iura, quę sunt hęc, (describantur) & prout sic, vel aliter plenius, & latius continetur

netur in dictis assertis comparitione, & datione in scriptis & sacramenti affirmatione, & requisitione, seu contineri reperiatur, & causa, & occasione asserratarum cridarum, & proclamationum mandato præfati D. Vicarij, ad instantiã dicti A. factarum in effectu, continentiæ, si est aliqua persona habens, vel habere prætendens ius aliquod in, & super dictis bonis debeat illud ius in scriptis dedisse, & ostẽdisse coram præfato Domino Vicario, infra tempus in ipsis cridis contentum &c. prout in eis continetur, & causa, & occasione omnium, & singulorum in eis contentorum, & scutorum, & quæ sequi possent exinde, vel ob id dependentium, connexorum, & emergentium, & ibidem coram præfato Domino Vicario dictus B. ad omnem bonum finẽ & effectum, qui melius ipsi B. prodesse, & proficere possint dixi, contradixit, & opposuit, & protestatus fuit, & dicit, contradicit, & opponit, & protestatur dictam assertam cõparitionem, & requisitionem, & cridas, & proclamationes & sequuta exinde fuisse, & esse nullas, & nulla, nullíusque valoris, & momenti, & non valere, neque tenere, easque de iure fieri non potuisse, & eas non potuisse, neque posse de iure nocere, nec præiudicare dicto B. nec iuribus suis pluribus quidem rationibus; & causis, maximè quia ipse A. non possidebat tempore dictæ comparitionis, dicta bona posita ad cridas, prout requiritur ex forma ordinum. Item quia non apparet de aliquo iure dicti N. & maximè de alienatione, & translatione dominij, & possessionis dictorum bonorum in dict. ponentem, & si apparet, dicta bona sunt effecta litigiosa, & ceciderunt in commissum maximè quia alienata fuerunt pendente lite, causa, & quæstione inter dictum A. parte vna, & dictum B. parte altera, qua pendente nihil debebat innouari. maximè attento præcepto eidẽ facto (si factum fuerit) ne auderet deuenire ad aliquam alienationem, & cridæ non possunt malafidei possessori. Plotus carta 51. eod. tit. Item quia prædicta asserta comparitio, & cridæ fuerunt, & sunt fictæ, & simulatæ, & in fraudem factæ. Item quia præfata fuerunt attentata contra formam prouisionum, &c. super his edictarum & pluribus alijs rationibus, & causis suis loco, & tempore deducendis, & casu quo dictæ assertæ comparitio, & cridæ,

&

& inde sequuta aliquæ, seu aliqua reperiantur, (quod tamen non creditur) & in quocunque casu dedit, & dat in scriptis, & ostendit ius, quod habet seu habere prætendit in, & super dictis bonis, videlicet, quòd dictus B. habet ius dominij, vel quasi virtute causæ, & occasione infrascriptorum instrumentorum, & iurium, quæ instrumenta, & iura sunt hęc videlicet (specificanda) & in casu, quo ius dominij non esset potens adtuendum, & defendendum prędicta bona, & iura superius in dictis compartione, & crédis terminata, & coherentiata, tunc, & eo casu dedit, & dat in scriptis, quòd dicta bona, superius in dictis crédis terminata pertinent, & spectant, & fuerunt, & sunt obligata, & hypothecata, & obnoxia ipsi B. vigore causæ, & occasionę, & virtute vnius instrumenti obligationis factæ, & omnium, & singulorum in eo contentorum, & expensarum, dannorum, & interesse, & quòd dictæ assertæ crédę, & proclamationes non possunt, nec debet in aliquo præiudicare, nec nocere dicto B. nec eius iuribus, quæ instrumenta, & iura, de quibus fit mentio vt supra sunt infrascripta videlicet vt supra quæ quidem in publicam, & authenticam formā produxit, & exhibuit, & produxit, & exhibet cum oblatione copiæ, & solummodo in illis parte, partibus punctis, & articulis tantùm, quæ quibus, & in quantum sunt faciunt, & esse, & facere possunt pro ipso B. & non aliter, nec aliò modo, nec vltra, nec in plus, de quibus obtulit, & offert copiam dicto A. & cuilibet alij eam habere volenti, & debenti de iure, non intendens ipse B. per præsentem productionem aliquòd confiteri, quod fit, vel esse possit, vel alqualiter facere in fauorē dicto A. sed potius diffiteri: reservato iure cidē B. quælibet alia iura, & instrumenta iterū producendi, semel, & pluries, et quoties necesse fuerit, et prędicta bona in toto, vel in parte aliquo mōdo nō possunt, nec debent vendi nec alienari in præiudiciū dicti B. nec iuriū suorum; petens, tum instātia requirētis ipse B. à præfato Domino Vicario inde, pro, et super prędictis omnibus, et singulis, et depēdentibus, et cōnexis ius, et iustitiā fieri, et ministrari secundū formā, et dispositionem dictarum prouisionum, reformationum, et nouarū constitutionum, et prędicta etiam cum petitione consilij

sapientis: & vlterius ipse B. delato sibi sacramento per dictum D. Vicarium iurauit, & iurat ad S. D. E. M. S. C. T. S. quòd hanc comparitionem, & dationem in scriptis, & omnia, & singula in eis contenta, & suprascripta, & infrascripta, & hoc id quod fit per dictum B. non fecit, nec facit per malitiam, necin fraudem, nec animo malitiosè impediendi aliquam alienationem quouis modo (in aliquibus codicibus antiquis inuenio scriptum posit malitiosè impediendi venditionem illam hęc cuius occasione fit præsens comparitio, & iuramentum in scriptis datio,) & etiam iurauit in omnibus, & per omnia de verbo ad verbum, prout requiritur ex forma nouarum constitutionum, statutorum, prouisionum, ordinum, & reformationum communis Mediolani, si iuretur de interesse, additur. Insuper ipse B. cum reseruatione eius iurium volens, & intendens vti, & gaudere beneficio statutorum communis Mediolani, & maximè statuti positi sub rubrica de iudicijs interesse, iurauit, & iurat vtsupra, quòd in veritate passus fuit, & de præsentipatitur damnum, & interesse eius, quòd dictus B. habere debet à dicto A. à die commissæ moræ solutionis, occasione dictorum, & infrascriptorum instrumentorum, & iurium, de quibus infra citra, ad computum denariorum sexdecim Imper. pro libra in anno, & illud taxauit, & liquidauit, ac taxat, & liquidar, & taxari, & liquidari petijt, & requisiuit, & petit, & requirit, & fecit, & facit, & iurauit, & iurat im omnibus, &c. hanc cõparitionẽ & dationem in scriptis, & prædicta omnia, & singula ipse B. dimittit pęnes me Notarium infrascriptum ponendam in actis præf. D. Vicarij, prout requiritur ex forma dictę prouisionis, & hæc omnia in termino citationis intimatæ dicto A. licet ipso A. absente tamen legir. citato per contumatiam, cuius cõtumatiam ipse B. accusauit, & accusat.

Ang. Are. dicis quòd prius Iudex debet taxare quã vitatẽ mox pars iuret, & nullo modo prius & assignat causam.

Lapsis sex mẽsibus ex edictis limitatis, tunc incipiũt currere termini probatorij, & reprobatorij, de quibus dixi infra, fol. & quid sit faciendum. hic tamẽ adeo, q elapsis tẽporibus probationum, intra decẽ dies vtiles immediatè sequentes, fiet cõmissio partium confidenti illius, vel illorũ, qui comparuerit, vel comparuerint, in contumaciam alterius partis, vel aliarum partium, alicui ex collegio I. P. ciuitatis

uitatis ad consulendum,& consilium suum in scriptis dandum ipsi Vicario,quæ debeant esse partes suæ de iure.

Nota quòd licet in causis cridarũ non soleat Mediolani indistinctè peti consilium sapientis tamen illud petendo non erratur, imò consulitur, quia semper inest. conditio, si petatur: si autem intra dictos decem dies commissa non fuerit, tunc cuiuslibet causæ contradictionis à tunc in antea intelligatur esse, & sit perépta instantia, parieſq; vtantur iuribus suis coram ordinatio. Effectus contradictionis iure dominij impedit alienationem: iure verò hypothecæ non impedit quin liberè vendi possit, modo venditor, & emptor instrumento conficiendo iurando declarent,totam veram quantitatem pretij pro qua ipsa res, vel ius vendi contigerit,& quòd ipsa alienatio est bona, & vera, & non ficta,nec simulata,nec in fraudem facta, & item quòd pretium ipsius rei vendendæ pęnes aliquem bonum, & idoneum campsorem ciuitatis per iudicentem eligendum deponatur,& sic depositum (cum regulariter pretium non succedat in locum rei, nisi in vniuersalibus, vt ego latius dixi in meo tractatu de pretijs, & æstimationibus) succedat loco, rei venditæ, & eo casu de eo pretio disponatur, & fiat inter eos,qui cõparuerint vtsup. prout fieri debuisset de iure de ipsa re vendita. Hinc si ponens rem, vel ius ad cridas positum vendere voluerit;tenetur notificare creditori,vel creditoribus,qui cridis contradixerint,q; ipsam rem,vel ius vendere vult expresso pretio,ac si dicti creditores responderint velle ipsam rẽ, vel ius maiori pretio emere, tenebitur eis vendere, & res pariter efficietur eis libera, modo quo supra modo tamen respondeant intra octo dies a die notificationis,& si concurrant emere volentes, in eo casu plus offerenti dabitur,& libera erit vtsupra. *Vide Borg. vtsupra.*

Si Dominus directi contradicat cridis factis de aliquibus aliis bonis eidem obligatis iure hypothecæ pro ficto libellario temporis futur. eo casu si emphitheuta, vel ille qui ponit ad cridas, aut ille, qui esset obligatus bona ad cridas posita defendere, aut alius habens ius in bonis positis ad cridas durantibus sex mensibus limitatis ex forma edicti ad contradicendum vel infra tres menses post illos sex, obtulerit acquirere ipsum directum dominium, &

ciuilem possessionem bonorũ, super quibus, seu pro quibus fictum libellarium præsteri debuerit respectu directi dominii, et ciuilis possessionis, et ius dicti ficti ad computum lib. centum Imper. pro quibuslibet, libris quatuor cum dimidia Imper. ipsius ficti libellarii pecuniæ, seu valoris rerum, quę dari debent pro ipso ficto libellario æstimandi per vnum ex æstimatoribus illius ciuitatis partium confidentem, vel vnius patris in contumaciam alterius, vbi tamen absit, et duret pactum liberandi per contracambium, vel contracambia, eo casu contradictor teneatur illi se offerenti vendere eo pretio. si verò adsit, et duret pactum liberandi ad pecunias pariter vendere teneatur pro illo pretio, quo ipse emphyteuta liberare se poterat, quo casu saluum sit ius emphyteutę liberandi se ab eo emptore, prout poterat à venditore, et ipse venditor eo casu teneatur tantùm promittere pro dato, et facto tantùm, ita etiam, quòd non teneatur ad pretii restitutionem, si autem non adesset pactum, vel extinctum, teneatur contradictor alterum de duobus facere, vel ipsum directum dominium et ciuilem possessionem, et dicti ficti libellarii ius vendere volenti emere, vt supra ad computum librarum centum Imperialium pro quibuslibet libris quatuor Imperialium in forma communi, et iuris, nisi aliter ipsum directum legitime esset prohibitum alienari, aut renunciari ipsi contradictioni, ac bona ad eridis possa liberare ab eo ficto libellario temporis tunc futuri ni electione ipsius contradictionis, quam electionem ipse contradictor tenebitur facere, et intimate ipsi offerenti velle emere vtsupra, infra dies triginta continuos post oblationem, et requisitionem emere volentis, modo sit laicus, et suppositus iurisdictioni ciuitatum huius dominij, aliter dictę contradictioni ipso iure, intelligatur renunciatũ fuisse, & bona, vel iura ad eridas possa ipso iure, & facto intelligãtur liberata à contentis in ea cõtradictione, respectu ipsius ficti libellarij tẽporis tunc futuri tantũ, hoc intellecto, quòd vbi electio ipsa fiat, & intimetur vtsupra, ipse, qui obtulerit velle emere, cõgatur per omnia iuris remedia ét per personalẽ detentionẽ ad emendum, & ipsius pretiũ soluendum, salvo si ostenderet bona ipsa legitimè prohibita esse alienari.

Item,

Item, qui semel bona ad cridas posuerit, non poterit, nec ipse nec habens datum ab eo durantibus ipsis cridis, & earum instantia, iterato ea bona ad cridas ponere sub pena nullitatis, & valoris rei Fisco applicanda, neque si super eis lis fuerit sub pena valoris rei pro tertia parte Fisco, tertia deferenti, & residua illi, in cuius præiudicium id factum erit applicanda, &c. poterunt tamen contradicentes his cridis factis de bonis, & iuribus litigiosis ius suum prosequi coram primo Iudice. Et etiam disponere prequia licentia Principis.

Insuper notabitur, quòd, si quis vellet contradicere, cridis pro absente obtinetur dispensatio è Senatu Excellentissimo, posse contradicere dictis, qui dispensat sub certa forma (deest multa supplenda ex his quæ dicuntur ad hoc propositum superius fol. à tergo vers. 3. 4. 5. tit. de coniunctis personis. Idem etiam pro minoribus. Qui etiam concedit litteras, vt quis non habens hypothecam bonis contradicere possit, sine tamen prejudicio iurium creditorum anteriorum et hypothecam non habentiū, & posteriorum hypothecam habentium. Item solet concedere quòd cridæ præiudicent Domini directi, si illi intimatæ fuerint personaliter, & specialiter, & non contradixerint.

Vltimò aduerte, quod in causis cridarum non datur denuntia compromissi, sed tantùm consilium sapientis salfe de stylo curiali, supereſt modo, vt subijciam formulam contradictionis cridis factis nomine Fisci pro delicto, vel credito alicuius debitoris, siue condemnari hoc modo, præmisso tempore. Coram Illustre, & multùm Magnificis DD. Præside, & Magistris Reddituum Extraordinariorum, & Conseruatoribus bonorum patrimonialium Regiorum Ducalium Status Mediolani. Comparuit, &c. semper cum reseruatione, &c. in termino citationis ad eius instantiam intimatæ Regio Fisco ad videndum fieri infrascripta, & prout in ea, ad quam relatio habeatur, & in termino debito trium, (seu sex) mensium (vt dicitur) statuto ad contradicendum assertis cridis (vt dicitur) factis de bonis, quæ fuerunt N. Regiæ Camerę, (vt dicitur) confiscatis vel apprehensis ad contradicendum per prętendentes habere aliquod ius in, & super ipsis bonis, & prout

Contradictio cridis ex candelisti, &c. de qua lib. 1. no. const. Vide Bossium qui facit titulum de proclamate quod fit bonis publicatis pag. 294.

plenius continetur in dictis cridis (vt dicitur) publicatis prout in actis, & causa dictarum cridarum, & omnium, & singulorum in eis contentorum, & dependentium, &c. & contradicendo, dictus A. dixit, & opposuit dictas assertas confiscationem, apprehensionem, & cridas, & proclamationes, & contenta in eis fuisse fore, & esse nullas, nullius que valoris, & momenti, & non valuisse, nec tenuisse, nec valere, neque tenere, & si, & in casu, quo aliquę reperiantur, quod tamen non conceditur dicit non potuisse, nec debuisse de iure fieri in præiudicium dicti A. & iurium suorum, sed posse, & debere de iure tolli, reuocari, & cassari, & annullari, & loco simplicis scripturę poni, & tunc, & eo casu, & in quocunque casu præfatus A. dedit, & dat in scriptis ius, quod habet, & habere prætendit in, & super dictis bonis videlicet quòd ipse A. habebat tempore assertorum delicti, & condemnationis exinde ac apprehensionis, & nunc meliora, potiora, & anteriora, iura, quam Fiscus, quia (sub datur causa.) Quare cum prædicta vera sint, petit, & requirit prædictus A. per præfatos Illust. Quæstores, & conseruatores eorum sententia diffinitiua pronuntiari, & declarari, ac sententia dictas cridas nullas, & nullius valoris efficaciæ, & momenti & vbi aliquas, eas non potuisse, nec posse præiudicare, neq; nocere præfato A. nec eius iuribus vti habenti meliora, potiora, & anteriora iura quàm habeat ipse Fiscus, condemnarique ipsum Fiscum Regium ad dandum, & soluendum ipsi A. dictas libras mille Imperiales, vel tot ex bonis dicti N. vsque ad dictam summam vna cum omnibus damnis, expensis, & interesse, vel ad relaxandum dicta bona, in vim pignoris, & hypothecę, vsq; quo integraliter satisfactus fuerit gaudende si de dominio sic ad relaxãdum, & dimittendum dicta bona ipsi A. spectantia, & pertinentia iure dominii vel quasi. (Antiquitus loco quare, &c. sic & sic in omnibus, & de verbo ad verbũ, prout supra continetur petiit (ex hoc videtur quod curari per proclama efficiantur actores, cũ de iure Fiscus debeat agere peritione v. g. hæreditatis contra indignos, a pro rebus singularibus rei vendicatione, & seruare iuris ordinem. Bal. l. 1. C. de cond. & procur. lib. 11. Ian. Gal. q. 360. in decis. diuerso.)

&

& requirit per prefatos Magistros debere fieri, pronuntiari, & declarari) & in, et super premissis omnibus, et singulis, etc. ius, etc. vt supra, et predicta petit non tantùm modo quo supra, sed alias omni meliori modo, etc. deducens, etc. non se astringens, etc. saluo iure, etc.

Et ad verificationem premissorum, et ad omnem bonum finem, et effectum qui melius eidem A. prodesse, et proficere possint produxit, et exhibuit, et producit, et exhibet infrascripta instrumenta, scripturas, et iura, et hoc solummodo in illis parte, et partibus, punctis, et articulis, etc. dicto A. et iuribus suis fauorabilibus, et non aliter, nec alio modo, nec vltra, nec in plus, de quibus quidem instrumentis, scriptis, et iuribus idem A. obtulit, et offert separatum cum effectu copiam facere, & quòd fiat copia in scriptis, & per exemplum dictis Fiscalibus, & procuratoribus præfatæ Cameræ Ducalis, & Agentibus pro ea, & cuilibet alij eam habenti volenti, & debenti de iure, & eo modo, quo debet de iure non intendens tamen fateri quod sit, vel esse possit, vel aliqualiter facere in fauorem præfatę Cameræ, sed pęnitus difiteri, &c. saluo iure, &c. nunc verò sic breuius; & ad effectum producit infrascripta eius iura in solis partibus, &c. cum oblatione copiæ, &c, saluo iure, &c. quæ quidem instrumenta, & iura sunt hæc videlicet, in primis instrumentum vnum, &c. Insuper dictus A. iurauit, &c. prædictam petitionem, seu contradictionem malitiosè, nec animo calumniandi non facere, nec in aliquam fraudem Fisci, alteriusuè persoņę, sed credere iustam facere causam, iuraq; & instrumenta, seu causas, quarum vigore contenta in petitione seu contradictione consequi intendit, esse bona, integra, & vera, & non ficta, nec simulata. si dixeris te creditorem, vel bona condemnari tibi esse obligata pro credito, subdes, & te esse verum creditorem dictarum librarum mille imperialiũ, post subditur, & in omnibus, & per omnia iurauit, & iurat, prout iurari requiritur ex forma ordinum. *Ex no. cõst. nota l. 4. de*

Nota quòd aliquando fiunt cridæ de bonis debitorum Fisci, eorumque fideiussorum, sòciorum, & participum ex causa debiti, quibus si quis cõtradicit iure eius crediti, tenetur iurare, quòd in veritate ipsam comparitionem, & iu *iure, et pri vileg. Fisci cap. id etiã ampliꝰ.*

rium productionem non fecit, nec facit per malitiam, nec in fraudem, sed credens iustam fouere causam, & quòd instrumenta, & iura producta sunt vera, non ficta, nec simulata, & quòd eorum causa sunt veri creditores in toto, vel pro parte, partem exprimendo ex nouarum constitutionũ l. 4. de iure & priuilegio Fisci, & id etiam, & quando intentionem tuam non probares per instrumentum, posses annectere capitulum probè ad fundandum intentionem tuã, secundum subiectam materiam, puta, primò, quòd verum est &c. quòd dictus A. de anno &c. & de mense &c. ipsius anni dedit, & numerauit ex causa mutui gratuiti dicto N. tunc presenti, & recipienti libras tot imperialium, quos denarios dictus N. promisit sub obligatione sui, & bonorum suorum presentium, & futurorum pignori dicto A. præsenti, & stipulanti dare, & soluere, restituere, & reddere ipsi A. seu eius procuratori, aut cui &c. inde ad annum vnum proximè futurum, seu vt in facto. Si autem ageres actione dominij oportebit te capitulare de titulo, si verò fideicommissaria de geneologia, & te vocatum esse. Item bona descripta esse, & fuisse in bonis fideicommittentis, & per illum possessa tempore eius mortis, & sic de singulis, sed verum est, quòd ista capitula possent fieri separatim à contradictione, post ipsam contradictionem citato Fisco, hoc tamen ad beneplacitum procuratorum, tunc capitula, siue separata, siue annexa deferuntur vni ex Fiscalibus qui solent dicere, admittatur, saluo iure &c. vbi tamen non sint notorie impertinentia, mox proceditur ad vlteriora, & forte alibi dicam quomodo procedatur corã Magistratibus. Quomodo procedatur coram Magistratu, nempe per memorialia fere, hic autor dicere omisit, quia causa coram Magistratu vertentes parum negotij faces-sunt rau sidicis, quia Notarij, & scribæ Magistratus consulendo præstò sunt omnibus litigatoribus, & ab ipsis facilè quilibet mediocriter forensium causarum peritus scire potest quidnam sibi agendum sit. Hic subieci formulam libelli in materia stocchi, quam studiosus in suum locum transferret. res est quam nullus attigit, & noua formula, ideo notatu digna.

Li-

Libellus in actione personali, siue stocchi, & in qua actione condico etiam chyrographum.

1600. &c.
Productū &c.
In nomine domini &c.
Antonius Cicada &c.

Agit & in iure proponit contra Io. Baptistam Versatilem telarum negotiatorem, nec non quamcunque aliā personam, quæ pro eo in iudicio legitime interuenerit, non in modum solēnis libelli; sed qualis, qualis petitionis &c. dicens & proponens quemadmodum Anno die mensis cum Eunomus Musicus & Philosophus carceribus esset mancipatus ob æs alienū ac pecunijs egeret, rogauerit tam ipse Antonius quam Eunomus prefatum Versatilem, vt mutuo daret ei Eunomo lib. Quòdque idem Versatilis obtulit eas pecunias dare mutuo, sed quia volebat ex mutuo lucrum percipere, & lucrum non leue, sed vt est apud Homerum aurea pro chryseis, & centena pro nouennis, & Eunomus quibuis paciscī cogeretur, vt se redimeret; propterea Versatilis ipse conuenit cum Eunomo, & Antonio Cicada vt lucri nomine soluerentur libræ tres imper. pro quibusuis lib. tribus imper.

Verum cum Versatilis sciret hanc conuentionem esse turpem & hebraicam; titulum, causamq; contractus mutui in venditionem commutauit.

Finxit itaque se eisdem Eunomo, & Cicadæ vendere brachia siue vlnas telæ, quę tela (licet ipsis singulis Cicada, Eunomo, Versatili consentientibus) in fraudem legum, & ad coloranduṁ vsurarium contractū, æstimata fuit pretij librarum sex in singulis vlnis; cuius pretij summa in vnum collecta conficit summam lib. 163. sol. 16.

Hanc vero ipsam telam ab eisdem, idem Versatilis mox per submissam personam excipiebat, & fingebat eme-

re,

re, sed pretio minimo, nempe lib. trium in singulis vlnis.

Secundò finxit se vendidisse eisdem quandam telæ petiam pretij lib. 72. quæ nunquam fuit in rerum natura.

Tertiò finxit & composuit talem parcellam de qua in infrascripto chirohrapho; idest *Eunomo de dare per conto vecchio com'appare al libro lire 33. sol. 11.*

Vnde ex supra narratis facile colligitur istud fuisse re vera stocchum, & eum versatilem pro mutuo, & vsu pecuniæ lib. expungatur vix. ad vtendũ per mensem datarum exigere voluisse fœnus iniquissimũ.

Quodque omissa veri contractus, & verarum parcellarum mentione, imò mixtis veris parcellis, cum confictis, voluit præfarum Eunomum, & Cicadam insolidum sibi obligari, & sibi cautionem chyrographariam conscribere in qua fatentur se teneri eidem partim ex mutuo lib. partim ex venditione tela pretij lib.

Quodque dicta obligatio siue cautio ac chyrographũ, licet tortasse valere potuerit ac valeat pro pecuniis re ipsa mutuo datis, & creditis, pro parcellis tamen confictis in fraudè vsurarum, & pecunia verè non numerata ac rebus verè non traditis, sed vltra sortem promissis, ad ratam videlicet, valere non debet, nec potest, nec vllam obligationem parere, imò condici potest.

Quare cum prædicta vera sint & fuerint petit præfatus Eunomus, quatenus ipsi dd. consules velint, & debeant sua sententia definitiua in scriptis dicere, declarare, & pronuntiare dictam obligationem, promissionem, & chyrographum non valuisse, nec valere nisi pro summa pretii vere recepti, idest lib. pro residuo autem, quod est lib. & prout melius in processu causæ liquidabitur, circunscribendum esse dictum chyrographum, nec vllam efficacem obligationem peperisse, aut effectum sortiri posse aut debere. Et prædicta non tantum modo quo supra, sed alias etiam omnibus modo &c. non se tamen adstringens &c. petens &c.

Deducens &c. sal. &c.

Et ad effectum, &c.

Quid

Quid facere debebat Reus vocatus in iudicio.

Exceptiones ab actione non sunt separandæ, ideo post tractatum de Actionibus, sequitur vt de exceptionibus dicamus. Rei igitur vt plurimum solent vel contradicere, vel negare, vel excipere. Nominare Dominum in iudicio. Declinare forum: dicere non constare: Petere consilium sapientis: dicere Instrumentum carere solemnibus, & vt pendente iudicio ciuili à criminali supersedeatur. Pactum fuisse impossibile: Inutile; Simulatum illicitum stocchū. Transactum Iudicatum præscriptum petitum compromissum calculos erroneos esse.

Ex Asin. §. 13. Maranta par. 4. dist. 12. n. Paxin forma declinandi iuris ind. ex Alcia. Brun. & Lafraneo Oria.

REus autem siue procedatur per viam libelli, siue requisitionis, tenetur comparere si velit contendere, & proponere eius exceptiones magis excludentes intentionem actoris. Hinc Asin. §. 13. dicit exceptiones reduci ad duo genera: quia vel sunt perpetuæ, & peremptoriæ, aut temporales, et dilatoriæ: perpetuas verò, et peremptorias esse sic dictas, eo quòd agentibus semper obstant, et de qua agitur, rem semper perhimant, qualis est exceptio dolli mali, quod metus causa factum est, et pacti de vlterius quicquam non petendo, sub qua venit exceptio iusiurandi, transactionis, et rei iudicatæ, quæ litis finitæ appellantur ob id, quod litis ingressum impediant, quando post litem contestatam proponuntur, tunc merita causæ respiciunt, et ad hæc possent deduci statuta, et nouæ constitutiones præscribentia tempus, et facultatem aliquid agendi in iudicio, quę breuitatis causa omittenda duxi, puta ℣ Magistri grammatices, et repetitores eorum non audiantur super eorum mercede lapsis sex mensibus post annū, nisi saltem intra dictos sex menses querimoniam deposuerint, coram iusdicente. Idem Marosserij lapsis sex mensibus post mercatum. Neque operarij lapso semestri à die præstitarum operarum, et sic de alijs.

C. ap. 361. vol. 2.

Cap. 421. vol. 2.

Temporales autem exceptiones, et dilatoriæ sunt, quæ ad tempus nocent, et temporis dilationem tribuunt, veluti pacti conuenti, ne intra certum tempus ageretur, puta in-

intra quinquennium, & earum effectus est, vt negotium principale non pereimant, sed causam, seu iudicium differant in aliud tempus. Et istarum exceptionum dilatoriarum tres sunt species, quædam enim Iudicem respiciunt, vti fori declinatoria, seu incompetentiæ, aut recusationis: quædam litigantes, vti sunt legitimationes personæ, pura & pupillus sine tutore, & minor sine curatore, filius sine consensu patris, vel procurator sine mandato, vel cum mandato falso & incerto; hic obiter pono illam quæstionem, an præsumatur pro exhibente mandatum quòd sit ille in eo descriptus, idem de præsentante litteras &c. Stracha de mercatura ad tit. mandati, num. 30. 40. mihi 115. dicit præsumi quando scriptura facit fidem per multas auct. allegatas quædam aliæ libellum, causamque ample tuntur vt libelli inepti, & obscuri, vel male agis, & ante die agis, de quibus plenè tractat Asin. per totum. §. 13. Verùm per nouas constitutione. c. 2. de Iudicijs. c. & ne processus. & statut. c. 23. fol. 9. cautum est, quòd omnes exceptiones, replicationes, & triplicationes dilatoriæ, declinatoriæ, peremptoriæ, & ceteræ cuiuscunque generis sint, de quibus non sit cognitum, neque decisum inter partes (statur. addit. & intelligatur cognitum, & decisum per sententiã, quæ in rem transierit iudicatã, vel aliàs emologatam per partes, vel arbitramentum, quæ in rem transierint iudicatam qñ de iure, vel ex forma statutorum peti non potest reuisio, vel aliàs per partes emologata, vel per iuramentum delatum à parte parti præstitum, vel habitum p relato, & exinde per partem iurato, coram Iudice, vel Arbitro, vel Arbitratore, vel consultore, vel per transactionẽ iuratam) sint saluæ vtrique parti in fine litis tempore disputationis faciendæ: quæ quidem exceptiones reiectæ intelligantur, si de ipsis in sententia (statutum addit, vel arbitris, vel arbitramentis,) vel in pronuntiatione (constit. addit, faciendo super causa principali) non fuerit facta mentio. Veruntamen vbi compereret exceptio declinatoria, deberet ea sola allegari, nec ad alia implicari, quoniam ista exceptio est de iurisdictionis exercitio, & cessante exercitio iurisdictionis, cætera sunt superflua cum respiciant exercitiũ iurisdictionis. est etiã alia exceptio re-

Mar. par. 4. dis. 12. nu. 12. Pap. vis. nu. 3.

ficien-

sciendarum impensarum, quæ nisi purgata, nō pōt ad vltē- Ex Berta
riora procedi. Et allegans exceptionē declinatoriā vlte- ch.
rius non comparebit cōrā Iudice, & si per ipsum ad vlte- Ex Maran
riora processum fuerit, appellabit ab vlteriori processu; so. ta.
let tamen recurrere ad Principem, qui dat litteras Iudici, vt
vbi iurisdictio ad eum nō spectet, causam, & partes remit
tat ad suum Iudicem, quarum virtute pronuntiatur super
articulo iurisdictionis.

Et in conclusione responsionis omnino petet se absolui
ob obseruationem Iudicis, qñ nō militant prætatæ exceptio
nes, & si super sola declinatoria vis vt cognoscatur petes
in specie per Iudicem super ea pronuntiari aliter, quā per
processum ad vlteriora, quia Iudex tenetur in spēcie pro-
nuntiare secus processus esset nullus per ea quæ dicit Stra-
ticus c. 1. nu. 10. quia multipliciter pōt deuenire vltra præ-
fata, puta, vel ob ineptitudinē libelli, vel alios defectus, q̄
in processu causæ apparent. Et si ergo mera nō cōtrahen
di Actorē, potest ista sibi, & semel recōuenire eum, vel
opponendi cōpensationē deducet, & allegabit eōdē actus
Vnde sciendum est, q Reus cōuentus in iudicio, h̄ debet Ex Mar.
aliquid ab Actore, habet duplex remediū repellendi Actō p. 4. diff. 67
tem. primū est per viam compensationis (de quā dixim̄ ind.
constat per aliud instrumentū, & impedit et executionē,
Menoch. de arbit. cas. 117. nu. 8.) quā potest illi opponere, etiā
si esset debitor naturaliter, verùm quia non semper datur
hoc remediū, quia ita demū habet locum, si debitū vtrinq;
sit liquidum, secus si ex vna tantùm parte esset liquidū, vel
si ex vna parte deberet species, & ex alia quantitas, quia
de liquido ad illiquidum non fit cōpēsatio, nisi in duobus
casibus, videlicet, qñ per confessionē rei liquidatū est de-
bitū Actori, quia tunc admittitur compensatio de debito
rei illiquidæ, quod venit liquidum in processu, & quando
id, pro quo volo compensare, potest liquidari intra breue
terminum iudicis arbitrio statuendum. In illis ergo casib.
in quibus cessat remedium compensationis, necesse est re-
currere ad secundū remediū reconuentionis (reconuentio-
nis hoc remediū nō semper habet locū. v.g. si causa sit exe
cutiua, siue summaria, & reconuentio requirat plenā cau-
sa cognitionē. Inn. c. 1. de mut. pet. Auth. & cōsequēter

natura conuentionis est, vt pręponatur in principio litis, ante litem contestatam in causa conuentionis, et tunc procedit pari passu cum ipsa reconuentione, et sic fit simultaneus processus videlicet, quia eodem tempore, quo lis contestatur in vna, debet contestari in alia, et sic in datione termini probatorij, et in alijs Actis causæ; Verùm prius respondebitur actori, et fiet actus super conuentione, et postea super reconuentione, immediatè posset etiam fieri reconuentio in alia parte iudicij, sed tunc non sortitur idem priuilegium; vide de hac materia, Mar. par. 4. in 6. distin. iudiciorum.

No. cons. libr. 2. de iud. & post sunt tamē, & de arb. §. hæcque petitio.

Et post ipsas exceptiones oppositas faciet productionem iurium suorum in genere si voluerit, et si erit in casu petet consilium sapientis, vel denuntiabit compromissum vel saltem citata parte intra (respectu consilij sapientis) terminum decem dierum vtilium, et respectu compromissi intra quidem decem dies, sed continuos à die respõsionis factæ, saluo quòd in executiuis compromissum debet peti intra quatuor dies vtiles post iurium productionem Actoris, et alibi referam statuta non admittentia cõsilium sapientis, neque compromissum: Mediolani, etiam si subest iusta causa recusandi Iudicem: solet opponi, sed rarò quo ad ordinarios.

Stat cap. 115. & 42. vol. I.

Aduertendum erit, quòd exceptiones, seu responsiones faciendę à Reo, proponendæ erunt secundum subiectam materiam petitionis Actoris cum eo grano salis, ne Reum lædant, et Actorem non grauent superfluis impensis præsertim negando ea, quæ notoria sunt vel implicando exceptiones vanas, seu ad causam non facientes, puta, cum agitur inter Dominum, et conductorem occasione fictorum, non debet negare locationem, sine probabili causa statuto cap. 398. vol. 2. si re vera fuit in possessione, sed debet opponere vel solutionem, vel compensationem ob aliqua melioramenta in re facta vtiliter, necessario, vel aliter, hæc enim succedunt loco solutionum, et si factum erit sequestrum, vel repositio non precedente cognitione causę, curabit obtinere relaxum prestita fideiussione prout dixi in materia sequestri, et quando non appareret de mercede, tunc posset opponere bona tanti non potuisse, nec posse locari, et sic de huiusmodi.

Contra

Contra Agentem Actione Hypothecaria. vide sup. fol.

REus, si erit principalis debitor, non negabit contractum feciſſe, vbi ſcripto cõuincatur, ſed vel opponet nullitatem contractus vel ex perſona ipſius Rei, eo quòd eſſet minor, vel filius familias, vel mutus, aut ſurdus, & ſic de alijs vel ex natura Rei puta, quod agatur de mutuo facto filio familias, vel quòd non fuerit tradita pecunia, ſeu res, intra tamen biennium, in cæteris verò intra menſem, vel res obligata non poſſet obligari, aut pignori tradi, eo quia eſſet vel ſacra, vel religioſa, vel publica, vel aliena, & ſic de alijs: Si verò erit tertius poſſeſſor, poterit negare actionem Actoris aliter competere, & præſertim bona fuiſſe in bonis debitoris. Item non præceſſiſſe excuſſionem principalis debitoris, ſed hęc exceptio Mediolani eſt ſublata, vel conſenſiſſe ipſum creditorem, vel talia bona fuiſſe prius obligata dicto tertio poſſeſſori, & vbi aliquibus iuridicis exceptionibus ſe defendere non poſſet, offerret ſoluere debitum, ceſſa prius actione à creditore, vel per quemcunque reum poterit allegari exceptio præſcriptionis, quæ in omnibus ſuffragatur, quando competit, & ſic de alijs actionibus ſecundum earum materiam, & velle ſubijcere præcepta cuiuslibet actionis, eſſet nimis laborioſum, & parum prodeſſent mortuorum relicta monumenta. ſubijciam tantum reſponſionem generalem, quæ poteſt fieri ob declinationem alicuius Iudicis, & cauſas ſuſpicionis. præmiſſo tempore actus faciendi in termino citationis. Comparet B. nomine, & occaſione cuiuſdam aſſerti libelli, vt dicitur coram præfato Domino Iudice producti, & oblati per A. contra, & aduerſus ipſum comparentem, & nomine, & occaſione omnium, & ſingulorum in eo contentorum aſſertæ continentię (exprimatur in ſubſtantialibus) ac etiam occaſione termini per præfatum Dominum Iudicem, dicto B. aſſignati ad reſpondendum dicto aſſerto libello, & omnium, & quorumcunque in eo contentorum, dicens excipiendo (cum debita reuerentia) opponens, & proponens

ipſe

ipse B. præfatum Iudicem non fuisse, nec esse Iudicem competentem inter ipsas partes, & super causa, de qua in ipso asserto libello fit mentio tam inspecta conditione personę præfati Domini Iudicis, quàm conditione, & statu ipsarum partium, ac etiam qualitate ipsius causæ, prout it apertius in iuris allegationibus demonstrabitur, & in quantum appareret, vel apparet posset, prædictũ Iudicem esse in hac causa cõperentẽ, quod nõ credit, dicit idẽ B. ipsum fore ipsi B. & esse merito Iudicẽ suspectũ, & maximẽ cautis, & rationibus infrascriptis. Et primò quia dictus Dominus Iudex est affinis præfati A. & inimicus dicti B. comparentis, nec non, & similem causam agit in facto suo & aliis rationibus, & causis suis loco, & tempore proponendis. protestans ipse comparens in principio, medio, atque fine præsentis comparitionis, & oppositionis, quòd per præsentem actum, vel comparitionem, seu aliquam aliam, vel alium, quem, seu quam ipsum comparentem facere contigerit in futurum, non intendit, nec vult in prædictum Iudicem tanquam in eius iud. competencem aliqualiter consentire, quinimo cum omni reuerentia suam iurisdictionem, & audientiam tanquam Iudicis incompetentis, & suspecti omnino declinat. petens ex nunc in quantum appareat ipsum Iudicem competentem suprascriptum A. compelli ad eligẽdos iuris arbitros, qui de dicta suspectione cognoscant, & decidant, prout vtriusque iuris ordo postulat, & requirit.

Hinc nota quòd respectu exceptionis incompetentiæ, Iudex ipse poterit cognoscere, sed respectu suspitionis, ipse non poterit cognoscere, & si causa suspitionis spreta, & nullis electis arbitris, Iudex ipse de facto, & ex parte sua in causa procederet, processus ipse esset nullus, & nũc inodicit de iu- iõcompetentiæ, vel suspitionis, aditur Princeps, qui dat litteras Iudici vt vbi iurisdictio ad eum non spectet, causam, & partes remittat, & respectu suspitionis deleget aliquem Iudicem, coram quo probetur causa suspitionis, de iure potest peti, vt ipsemet Iudex cogat partem ad dandos arbitros, coram quibus possit probari causa suspitionis in termino præfixo à Iudice, quæ exceptio recusationis

Ex Mar. et Pap. et Ori. qui Orian. mc. recus. re ciuili sufficere al legare iud. suę ord. si- ue deleg. su iure potest peti, suspect. absq; dum

sationis militat etiam in Actuario ordinario banci, quæ purgatur dato adiuncto: & quæ quidem exceptiones possunt aliquando militare simul, & aliquando diuisim, & sic proponendæ, prout casus contigerit, & insipienter faciunt hi, qui exceptiones multas proponunt, quæ non faciunt ad causam, quia deberent condemnari in expensis: responsio verò in meritis sic ponitur. prœmisso tẽpore actus faciendi,& prœsentia Iudicis.Comparet B.cũ reseruatione &c.& citra prœiudiciũ eius iurium,&c. citraq; animũ cõtestandi aliquam litem,in termino eidem, vt dicitur, statuto ad deliberandum,& respondendum asserto libello,vt dicitur, producto per A. & intimato ipsi B.assertæ continentiæ (exprimenda in substantialibus) & prout latius in dicto asserto libello,vt dicitur producto sub asserta die,dicitur contineri,ad quẽ relatio habeatur citra prœiudiciũ, &c.quem quidẽ libellum,& contenta in eo dictus B.acceptauit,& acceptat in partibus punctis,& articulis,& capitulis sibi,& eius iuribus vndequaq; fauorabilibus tantum etiam in vim iudicialis, & irreuocabilis confessionis, in prœiudicialibus autem dixit, & dicit de nullitate, & excipiẽdo proponit,ipsum assertum libellum fuisse, & esse nullum,& omnia in eo contenta fuisse,& esse,nulla, nulliusq; valoris efficaciæ,& momenti,& superinde non posse ad vlteriora procedi plurib. rationibus,& causis suis loco,&c. primò quia saluis alijs suis productus minus solenniter,& legitimè. Item non seruatis de iure seruandis. Item loco,& tẽpore in congruis. Item per dictum A. personam minus legitimam, quam non constitit esse talẽ qualem se fecit,& vbi,&c. saltem carentem iure, & actione taliter agendi, prout agere velle videtur. Item, & quia dictus assertus libellus fuit,& est incertus generalis, vagus,& obscurus,& non concludens,peccans in materia,& forma, nullamque in se continens causam certam legitimam agendi, sed prorsus contrarietatem, & repugnantiam continens manifestam, carensq; omni debita iuris solemnitate, & demum talis, cui de iure non fuit, nec est respondendum, cui quidem in quantum iure aliquo respondere teneatur, & saluis prœmissis, à quibus discedere non intendit, dicit, & respondet non tantũ animo contestandi litem, narrata

causæ cũ iuramento

secus de iure canonico.

Ex Pap.

non fuisse, nec esse vera, & petita, prout petentur, fieri non debere. Hic poterit Reus allegare, si voluerit, exceptiones particulares, puta, præscriptiones, & cætera in facto militantia, secus poterit more Mediolanensi generali exceptione, puta, obstare tale quid, propter quòd respondere, &c. seu non competere actionem, vel remedium intentatum: & concludendo petet se absolui ab instantia præsentis iudicij, vel à dicto libello, & contentis in eo, prout melius videbitur iuri, & iustitiæ conuenire, dictumque A. condemnari in expensis, damnis, & interesse passis, & patiendis, & factis, & fac ēdis, saluis semper, & reseruatis ipsi B. omnibus alijs suis exceptionibus, & defensionibus, de quibus protestatur. Potest quoq; reus offerre debitū, & cogere agentem ad confessionem Bart. l. res obl. leg. 1. quando verò esset in casu reconueniendi Actorem, petet etiam sibi ius, & iustitiam fieri, & ministrari, postmodum petet consilium sapientis dicendo, & prædicta cum petitione consilij sapientis, vel compromissum, si causa est inter compulsos, hoc modo, & prædicta cum denunciatione compromissi. Vnde ipse comparens in eius arbitrium, & Arbitratorem nominauit, & nominat C. suppositum iurisdictioni prædicti Mag. D. Iusdicentis, cui in contumaciā seu renitentiam dicti A. eius arbitrum dare, & nominare recusantis, seu negligentis, causam compromitti, & fine debito terminari petit, aliter, &c.

§. 2. *Quibus in casibus procedat, vel non compromissum.*

ET omissa causa consilij sapientis, quia suo loco tractabitur, nunc videndum erit, priusquam ad vlteriora in processu procedamus de causa compromittenda, nempè quibus casibus cesset, nam contrariorum eadem est disciplina, & oppositа iuxtà se posita magis eluescunt. Itaque in decisis secundum statuta, & nouas constitutiones tàm per se sententiam, quàm arbitramenta, quæ mereantur exequutionem, ideſt, quando in rem transierunt iudicatam, vel aliàs per partem emologata, & intelli-

Cap. 141. non. const. lib. 2. ea. in fine.

gun-

guntur arbitramenta transiuisse in rem iudicatam, quando de eis, de iure, vel ex forma statutorum peti non potest reuisio, vel per iuramentum iuditio à parte parti delatum, vel habitum pro relato, vel per quamlibet vltimam voluntatem non abolitam, nec cancellatam, nec in aliqua sui parte vitiatam, vel alium contractum, de quo appareat publicum instrumentum, à publico Notario confectum (statutum addit iuratum, & aliud statut. cap. 205. dicit, quòd quando quis incipit alia via executiua agere, quàm via statuti incipientis, si quis prima facie, quòd non admittatur denunciatio compromissi, etiam si instrumentum non esset iuratum.) Item compromissum non potest peti ex dispositione dicti statuti in causis appellationum (& constitutiones dicunt, si in causa principali petitum non fuerit compromissum, in causa appellationis peti non potest) reuisionum arbitramentorum nec grauaminum, nec in articulis emergentibus, & incidentibus, nec in causis cridarum, quæ fiunt de bonis vendendis, nec in causis alimentorum præsentium, & futurorum, aut legatorum factorum ad pias causas, aut pupillorum, viduarum, orphanorum, minorum annis viginti, & miserabilium personarum, quando non excedunt summam, seu valorem librarum centum Imperialium ex statut. cap. 47. Item in respondendo positionibus ex statuto cap 83. & compromissum, licet petitum fuerit in materia statuti, si quis prima facie, & alterius statuti, si contingat per apparentem, & Nouarum Constitutionum eodem titulo, & alterius statuti de prętendente, locum esse caducitati, lapso termino quindecim dierum vtilium, non impedit executionem Iudicis ordinarij, quando nil fuit probatum. Item non datur compromissum in materia statuti de satisdatione volentis ędificare super suo, vel communi, cui fuerit denunciatum, & de opere moliendo cap. 300. Idem in dispositis per statut. cap. 341. circa refectionem parietis muri sui proprii, neque in dispositis per statut. cap. 129. de colono debitore non recipiendo, si denuntiatum fuerit. Idem in materia statuti cap. 398. de restitutione rei locatæ, nec in relaxatione bonorum locatorum venditorum prævio

iuramentum ex cap. 135. non poterit tamen compromitti etiam de consensu partium, nisi obtenta licentia
Vide Brn. q. 4. n. 46. à Principe, Aduocato, qui sit Aduocatus illius causæ, nec consulteribus Dominorum Consulum Iustitiæ Mediolani, ex dispositione stat. cap. 61. vol. 1. & 55. fol. 18. vol. 1. Neque impediendum executionem, quia compromissum est velut transactio, & quãdo illa locum nõ habet, neq; compromissum neque in causis criminalibus ex consuetudine, nisi quando principaliter ageretur ad commodum priuatum.

Effectus autem petitionis compromissi factę, & petiti intra decem dies à die litis contestatę c. 115. vol. 1. seruata forma à statuto, & nouis constitutionibus tradita est multiplex, nam eo petito non licebit alteri parti corã alio iusdicente etiã pro alia causa ciuili in ius partem trahere durante tamen instantia ipsius compromissi cap. 115. volum. 1. Item eo petito nullum tempus curret donec factum fuerit c. 116. Finito autem compromisso iungu ntur tempora Auth. si tamen. Item eo facto siue voluntario, siue necessario, & durantibus eius prorogationibus non currit tempus alicuius instantiæ causæ, principalis, aut appellationis nullitatis, querelæ, supplicationis, uec alterius instantiæ, vel dilationis indultæ, siue à quouis iure, siue ab homine sit, & hęc causa sit siue ciuilis, siue criminalis mota c. 39.

Quãdo verò compromissum petitum non fuisse in termino, tunc poterit peti parte citata durante illo termino decendij, vel quatridui, vel denuntiari per actum publicũ in quo actus sit nominatus Arbiter, & in termino citationis facere sequentem petitionem.

In Nomine Domini &c. 1580. Indictione octaua die mensis hora Coram Mag. Domino Prętore Mediolani, sedente, &c. Comparuit A. in causa contradictionis, & alia quilibet causa, & quæstione ver. tente inter dictum A. & inter B. parte altera, & dixit, & exposuit præfato Domino Iudici, quòd ipsi A. & B. sunt affines, videlicet fratres, & quòd sunt tales personæ, quæ ex forma statut. Communis Mediolani, possunt, & debent cogi ad compromittendum in amicum, seu amicos com-

mu-

munes per eos eligendos de quæstione vertente inter dictas partes coram præfato Domino Iudice,& dependentibus iccirco petit, requirit, & denuntiat præfato Domino Iudici, quatenus cogat, & compellat, & cogere, & compellere velit ipsas partes ad compromittendum, & compromissum faciendum in amicum, seu amicos communes per ipsas partes eligendum, seu eligendos secundum formam dictorum statutorum de dicta quæstione vertente inter dictas partes, vt supra, protestans, si secus fieret de nullitate processus à modo in antea faciendi, si quem fieri cõtigerit,& de omni pœna, de omnibus damnis, expensis, & interesse passis,& patiendis præmissorum occasione per ipsum A. si prædicta non fierent, & ex nunc, ipse A. elegit, & eligit N. in eius amicum communem, in quem vna cum eligendo per partem aduersam fiat dictum compromissum, protestans, per ipsum A. non stare, quin ipsum compromissum fiat. Facta ista nominatione per alterum, tunc si pars contumax fuerit in nominando suum Arbitrum præcipitur alteri vt compareat ad nominandum sub tenore infrascripto, videlicet eius Arbitrum laicũ suppositum iurisdictioni præfati Domini Prætoris, ad effectum, vt in talem eius arbitrum, & Arbitratorem nominatum per ipsum Dominum instantem, possit fieri compromissum de iure, & amicabili compositione debite, & causa vertente inter dictas partes coram vtsupra, occasione assertorum alimentorum,(seu prout in facto) quę prętendit dictus A. & expensarum,&c. iuxta expressam dispositionẽ & Nouarum Constitutionum,& statut. Communis Mediolani,& successiuè compareat coram vtsupra die mensis in ad faciendum dictum compromissum, iuxta formam dictorum ordinum, alioquin ad videndum in eius contumatiam, renitentiam, & negligentiam dicto termino lapso fieri ipsum compromissum in Arbitratorem nominatum per ipsum A. & ad alia, &c. & si sit commissio de partium consensu hoc modo concipi potest 1580. Indictione octaua, die mensis

Coram, &c. præfatus Magnificus Dominus Præfator causã præcepti,& petitionis,ac contradictionis, & exceptionũ vertentẽ inter A. ex vna,& B. ex altera corã

iuramentum ex cap. 135. non poterit tamen compromitti etiam de consensu partium, nisi obtenta licentia à Principe, Aduocato, qui sit Aduocatus illius causæ, nec consultoribus Dominorum Consulum Iustitiæ Mediolani, ex dispositione stat. cap. 61. vol. 1. & 55. fol. 18. vol. 1. Neque impediendum executionem, quia compromissum est velut transactio, & quãdo illa locum nõ habet, neq; compromissum neque in causis criminalibus ex consuetudine, nisi quando principaliter ageretur ad commodum priuatum.

Vide Brun. l. 4. n. 46.

Effectus autem petitionis compromissi factę, & petiti intra decem dies à die litis contestatę c. 115. vol. 1. seruata forma à statuto, & nouis constitutionibus tradita est multiplex, nam eo petito non licebit alteri parti corã alio iusdicente etiã pro alia causa ciuili in ius partem trahere durante tamen instantia ipsius compromissi cap. 115. volum. 1. Item eo petito nullum tempus curret donec factum fuerit c. 116. Finito autem compromisso iungu ntur tempora Auth. si tamen. Item eo facto siue voluntario, siue necessario, & durantibus eius prorogationibus non currit tempus alicuius instantiæ causæ, principalis, aut appellationis nullitatis, querelæ, supplicationis, uec alterius instantiæ, vel dilationis indultæ, siue à quouis iure, siue ab homine fit, & hęc causa sit siue ciuilis, siue criminalis mota c. 39.

Quãdo verò compromissum petitum non fuisse in termino, tunc poterit peti parte citata durante illo termino decendij, vel quatridui, vel denuntiari per actum publicũ in quo actus sit nominatus Arbiter, & in termino citationis facere sequentem petitionem.

In Nomine Domini &c. 1580. Indictione octaua die mensis hora Coram Mag. Domino Prętore Mediolani, sedente, &c. Comparuit A. in causa contradictionis, & alia quilibet causa, & quæstione vertente inter dictum A. & inter B. parte altera, & dixit, & exposuit præfato Domino Iudici, quòd ipsi A. & B. sunt affines, videlicet fratres, & quòd sunt tales personæ, quæ ex forma statut. Communis Mediolani, possunt, & debent cogi ad compromittendum in amicum, seu amicos com-

mu-

munes per eos eligendos de quæstione vertente inter dictas partes coram præfato Domino Iudice, & dependentibus iccirco petit, requirit, & denuntiat præfato Domino Iudici, quatenus cogat, & compellat, & cogere, & compellere velit ipsas partes ad compromittendum, & compromissum faciendum in amicum, seu amicos communes per ipsas partes eligendum, seu eligendos secundum formam dictorum statutorum de dicta quæstione vertente inter dictas partes, vt supra, protestans, si secus fieret de nullitate processus à modo in antea faciendi, si quem fieri cõtigerit, & de omni pœna, de omnibus damnis, expensis, & interesse passis, & patiendis præmissorum occasione per ipsum A. si prædicta non fierent, & ex nunc, ipse A. elegit, & eligit N. in eius amicum communem, in quem vna cum eligendo per partem aduersam fiat dictum compromissum, protestans, per ipsum A. non stare, quin ipsum compromissum fiat. Facta ista nominatione per alterum, tunc si pars contumax fuerit in nominando suum Arbitrum præcipitur alteri vt compareat ad nominandum sub tenore infrascripto, videlicet eius Arbitrum laicũ suppositum iurisdictioni præfati Domini Prætoris, ad effectum, vt in talem eius arbitrum, & Arbitratorem nominatum per ipsum Dominum instantem, possit fieri compromissum de iure, & amicabili compositione debite, & causa vertente inter dictas partes coram vtsupra, occasione assertorum alimentorum, (seu prout in facto) quę prętendit dictus A. & expensarum, &c. iuxta expressam dispositionẽ & Nouarum Constitutionum, & statut. Communis Mediolani, & successiuè compareat coram vtsupra die mensis in ad faciendum dictum compromissum, iuxta formam dictorum ordinum, alioquin ad videndum in eius contumatiam, renitentiam, & negligentiam dicto termino lapso fieri ipsum compromissum in Arbitratorem nominatum per ipsum A. & ad alia, &c. & si sit commissio de partium consensu hoc modo concipi potest 1580. Indictione octaua, die mensis

Coram, &c. præfatus Magnificus Dominus Præfator causã præcepti, & petitionis, ac contradictionis, & exceptionũ vertentẽ inter A. ex vna, & B. ex altera corã

vtsupra, visa prius petitione compromissi, auditisque iplarum partium procuratoribus omnibus modo, &c. compromisit, & compromittit in N. Arbitrum, & Arbitratorem communiter nominatum, & electum per dictas partes. si verò quælibet nominauerit suum, si dicitur, in N. nominatum per ipsum A. & N. nominatum pro parte ipsius B. deinde subditur clausula, qui causam ipsam decidere, & terminare habent, seu habeant ad formam nouarum constitutionum, & statutorum obligando, propterea ipsas partes, & earum bona, ad obseruationem arbitramentorum, prout ordines disponunt. Si verò eligatur Notarius additur elegit N. ad recipiendos actus, si qui fient, & rogitus arbitramentorum inclusiuè signatur mox præsentibus partibus, seu N. &c.

Facta ista commissione, Actor citat partem ream ad videndum fieri quamcunque petitionem, vel coram ipsis producit libellum, & sic coram eis exinde proceditur, & seruatur ordo Iuris in omnibus, & per omnia, prout fit, & proceditur coram Iudice ordinario, & si ipsi Arbitri inter se discordes essent, quòd facere contingit ad importunitatem alterius partis, tunc protestatur discordia per alterum Instrumentum publicum, vel in actis præuia citatione partis, qua discordia attenta citatur altera pars coram Iudice ordinario ad dandum eius listam confidentium Magn. I. C. Collegio Ciuitatis Mediolani, tot numero, quot concurrant in vnum cum confidentibus dandis per ipsum instantem, ad hoc, vt commissio fieri possit in tertium Arbitrum I. C. de Collegio iuxtà formam ordinum Mediolani, cum clausula quòd aliter commissio fiet in contumatiam seu renitentiam, & coram ipso tertio Arbitratore proceditur instar consultori, nili quòd habet tam in procedendo, quàm in decidendo illud arbitrium, & potestatem, quod, & quam alij Arbitrij, seu Arbitratores primo loco electi ex tenore, & dispositione compromissi, seu commissionis habeant, eamque viam sequantur, quam illi priores sequi poterant, & arbitramenta, quæ per ipsum assumptum facta fuerint, ita valeant, & operentur, ac & compromissum, & commissio in eum solum facta fuissent, qui tertius Arbitra-

bitrator tenebitur in acceptatione iurare, prout supra, dictum est de Commissario causæ, & donec assumptus fuerit dictus tertius Arbiter nullum tempus currit ad probationes faciendum à die transmissionis citationis pro eligendo tertio Arbitratore, donec fuerit assumptus. Dictus autem Arbiter tenebitur acceptare dictam commissionem, & iurare, vt supra, & coram eo procedent partes ad vlteriora, prout in processu causæ ordinariæ, quæ introducta sit coram consultore, si autem Reus non compareret in termino deliberandi, tunc accusabitur contumacia contra eum, lapso tamen biduo vtili, quæ Mediolani, solet hoc modo fieri, non accipiatur aliqua comparitio per N. contra N attento lapsu, & in calce libelli, quando per viam requisitionis proceditur, dicitur, non accipiantur aliqua verba attento lapsu: sed in alijs ciuitatibus accusatur contumatia, qua accusata, necesse erit Reo si voluerit audiri, vt eam purget prius, benè tamen verum est, quòd Reus, esto, quòd non compareret, non ob id censendus esset contumax, quia non semper tenetur respondere Actori, vel ex defectu Actoris personæ, vt puta, quando esset excommunicatus publicè vel haberet plures Actiones personales contra eundem coram diuersis iudicentibus delegatis. Vnde etiam statut. Mediolani cauet, quòd nemo debeat citari facere aliquem coram diuersis iudicentibus pro eadem re, vel negotio durante instantia, sub pœna nullitatis. Item quòd nullus possit petere coram iudicente Ducatus, vel Terrarum suppositarum Mediolani, vltra quantitatem, pro qua ei iudicenti concessa est iurisdictio, secus cadat à iure suo respectu superflui, pro quo ipse iudicens non habet iurisdictionem, & si diuiserit ius suum, petendo quotam, siue partem aliquam crediti sui coram ipso iudicente, priuatus sit toto credito respectu superflui, & sub pœna nullitatis processus, vel ex defectu, & nullitate actus, vt si citatio careret suis solennitatibus, vel aliqua earum, puta, certa die, & hora comparendi, vel nomine, & cognomine seruitoris, nam tunc non valet, nec sequuta exinde, & sic quando lex procedit annullando ob non seruatam formam, vt puta rescripta Principis sunt præsentanda citata parte intra mensem

ex forma nouarum constitutionum de iure verò intra annum : secus nulla sunt : Item nullum præceptum executiuum, aut impeditiuum potest concedi forensi cõtra subditum, nisi prius præstita fideiussione, secus annullando procedit, & sic de alijs. fallentiæ in materia cõpromissi decisa non veniunt in compromissum nisi fuerit renuntiatũ. Alex. cons. 22. col. 1. vol. 1.

Nec ea de quibus constat per instrumentum modo sit liquidum, & nisi quis intentet remedium statuti.

QVIS PRIMA FACIE ex dispositione eiusdem statuti.

Fallit nisi dubitetur an sint decisa, an ritè, & rectè iuratum, sententiatum. Plotus pag. 44. 40. & quæ dicantur decisa vide Bart. in Rep. l. omnes pop.

Non dicitur autem dubitarri si in continenti probetur l. cum quæretur. ff. iud. sol. vel vbi sententia, instrumentum, Laudum productum absque causę cognitione exeqùi debet : nam neque eo in casu locus est instantiæ, cum nil cognoscendum restat Socin. cons. 95. col. 2. vol. 1.

Caput sextum de probationibus, & temporibus probatorijs, & reprobatorijs in causa principali. de quibus Asin. prax. §. 18. cap. 2.

Nou. cõst. lib. 2. de iud. §. qua pet. stat. c. 22. 24. vol. 1.

SVcceßiuè post factam responsionem à Reo, vel non, lapso tamen vno die vtili incipiunt currere tempora probatoria, & reprobatoria quæ limitata sunt secundum naturam causarum videlicet in causis ordinarijs, vbi per viam contradictionis, comparitionis, vel querelæ procedatur : statutus est, & esse intelligitur vtrique parti videlicet Reo, & Actori terminus quindecim dierum vtilium petendi excipiendi, opponendi, probandi, per omne genus probationum, ac producendi & ostendendi quicquid partes ipsæ voluerint. Quo finito, quæcunque in eodem termino agitata, producta, & ostensa intelligantur, & sunt ipso iure publicata, ita vt de eis fiat copia si petita fue-

fuerit. Habent de hinc partes ipsæ post terminum Actori, & Reo statutum vtsupra terminum dierum decem vtilũ immediatè sequentium, ad reprobandum, & impugnandũ quæcunque producta probata, & ostensa in eo termino probatorio.

Nota quoad terminum reprobandi in statuto cap. 24. in eo statuto talem terminum datum fuisse reo separatim facta publicatione, ex eo quod pars non potest habere nota dicta testium nisi post publicationem; verum secus de iure communi, didicitis testificatus, non potest pars reprobare ea nisi per indirectum, Gabriel tit. de testib. conclu. 21. Et si aliqua partium in ipso termino reprobatorio articulos, vel capitula produxerit tendentia ad reprobandum probata, vel producta per alteram partem in primo termino, tunc liceat illi parti, contra quam producta fuerint, & cuilibet alteri, quia interfit, coadiuuare, & corroborare per legitimas probationes, probata, & producta in dicto termino. Quo termino reprobatorio elapso quæcunque agitata, producta, & ostensa in ipso termino intelligantur, & sint ipso iure, & facto publicata, & de eis fiat copia, vtsupra, & totus processus vtriusque partis intelligatur, & sit publicatus. Et prædicta omnia habent etiam locum in causis ordinarijs, quæ per litteras Ducales fiunt summariæ constitu. addit in quibus tameu breuiores termini, & dilationes statu poslint: & si statuti non fuerint, ipso iure statuti esse intelligantur, & currant termini superius limitati. *Const. vecchi. §. omnia hæc stat. capit. 24. vol. 1.*

In causis verò, quæ de sui natura vel ex forma statut. Communis Mediolani fiunt summariæ, intelliguntur assignati Actori decem dies vtiles ad petendum, expiendum, opponendum, & probandum per omne genus probationum & ad producendum, & ostendendum quicquid voluerit in dicta causa summaria. Quo termino elapso, intelligatur etiam ipso iure, & facto statutus esse Reo terminus aliorum similium decem dierum vtilium ad probandum, & impugnandum, & probatum habendum quicquid voluerit per omne genus probationum, & prout in proximo termino Actoris dictum est, & isto termino lapso intelligantur, ipso iure, & facto esse vtrique partis

Stat-

statutus communis terminis aliorum similium decem dierum vtilium ad reprobandum, & impugnandum, & coadiuuandum, & quæcunque producta, & probata, & ostensa in dictis terminis, vel altero eorum per ipsas partes, vel alteram earum, & omnes dies intelligantur vtiles in prædictis causis summarijs, quæ de sui natura, vel ex forma statutorum Communis Mediolani, vel Decretorum Ducalium sunt summariæ, nisi fiat dies feriati, ex forma statutorum in honorem Dei, vel Sanctorum, vel sint feriæ repetitæ, quæ intelligantur si de Principis mandato fiant. potest tamen Iudex in causis summarijs vtiupra, inspecta qualitate personarum, & causæ dictos terminos, & dilationes abbreuiare, à qua abbreuiatione per aliquam ipsarum partium, appellari, querelari, grauari, nec de nullitate dici neque consilium sapientiæ peti aliquo modo possit.

Conss. & stat. vis.

Quæ causæ iuri ciuili de sui natura dicantur summariæ inter alias.

Ex Asin § 3. c 31. *& Maran* to 4. parte. *dist.* 9. nu. 6. 7. *& sequent. ex stat. ca.* 56 96. 111. 157. 274. 234. 378. 345. 378. 1. *vol.* 78. 31. 232. 233. 333. 341. 342. 375. 279. 438. 441. 482.

Causa possessorij.
Causa, quæ in curia Mercatorium agitur.
Causa Vsurarum.
Causa alimentorum, si de præsentibus, & futuris tractetur non de præteritis, vel ex contracto debitis.
Causa cum agitur contra confessum.
Causa matrimonialis.
Causa cum agitur ad restituendum dotem, veluti soluto matrimonio.
Causa cum agitur ad decimas, vel de decimis quomodocunque disputatur.
Causa executiua, quando nulla exceptio opponitur.
Quælibet causa, quæ contra absentem agitatur.
Causa cum de interesse tertij se opponentis executioni agitatur.
Causa cum agitur ad exhibendum.
Causa cum agitur contra debitores tributorum, aliarumue Fiscalium functionum.
Causa, cum quis mittitur in possessionem ex primo decreto,

creto, & solo iuramento inducitur probatio.

Causa, cum legatarius ab hærede legatorum nomine satisfactionem vt petit vt decedat de possessione.

Causa, naufragij.

Causa, modicæ summæ.

Causa salarij, & mercedis vsque ad lib. 50.

Causa cum de leuibus delictis agitur.

Causa, cum de impedimento ad secundam dilationem obtinendam probando, docendoque exceptionem, iterum ad notitiam peruenisse tractatur.

Causa, cum tractatur, de crimine Læsæ Maiestatis.

Causa, cum de tutore, curatoreue pupillis per Iudicem dãdo, tractatur, filioue adoptando, siue bonorum possessione agnoscenda.

Causa damni infecti.

Causa, vbi sententia non adfert magnum præiudicium, nec vndequaque decidit, quin possit in alio iudicio grauamen reparari.

Causa, cum agitur, an actio ex testamento actioni, causæue liberali, seu præiudiciali præferenda sit.

Causa, cum agitur contra gabellarios, passagerios, & platearios.

Causa cum testes ad perpetuam rei memoriam examinantur, cum proponitur testes esse senes, vel valde valetudinarios.

Causæ pauperum, & miserabilium personarum, vt viduarum, & malè nuptarum & pupillorum. Sunt, & aliæ, de quibus non est necesse referre. *Idem ex forma statutorum.*

Causæ autem summariæ ex forma statutorum inter cætera sunt causæ non excedentes quantitatem, seu valorẽ librarum 25. Imperialium. *Cap. 48.*

Item causæ mercedum non excedentes quantitatem, seu valorem libr. 50. Imperialium. *Cap. 48.*

Item aliæ causæ non excedentes quãtitatem, seu valorem librarum decem Imperialium, nec non alimentorum præsentium, & futurorum legatorũue ad pias causas, pupillorum, viduarũm, orphanorum miserabilium, & minorum annis viginti. *Cap 47. et cap. 48.*

Item causæ sequestrorum, de quibus in tractatu suo abũ- *Cap. 115.*

de

de diximus.

Cap. 56. Item cauſæ exequutionum expenſarum taxatarum in ſententia, in executione ſententiæ.

Cap. 234. 274. Item quando proceditur contra Gubernatorem pignorũ ad exhibendum, & reddendum rationem pignorum, & non facientem deſcribi pignora.

Cap. 96. Item in cauſa Chyrographorum contra debitores ſcriptos, vel ſubſcriptos in eis.

Cap. 157. Item in exequendis vltimis voluntatibus, teſtamentis, legatis, & donationibus cauſa mortis legitimè confectis.

Cap. 338. 245. & 370. Item in cauſis vertentibus cotã Dominis Abbatibus Collegii Notariorum Mediolani &c.

Item in cauſis cridarum de bonis ad cridas ponendis.

Cap. 232. Item in diſtributione onerum, & ſolutione quotæ oneris

Cap. 233. inter nobiles per ſe, & vicinos per ſe.

Item in cauſis coram Iudice ſtratarum vertentibus, in his, quæ ad eius officium ſpectant.

Cap. 28. vol. 2. Item in proceſſibus inuentionum armorum, & aliorum per dictum Vicarium Prætorium.

Cap. 31. volum. 2. Item in cauſis Syndicatuum.

Item in cauſis refectionis paritis, ſiue muri communis indigentis refectione, vel reparatione, necnon in remouẽdo feneſtras reſpicientes, vel ſtillicidium immiſſum in alienum, ac in communi pariete conſtruendo inter curtem, & curtem.

Cap. 333. 341. & 342. 575.

Item in cauſis damnorum datorum, quando proceditur contra communia.

379. Item in cauſis inter Dominum, & Conductorem debitorem, ſiue Colonum, vel aliquem de ſua familia, ac illũ receptantes poſt denunciationem niſi expellant, vt teneantur ad ſatisfactionem, &c.

Cap. 538. & 441. Item in cauſis inter dominum, ſeu locatorem præſentem, vel præteritum, & colonum, vel inquilinum præſentẽ, vel præteritum ſuper quantitate debiti, occaſione maſſaritij, vel penſionis, vel fictaliciæ, vel alicuius cauſæ abinde dependentis, nec non quando pro repræſaliis habetur regreſſus contra eum cuius cauſa factę ſunt.

482. Item quando cogitur laycus habens decimam, vel ius de-

ci-

eimandi fructus in, vel super alieno fundo vendere ipsam decimam Domino fruendi volenti ipsam emere &c.

Cur summariæ dicantur.

Quatuor de causis dicuntur summariæ.

Ob substantialia,
Ob probationes,
Ob dilationes,
Ob rerias,

Notant Doctores in l. si quis à liberis. ff. de lib. agnosc. in causis summariis sufficere vnum testem cum iuramento, quod habet locum in ijs quæ tàm iure ciuili quam statutario sint summariæ: vt est carboniana momentanea possessio retinendæ, & aliæ huiusmodi.

Publicatio testium non est necessariam in summariis. Mathes. sing. 82.

Quæ causæ summariæ cognoscantur ex decretis, seu nouis constitutionibus inter alias.

PRimò omnes causæ vertentes coram vtroque Magistratu ordinario, scilicet, & extraordinario, ac Referendarijs Ciuitatum, ex causis datiariis Const. lib. 1. suo tit. cap. cognoscant.

Item coram Capitaneo Iustitiæ Mediolani, & eius Vicario.

Item coram collateralibus, in quorum locum successit Auditor generalis Exercitus. (proceditur etiam summariè, & de plano, & facto veritate inspecta coràm Iudicibus Datiorum. Item Douannæ. Item Iudice vini minuti, licet id per no. const. non dicatur.)

Coram Dom. Vicariis generalibus libro primoque in eisque.

Item coram Vicario Prouisionum Mediolani, necnon causæ vertentes inter ipsasmet meretrices, vel ipsas, & alios.

Adeo quòd causa redditur summaria aliquando ex natura ipsius causæ, aliquando ex qualitate personarum, &

ali-

aliquando ex priuilegio Iudicis,

Cap. 41. vol. 1, Cap 201. vol 2. lib. 2. de ind. Cap 409. vol. 2.

In causis verò executiuis, quando tentatum fuit remedium vel statuti, si quis prima facie, vel nouarum constitutionum, siue statuti si per apparentem, vel statuti sub rubrica de prætendente locum esse caducitati. termini hoc modo limitati sunt, videlicet, quòd à die factę productionis iurium per Actorem, per quæ appareat fundata intentio Actoris, currunt dies quindecim vtiles probandi, & probatum habendi quocunque probationum genere, quicquid contra ipsa instrumenta, & chyrographa velit.

Si verò Reus debitor, vel eius hæres testes, vel aliqua iura in dicto termino produxerit, tali casu liceat etiam creditori infra decem dies vtiles tunc proximè, & immediatè sequentes probare, & coadiuuare eius intentionem, & deducta in præcepto tuo, nec non impugnare contra eũ producta, vel probata per debitorem, vel eius hæredẽ: in quo termino decem dierum possit quoq; ipse debitor, vel eius hæres per eum probata coadiuuare, & per creditorem cõtra eum probata impugnare,

Cap. 156. vol. 1.

Sed respectu dispositorum per statutum sub rubrica de præcepto ad executionem pactorum à die factæ comparitionis per debitorem, vel eius hęredem contra petitionem factam per prætendentem se mitti in possessionem rerum immobilium, vel concedi præceptu intrandi possessionem rerum immobilium, vigore pactorum executiuorum inserto rum in instrumentis publicis, cui, vel quibus nõ sit præscriptum, currit terminus quinque dierum vtilium dicto debitori, si ipse debitor est nominatus in instrumento; si sit hæres, vel talis persona, quæ indigeat tutore, vel curatorę currit terminus decem dierum vtilium ad ostendendum legitimam defensionem, qui tamen terminus, vt supra, non currit nisi facta productione instrumenti, vt supra, parte præsente, vel citata, & oblata copia instrumenti, & si per debitorem, vel eius hæredem testes, vel aliqua iura in dicto termino producta fuerint eo casu currunt termini respectiuè limitati, vt supra, in causis executiuis.

Cap 46. v. et 206 vol. 2. cõst. l. 2. de ind.

In causa libelli præuentorij, siue alterius actus iudicialis admissi, currunt quindecim dies vtiles producenti ad probandum fundamentum petitionis suæ (quod potest expli-

explicari per præceptum vociferando vadit.)

In materia autem statutorum de opere demoliendo, si denuntiatum fuerit, oppones, quòd volens ædificare, non fit in casu satisdationis, rationibus ex statuto resultantibus, tenetur termino trium dierum vtilium verificare exceptiones, vel aliquas, ex eis.

At demum in causis criminalibus, sic limitati sunt videlicet, quòd finitis sex mensibus ex edicto limitatis, ipso iure, & facto sit, & esse intelligitur statutus ponenti terminus viginti quinque dierum vtilium, tunc proximè futurorum immediatè sequentium post finitos dictos sex menses ad probandum, & producendum, ac ostendendum & probatum habendum per omne genus probationum quicquid voluerit, & omnes dies intelligũtur vtiles nisi fuerint dies feriati in honorem Dei, vel Sanctorum, ex forma iuris municipalis, ita tamen quòd si contingat, dictum terminum viginti quinque incidere tempore Quadragesimę, tunc duo dies non feriati in honorem Dei, vel Sanctorum habentur pro vna die vtili, quod etiam seruandum est temporibus Letaniarum cui termino poterit per ponentem, vel ponentes renunciari in toto, vel in parte. & si quid in eo termino per ponentem capitularum, vel productũ fuerit, & non aliter, eo in casu fit, & esse intelligatur ipso iure, & facto statutus alius similis terminus dierũ viginti quinque vtilium, vt supra, contradicenti, seu contradicentibus, contra quem, vel quos fuisset capitulatum, vel productũ ad impugnandum, & confutandum quæcunq; producta, probata, & ostensa per ponentem in eo termino viginti quinque dierum vtilium assignato, vt supra cui termino in toto, vel in parte per contradicentes, vel contradicentę renuntiari poterit in sui dumtaxat præiudicium. Qui terminus sic ipsi contradicenti, vel contradicentibus assignatus, vt supra, sic etiam ipsi ponenti communis, ad suas probationes priùs factas coadiuuandum, vel probationes cõtradicentis, vel contradicentium impugnandum: ita tamen quòd nulla capitulatio, vel iurium productio poterit fieri per ponentem, vel contradicentem in dicto proximo communi termino, nisi fiat per octo dies vtiles ante finem eiusdem termini, & hoc saluo si per alteram partium fiere

Const. lib. 2. de bon. ad cri pon. c. 463. & seq vol. 1. 410. & 411. vol. 2.

ret nominatio de aliquibus testibus, vel iuribus existentibus extra districtum illius ciuitatis, vbi lis agitari continget cum iuramento, quod iuramentum possit etiam prę stari per procuratorem generalem ad causas in causa constituẽtem effectus, quod eam nominationem non fecit per malitiam, nec in fraudem, nec animo, nec intentione litẽ protelandi, imò credens eis testibus, vel iuribus indigere ad probationem sui iuris. eo casu assignabitur terminus competens secundum distantiam locorum, & negotii qualitatem arbitrio Iudicis, qui tamen non excedat triginta dies vtiles: intra quem dicti testes recipi, & examinari possint in debita forma iuris, eorumque dicta Vicario, vel prętoribus solemniter præsentari, & ipsa instrumenta, & iura produci, quo etiam in termino assignato pro ea nominatione vtl. possit etiam altera pars ostendere, & probare de iure suo quicquid voluerit, etiam per testes & probationes præsentes. Qua nominatione semel facta, non possit per ipsam partem, vel eius procuratorem, qui eam nominationem fecerit, aliquid denuo addi, nec aliqua alia nominatio fieri. His terminis debitè referendo elapsis, cridæ, & relationes earum intelligantur esse productæ, & p productis habeantur, & statim totus processus causæ intelligatur ipso iure publicatus, eo tamen intellecto, quòd quæcunque facienda per contradicentem, vel contradicẽtes in eis terminis, vtsupra, tantum eis prosint contra ponentem, non autem contra alios contradicentes: sed si ipsi contradicentes adinuicem cõtendere voluerint de eorum contradicentium iuribus, ad mutuam inter eos impugnationem, vel confutationem, hoc eis tantum facere liceat lapso dicto termino sex mensium, in terminis vtsupra limitatis, singula singulis congruè referendo, saluo si fieret nominatio, quo casu seruetur vtsupra cautum est & eo termino decurso processus publicatus esse intelligatur vtsupra. productiones tamen iurium, & instrumentorum, quæ in eis causis fient, non valeant, nec teneant, nisi specificè apponantur nomina, & cognomina Notariorum, qui rogati fuerint de ipsis instrumentis, & etiam tempora expressa rogationum, eorumque instrumentorum productiones fieri quandocunque etiam prædictis terminis limitatis

elapsis,

elapſis, valeantq; perinde, ac ſi debito termino factæ fuiſſent. & eo amplius ſancitũ eſt, quòd teſtes, qui in tẽpore iuramentũ præſtiterint de veritate dicenda, poſſint etiam poſt lapſum terminum deponere, & eorum diſpoſitio valeat, & teneat, ac ſi debito tẽpore diſpoſuiſſent, modo præmiſſa infra viginti dies poſt lapſum terminum, & ante emanatum peremptorium ſignatum manu Iudicis, faciant hęc conſtitutiones.

De nominatione teſtium, iurium, & ſcripturarum exiſtentium extra iuriſdictionem iuſdicentis.

SI autem in aliqua cauſa ciuili vna partium nominauerit aliquos teſtes per nomina, & cognomina, & loca, in quibus habitant vel inſtrumenta, aut ſcripturas, quos, vel quas aſſeruerit habere extra iuriſdictionem, vbi lis agitatur, & punctus aliquando eſt videre, quę loca dicantur extra iuriſdictionem cum præſertim in materia iuriſdictionis non habeat locum argumentum à maiori: vt Dec. in reg. Non debet, num. 5. verſ. 3. propter diuiſionem poteſtatum, ſed nos habemus ſtatutum vol. 2. cap. 96. de Iuriſd. iud. Ducatus Mediolani vbi tamen de Canobio nullum fit verbum expreſsè. Princeps autem habet fundatam intẽtionem in ſuo dominio quod quodlibet caſtrum ei ſubſit, & ideo ſpoliatus à Principe debet iuſtificare titulum. Alex. l. naturaliter. §. nihil commune ver ſexto fallit. ff. de acq. poſſ. & de declaratione illius ſtat. in ver. merum, & mixtum imperiũ, vide Boſſium tit. de Regalijs cæterum in hanc ſententiam aliqua alia dicere cupiebã, ſed ea omiſi veritas ne aliquos quos nolo offenda venit enim mihi in mentem illud Ouidij Vitaret cęlum Phaeton ſi viueret, & quos, optauit ſtultè tangere nollet equos, & eis, vel aliquo eorũ indigere ad probationem ſuis iuris (ſtatut. addit in ipſa cauſa ciuili, ét ſi fuerit cauſa compromiſſi) iuraueritve per ſe, vel procuratorem etiam generalem, quòd id non fecit dolo, nec per calumniã, nec in fraudem (ſtatutũ dicit per malitiam non facit

Stat. 66. & 1. conſt. lib. 2. de iud cap. & quia Pap. de teſtib. Aſin. §. 21. Caſtr in l. ſi. quando C. de teſtibus.

talem nominationem) nec animo protelandi eam litem, sed credens eis nominatis, vel aliquo eorum indigere ad probationem iuris sui. Tunc iusdicens, siue ordinarius, siue consultor, aut Arbit. (statut. addit commissarius, vel delegatus) coram quo lis vertitur, teneatur, & debeat nominanti terminum competentem (const. addit, secundum distantiam locorum, & negotii qualitatem) statuere, qui tamen non excedat dies triginta vtiles ad probandum per ipsos testes, & eorũ attestationes præsentandum, instrumẽta, & iura nominata producendum. Qua nominatione sic facta, & quo termino durante non currat terminus, nisi quoad probationes præsentes per vtranque partem facẽ dabita tñ, & ea nominatio non admittatur, nisi fiat (statut. addit saltem) per quinque dies vtiles ante finem terminũ probandi, vel reprobandi, in quo termino tunc esset (const. dicit ante quinque dies vtiles termini probandi, vel reprobandi, & in quocunque eorum. Duranteque termino nominanti dato, pars aduersa possit nominationem testium, Instrumentorum, & scripturarum modo præmisso facere, dummodo tamen faciat ante lapsum dimidiæ partis termini, & temporis dati alteri nominanti; statutum idem, sed per verba sequentia pars aduersa possit oppositum facere etiam ipsam nominationem testium, scripturarum, & instrumentorum, quos, quas, vel quæ dicat habere extra Ducatum Mediolani, & eis, vel aliquo eorum indigere, & iurare, vt supra in alio nominante dictum est, cui detur terminus restans alteri parti, vt supra, & non vltra. Qua nominatione sic facta per alteram partem, vel vtrãque partem vt supra, eidem nihil addi possit, nec alia noua nominatio fieri per eum (statut. addit vel ambas partes (qui eam nominationem fecisset.

De noua iurium productione.

Stat. cap. 184. vol. 2. Ex dispositione Nouelle 90. quatuor testium productiones fieri possunt.

SI contingat fieri aliquã productionem capitulorum, vel quorumcunque aliorum iurium in termino vltimo à statut. limitato, ad faciendas probationes, & iurium pro-

productiones, quòd talis productio fieri non possit, nec admittatur, nisi fiat saltem per tres dies vtiles, ante finem dicti vltimi termini, & si fiet ante dictos tres dies vtiles, isto casu, vel casibus pars, contra quam facta fuerit talis productio, habet ipso iure totum residuum termini limitati ex dispositione ipsorum statutorum à die factæ dictæ productionis ad probandum, opponendum, & impugnandum, ac infringendum, & ad faciendum quicquid vult contra ipsam productionem & eius effectum. possunt etiam producens, vt supra, in residuo dicti termini suam productionem coadiuuare, & corroborare per legitimas probationes. Et prędicta non habeant locum in causis contradictionum cridarum, quæ verterentur coram Vicario Prouisionum Communis Mediolani, nec in causis compromissorum, nec reuisionis arbitramentorum.

Quibus casibus tempora non currant.

Additio, si causa introducatur coram Senatu, vt in No. Const. §. si

Contingat.

Vel fuerit inhibitum.

Dum disputatur an quis sit Notarius. cap. 99.

Quando per partem stat, quod non committatur, vel compromittatur.

Suspenduntur tempora vbi de emergentibus dubitatur cap. 58.

Ex partium consensu, nou. Constitut. titu. de Iud. §. & quia.

POst hęc non ab re subdere potero, quibus in casibus tempora non currant. Et primò quidem, quãdo quis habet testes, vel iura extra territorium, durante termino statuto. Item compromisso voluntario, vel necessario. Item in causis executiuis nisi à die factæ productionis iurium cap. 42. & 146. Item durante infirmitate, vel absentia, vel impedimento consultoris, siue delegati, (excepto ordinario) siue compromissarii ex facto Principis, vel causa Reipublicæ per dies tantùm trigiuta. Item pendentes

Const 2. de iud. §. & quia. stat. c. 66 vo. 2 Stat. c. 39. & 116. Stat c. 40 cap. 58.

te commissione articuli, vel grauaminis per dies quindecim. Item petita commissione in dictis casibus, in quibus fit facienda commissio, quando per petentem non stat quin fiat. Item durante disputatione super admissione capitulorum, vel responsione positionibus. Et super forma sacramenti in iuditio delati. Item durante appellatione, & commissione à mera interloquutoria, si interloquutoria lata fuerit. Item durantibus ferijs messium, vindemiarum (quibusdam exceptis) & item introductis in honorem Dei, & Sanctorum. Item durante assumptione tertij Arbitratoris, donec fuerit assumptus cap. 42. Item quando Iudex appellationis protestatur non posse vacare causæ.

Alex. cõs. 41. nu. 12 vol. 3. Ias. cõs. 35. uo. 1. Tiraq. de utro. retract. §. 12. gl 2. n. 4. & seq. & Ass. §. 11. ca. 11. nu. 11. & 12. c. 100. vol. 1. cap. 196. vol. 2. cap. 107. vol. 1. cap. 140. Const. lib. 2. de iud. c. quotiens & cap. hinc per actis. §. quos cõ fidenti. Vide Oria. in ca. test. depo. Mar. par. 6. ver si. dil. nu. 19 & 20 Mar pa 6 test. prod. num 3. & seq. Castr. in l si quã do nam 3.

Et quotiescunque post lapsum omnium terminorum probatoriorum, & reprobatoriorum, quis vellet producere aliqua iura, vel probationes, solet adire Principem cum supplicatione, qua petitur dilatio, vel ad probandũ, vel ad iura producendum, & ei supplicationi tam Iudex, quàm pars iurando, scilicet Iudex de credulitate, & pars de veritate, subscribunt, & tunc Senatus dat litteras, vt (si agitur de probationibus faciendis) statuat competentem terminum dies viginti non excedentem, & alteri parti cõmunem ad probandum, & sua incumbentia faciendũ, modo cognitæ non sint attestationes. Si de productione Instrumentorum etiam emanato peremptorio concedit, vt possit iura exhibere termino triduj idque respectu iudiciũ inferiorum. Respectu verò iudicum, qui non consueerunt subscribere supplicationi, vti Capitaneus Iustitiæ, Quæstores vtriusque Magistratus, eis dantur, litteræ, vt vbi, calumnia absit, dent dilationem.

Hinc sciendum erit, quòd quãdo lex, vel statuta, vel Iudex statuit terminum ad probandum, & probatum habendum, vel si addatur per omne genus probationum, testes, licet intrauerint intra terminum, non poterunt examinari, neque intra produci post lapsum termini, nisi ex dispensatione Principis, præterquam in casibus exceptuatis, puta in causa contradictionis bonorum: Mediolani tamen contrarium seruatur, ex abusu. l. si adulter. §. si

eo

eo tempore C.de adul.modo iurauerint durante termino, & die iuridico, quo casu possent etiam recipi de feriato, nam eorum depositio refertur ad diem præstiti iuramenti, & quotiescunque vltima dies termini caderet in diem feriatam, vel suspensam, tunc tales testes possent recipi, & iurare die immediatè sequenti iuridica. Et possent etiam recipi tempore feriarum, & messium, & vindemiarum, & alijs feriis non introductis in honorem Dei, & Sanctorum, in omnibus casibus, in quibus mora periculum allatura, esset ex eo, quòd tarderetur, seu differretur receptio, seu testium depositio, præterea ex doctrina Domini Lanfran. Orian. Instrumenta poterunt produci vsq; ad conclusione in causæ, nisi esset statutus certus terminus per l.vel statut.quia vltra illū non liceret Instrumentum producere, vel aliquid proponere: sed si est statutus à Iudice, tunc possent produci etiam post lapsum termini integra, i. si res nō sit finita sententia vel pacto, vel idest si ius aduersarij non esset effectum deterius, idest, & testes instrumentarij, per quos possit reprobari instrumentum, essent mortui, vel absentes, & idem tenet, quòd in productione instrumentorum post ipsum terminū lapsum, citari debeat pars, secus nulliter procedat productio.

Statut. cā. 104.uol. 1. & 108.ea. vel In cap. instr. prod. nu. 42. & seq.

De numero dilationum, quæ in causis ciuilibus dari possunt.

SVccessiuè sciendum erit, quòd dilationum numerus est restrictus, nam in causis ciuilibus de iure duæ tantùm dari debent, sed ad summum tres dilationes. Et in causis pecuniarijs quatuor tantùm: verùm differentia est in dando illas dilationes: nam prima datur cum leui, seu etiam nulla, vel modica cognitione causæ; secunda autem & tertia datur cum magna causæ cognitione, quia debet probari impedimentum saltem per iuramentum, secus non valeret: quarta autem non potest dari, nisi seruata solennitate iuris. Quæ omnia reperies in tract. dilation. D. Lanfr. Orian. nu. 3. 4. 6. 17. & 22. & in concedenda dilatione quelibet tria copulatiuè requiri dicit Lanfran. nu. 6.

Ex Oriano & Alciat.

primò quòd consideretur distantia loci. secundò quòd Iudex videat, an probatio releuet probantem. Tertiò, quòd non petatur per euidentem calumniam. Item quòd petatur à parte dilatio, aliàs dari non debet. Has tamen dilationes, puto, habere locum in illis causis, in quibus proceditur per dilationes, vt supra, dixi, & in omnem casum per nouas constitutiones titulo de iudic. data est certa forma petenti tales dilationes, nempe vt exprimant causam specificam, quare dilationem petant, nec ergò sufficit, quod causa sit certa per relationem ad acta, vel aliud: sed debet esse nominatim expressa, & supplicationi se subscribant, tàm iudex causæ de credulitate, quàm pars de veritate, & si aliæ dilationes datæ, & si datæ, quot fuerint alias non valerent ad beneficium impetrantis, ex dispositione nouarum Constitutionum. l. 1. de iud. cap. quoties. & vbicũque tales dilationes conceduntur etiam à Iudice, terminus est cõis, vtrique parti; ita quòd quilibet in illo potest probare, sic Lanfranc. Orian. & Maran. par. 6. vers. dilationis 18.

Virtus dilationum est, vt, quicquid factum est dilatione pendente, nullum sit, nam pendente dilatione ad probandum, conquiescit officium Iudicis, l. siue pars. C. de dilat. & sententia lata nulla data dilatione (nisi pro data habeatur, veluti in causis ordinariis limitati sunt termini probatorii, & reprobatorii nulla esset. & nullum pareret effectum.

Ex Marnu 18. & in 4. par. dist. 16. n. 68.

Qualiter fieri possint probationes, siue examen testium ad perpetuam hominum memoriam, & quibus casibus, tam ex parte actoris, quam rei Feli. cap. significauit, de Test.

Oria num. 41. & seq. in ca. test. depos Papiẽ. const. C. de prob.

VLterius sciendum erit, quòd probationes fieri possunt duplici modo, videlicet ante litis contestationem, vel inchoationem, quæ dicuntur ad perpetuam rei memoriam, & post litem contestatam, quæ dicuntur probationes causæ; & diuerso modo regulantur. Nam volens recipi facere probationes ad æternam rei memoriam ante litem cæptam, seruanda erit dispositio nouarum Constitu-

stitutionum in hæc verba loquentium. propterea sciendum est, quòd si quis sperat contra aliquem mouere litẽ, vel dubitat contra eum moueri, & velit aliquem, vel aliquos testes producere ad æternam rei memoriam, vel ex eo, quòd sint in periculosa infirmitate constituti, vel quòd sexagenarii sint, vel in longum iter profecturi, & in summa quia periculum sit in mora (& intelligatur longum iter, quando ad locum remotum per millia passuum quinquãginta ab isto dominio Mediolani, quis profecturus est) His casibus volens producere testes compareat coram Iudice ordinario ciuitatis, vel loci, in quo lis agitanda erit, & ibi capitula producat super quibus duxerit testes examinandos in foro rei.

Et si ille, contra quem testes producere volueris, erit præsens in loco citandus est ad videndum testibus iuramentum deferri: si verò absens fuerit, citandus est ad domum eius habitationis; & vlterius citetur vnus ex proximioribus Agnatis, quo deficiente, citetur vnus ex cognatis per iusdicentem, eligendus absentis nomine compariturus, & citatione hoc modo facta, iuramentum testibus deferatur, etiam super eo, an sint in aliquo ex casibus superius expressis, & ita iuramento affirmauerint, & tunc examinandi sunt per Notarium Iudicis ordinarii, vel alios Notarios ad examina testium deputatos, factis tamen ab vtraque parte debitis interrogatoriis, super quibus interrogatoriis, siue Interrogatoribus pro adiunctis dandis Notariis de Pileastro hoc anno. 1600. editus est ab Abb. Notariorum ordo, vbi tamen partes, vel altera earum dare voluerit. Quibus examinatis producens, si voluerit eos testes publicari facere, publicentur cum ea conditione, quòd sit sibi præclusa via super ipsis capitulis, vel alijs idem continentibus alios testes examinari faciendi. Vbi autem publicari non petat per Notarium, non ædantur. Sed lite postea pendente, attestationes præmissæ clausæ, & sigillo firmatę Iudici coram quo lis vertitur, transmittendæ sunt, qui eas tempore debito publicabit, eandemque vim habebunt, ac si lite contestata, & corã Iudice, testes deposuissent. Papiens. in hoc casu dicit intra annum citari debere partem, si fieri potest, & super ne-

gotio principali sibi petitionem offerri, aut saltem denuntiare de ipsorum testium receptione, vt possit contra ipsos opponere, prout videbitur, secus examinationem reddi nullam. Sic ergo dictum decretum consueuit seruari, quia ille, qui vult examinari facere testes ad æternã rei memoriam, lite nõ contestata, citat partem aduersam, contra quàm litem mouere intendit, vt compareat coram tali Iudice, tali die, & hora ad eius tribunal iuris ad videndum peti, quòd recipiantur nonnulli testes ad æternam rei memoriam super nonnullis capitulis productis, vel producendis, & ad dandum sua interrogatoria, si quæ dare voluerit, ac ad videndum testes iurari, & examinari per vnum ex Notariis de pileastro modo non sit actuarius, vt cauetur decreto Senatus 7. Iunii 1595. 9. Iulij 1590. fol. 11. cum tamen actuarij mercatorum istud decretum nolint obseruare in citatione nominatis (vt infra dicam) & in termino citationis sit comparitio cum narratione causæ quæ moueri intenditur, & exprimitur causa, propter quam sit hæc petitio, vt testes ad æternam rei memoriam recipiantur, nempè quòd testes sunt senes, vel in longa infirmitate constituti, & sint recessuri à patria: & sub inde ponuntur capitula intentionis Actoris, secundũ subiectam materiam negotij, de quo quæritur, & erit illud aduertendum, quòd si quis voluerit probare aliquem dixisse, vel potestatum fuisse dicere aliquid, quòd capitula continere debent annum, mensem, diem, & locum, ac loci protestationis, cum hoc casu ex for. nou. const. lib. 2. fol. 61. locus & tempus sint de substantia probationis. l. 1. ff. de in ru. naufr. Orian. de test. dep. c. 8. pag. 112 puta, capitulo Titium confessum, & potestatum fuisse se mihi teneri in centum ex causa mutui, debeo dicere, quòd ipse Titius tali die, puta, prima die Februarij anni puta 1580. in studio, siue in faleta inferiori domus meæ habitationis sitæ in P.N.P.S. Andreæ ad pusterlam nouam Mediolani, nam vbi ex dictis testium superinde producendorum de loco, & tempore copulatiuè non apparuerit, dicta testium sunt nulla.

Secundo loco fit probatio post litem contestatam, vel habitam pro contestata super facti probatione, siue in ciuili,

uili, siue in criminalibus secundum Alciat. cuius species sunt duodecim, s. confessio per testium depositiones instrumenta, euidentia facti, & aspectus præsumptio; fama cum alijs præsumptionibus, iuramenti delatio facta à parte parti, libri antiqui & antiquæ scripturæ in lapidibus, vel columnis scriptæ, litterę sigillatæ sigillo Episcopi, vel etiam communitatis, aut officialis publici, denuntiatio publicatum personarum, per cõmunem opinionem, per indicia indubitata, & hæc militant in probatione facti: probatio vero iuris debet fieri per leges, & canones, & consuetudines interdum directè, & interdum per argumẽta, quæ de re latius in opusculo, quod inscribitur, à me, iuris ciuilis & stat. vniuersa suppel. & c. c. 10.

Itaque, siue Actor, siue Reus, quando non habet fundatam intẽtionem per publicas scripturas, solet fundare eius intentionem per viam positionum, vel per viam testium, datis capitulis, nec refert, omittere viam positionum, cũ alter certus sit, alterum probabiliter posse negare. bene verum est, quòd in Notorio, & manifesto melius est facere positiones, quia releuatis à pluribus probandis per testes. difficile enim est ad bonam probationem peruenire propter diffidentiam, & malitiam testium, qui quandoque odio, vel amore &c. deuiant à veritate. quandoque non sunt alij testes, nisi coniuncti aut tales, qui repelluntur à iure, & propter responsiones ad positiones facilius quid probatur: & positiones sunt introductæ ad exonerationẽ probationum, & si concurrerent Actor, & Reus in positionibus. primò Reus respondebit positionibus Actoris, mox Actor positionibus rei, & ita in examinatione testium super articulis, & positiones possunt fieri vsque ad conclusionem causæ; positiones tamen in criminalibus non fiunt, & factis non respondetur.

Secundũ Brun sub rub. depos. & termi. assig.

vide Specul in tit. de teste. §. qualiter autem. Brun. num. 4.

Origo positionum.

Bartolo autore, positiones cõsuetudine magis, quã iure inductæ sunt; nã iure ciuili interrogationes primũ in vsu esse experũt iudicij instruẽdi causa; postea moribꝰ positiones; q̃ nil aliud sunt, quã assertiones de re aliqua faciente ad causã, & de quibus fieri videtur mentio in l. sed etsi ponas (notãdo v. ponas) ff. de cast. pec. nomẽ ab Academicorũ

sup-

ſuppoſitionibus videtur eſſe deductum, apud quos ex ſuppoſitione argumenta fiunt, quæ licet etiam in foro locum habeant, & iudicijs, exactius tamen de ijs agere eſt alterius ſpeculationis.

Forma poſitionum.

Vide verba ſtat. c. 82. vol. 1. & no. cõſ. lib. 2.

1580. die menſis in producta per infraſcriptum A. ſaluis ſemper, &c. & maximè reſeruationibus, & proteſtationibus, de quib. in actis, &c. petentem illas admitti, &c. & admiſſæ fuerunt, &c. & ſtatutus fuit terminus trium dierum (iſte terminus eſt in arbitrio Iudicis) poſt earum intimationem deliberandi, & partibus eſſendi ad cauſam die
proximè futura, quæ erit
præſentis menſis in
& facta eſt impoſitio N. ſeruitori, &c. quatenus vadat ad intimandum dictum terminum B. perſonaliter, vel domi eius habitationis, & coram dimittendum.

In Nomine Domini Amen Coram, &c. pro Tribunali ſedẽtes A. ſaluis ſemper, &c. & prout ſupra in cauſa requiſitionis, & aſſertarum exceptionum, ac durante termino probatorio ac in omni cauſa vertente inter ipſum A. Actorem ex vna, & præf. B. Reum ex altera coram præfato, &c. ponit, & facit infraſcriptas poſitiones, & vnamquamque earum de per ſe ſingulariter, & debitè referendo ponens ac diuidens ipſas omnes, & ſingulas poſitiones de particula, in particulam, petenſque, & requirens ipſis omnibus, & ſingulis coniunctim, & diuiſim, & de parte in partem reſponderi clarè, & aperte affirmando, vel negando de ſcientia, vel crudelitate, ſine vlla conditione, vel proteſtatione aliter pronunciari pro confeſſatis, prout magis erit, & fuerit in maius præiudicium dicti B. non reſpondentis, ſeu minus legitimè reſpondẽtis iuxta formam iuris, ſtatutorum, & ordinum: vbi verò tales poſitiones, vel aliquas ex eis negari contingat, ipſe A. vult, & intendit id, quod negari contigerit, in capitula probè conuertere, vel quòd pro talibus habeantur, ſaluo etiam iure capitulandi, & probandi, non ſe tamen, &c. quę poſitiones ſic fiunt, & deſcribuntur

tur videlicet.primò ponit,quòd(ſequere ponendo ea,quę deſeruire poſſunt fundamento intentionis tuę, velle enim dare formam poſitionum, quomodo in vnaquaque actione ſint formandę,difficillimum admodumque laborioſum eſſet tantùm ſubijciam naturam poſitionum circa geneologiam, & quem ſe immiſcuiſſe, in hæreditate, bonaque fuiſſe in bonis) fuerunt in rerum natura C. & D. Item fuerunt iugales legitimi. Item pro talibus, & vti tales palam & publicè tãti,tractati,& reputati fuerunt inter ſe,& alios cognoſcentes eos. Item ponit,quòd ex ipſis C.& D. iugalibus in lucem venit B. Item eius filius. Item legitimus. Ité naturalis. Item pro tali,& vti talis habitus. Item tentus. Item reputatus palam. Item publicè de filiatione probanda alibi dictum eſt in his additionibus. Item notorie apud ſe, & alios cognoſcentes eum . Item ponit, quòd de anno 1580. dictus C. in fata conceſſit. Item nullo condito teſtamento. Item relicto, & ſuperſtite dicto B. Item eius filio. Item legitimo. Item naturali. Ité pro tali. vtſupra, & proutſupra. Item hærede vniuerſali. Si pluribus,ęquis portionibus. Item,quòd præfatus C. dum viueret,habebat,tenebar,& poſſidebat bona,& iura inferius deſcribenda, terminanda, & cohærentianda. Item tanquam ſua propria. Ité locando. Item fructus percipiendo,habendo,& exigendo. Item alia faciendo,prout faciunt veri Domini, & poſſeſſores bonorum ſuorum propriorum . Item quòd dictus C. reliquit in eius hæreditate, & bonis dicta, & infraſcripta bona,redditus,& iura inferius deſcribenda. Item quod ſtatim defuncto dicto C.dictus B.adiuit hæreditatem. Item ſe immiſcuit de ea,& bonis præfati quon. C. Item exegit credita,& ſoluit debita paterna. Item alios fecit actus,qui demonſtrant quem eſſe hæredem defuncti, & ſe immiſcuiſſe de bonis eius,& hæreditate. Item tenuit,& poſſedit. Item tenet,& poſſidet ipſa infraſcripta bona inferius deſcribenda,terminanda,& cohęrentianda. Item quòd ſic, proutſupra ſingulariter , & debitè referendo habitum fuit . Item tentum. Item tractatum. Item reputatum. Item communiter inter probatos , & ſcientes veritatem de prædictis. Item quòd ſic habetur. Item palam. Item publicè. Item notoriè . Item per publicam vocem, & famam . Nam fama

ſæpè

sæpè veritatem comprobat. bona verò sunt ista videlicet ponuntur, positiones debent per principalem, vel procuratorem specialem, vel constitutum, cum libera aut in rem propriam, intimari principali, vel ad domum eius habitationis, esto quòd electum fuisse habitaculum, vel constitutus procurator ad litem, licet seruetur contrarium, quia responsio huiusmodi debet fieri per partem ipsam principalem, vel procuratorem habentem speciale mandatum ad respondendum, & quando intimarentur procuratori, ipse solet comparere in termino deliberandi, & petere, quòd intimetur principali suo vti magis instructo de veritate, & quandoque Iudex solet ordinare, quòd intimentur principali, vel dare terminum procuratori ad certiorandũ principalem.

In termino deliberandi frequentius non fiunt oppositiones: nam per statutum cauetur, quòd compellatur per omnia iuris remedia ad respondendum, nulla exceptione, vel denuntiatione obstante, & non obstante statuto de sapientibus dandis. Item per nouas constitutiones, per quas cauetur, quòd positionibus per partem producẽdis teneatur altera pars respõdere. glo. tamẽ in Auth. principales in C. de iureiur. § quod obseruari ver. existimat. ea sola ponibilia ait, quæ probabilia, & non teneri interrogatum respondere quibuslibet positionibus. Et siue factæ fuerint oppositiones, siue non, transmittitur præceptum interrogando iubendo tenoris infrascripti videlicet.

Istud præceptũ nullo modo est omittendũ quia quis non tenetur respondere positionibus, nec non respondens posset reputari contumax.

1580. &c. Magnifici Domini Consules Iustitiæ Mediolani, vt supra, omnibus modo, iure, via, & forma quibus melius potuerunt, & possunt ad petitionem, instantiam, & requisitionem A. præsentis instantis, & requirentis committentis dederunt, & dant N. seruitori Communis Mediolani, quatenus vadat ad præcipiendum, prout præfati Magnifici Domini Consules præcipiunt B. personaliter, vel &c. quatenus ipse B. interrogatus, & iussus compareat coram præfatis Magnificis Dominis Consulibus ad eorum tribunal iuris fitum super pallatio Broleti noui Communis Mediolani, vbi iura redduntur die tali proximè futura in hora debita causarum, ad respondendum, & quòd respondisse de-

debeat clare, & apertè affirmando, vel negando de scientia, vel credulitate, sine vlla conditione, suppletione, vel protestatione secundum formam statutorum Communis Mediolani, & nouarum constitutionum, & iuris, omnibus, & singulis positionibus alias productis pro parte dicti A. in causa sequestri, & eius firmationis, & assertarum exceptionum, & in omni, & qualibet causa, & quæstione vertente inter suprascriptum A. seu eius nomine parte vna, & dictum B. seu eius procuratorem parte altera coram præfato Domino Vicario, & quæ quidem positiones fuerunt intimatæ dicto B. cum debito termino deliberandi, prout in actis, aliter ad videndum, & audiendum per eundem A. accusari quamlibet opportunam contumatiam contra eundem non respondentem, vel minus legitimè respondentem dictus positionibus, & successiuè compareat vtsupra eo die in vesperis hora debita causarum, ad videndum, & audiendum per ipsos Dominos Consules vtsupra ipsas omnes, & singulas positiones, seu illam, vel illas ex eis, cui non fuit, erit, seu non erit responsum, seu minus legitimè responsum erit, vtsupra, per se. singulariter, & diuisim pronuntiari, & declarari (antiquitus addebatur, & ex nunc, prout ex tunc præfati Domini Consules pronuntiant, & declarant, & volunt haberi) pro confessis, & confessatis in quantum erit, & fuerit, & esse, & facere poterit in maius damnum, & præiudicium dicti B. & iurium suorum, & in maiorem fauorem dicti A. & iurium suorum, & in omnibus, & per omnia iuxta formam nouarum cõstitutionum, & statutorum Communis Mediolani, signatur a Iudice, ab Actuario ad libitum Actoris.

In termino istius præcepti Reus tenetur omnino comparere, & respondere dictis positionibus, secus accusatur contumacia contra ipsum, & successiuè pronuntia in secundo termino, etiam quòd facta fuerit responsio, quia contingit Reum aliquando non respondisse, vel minus legitimè: quæ quidem contumacia, & pronuncia sic moderno stylo concipi solet. 1580. Indictione octaua die mensis in tertijs. Coram N. con-

contumatia data, & accusata contra B. non respondentem, seu minus legitimè respondentem positionibus eidem intimatis, & productis cum debito termino deliberādi, & hoc ad instantiam A. præsentis, &c. & hæc omnia in causa sequestri, & eius firmationis, seu requisitionis, (prout in facto) & assertarum exceptionum, siue contradictionis, & omni, & qualibet causa vertente inter dictum A. parte vna, & B. parte altera coram vtsupra, & in termino præcepti interrogando, iubendo pro primo iussu (antiquitus sic consueuerat concipi. Comparuit A. & accusauit, & accusat, contumatiam, & absentiam B. pro eo quòd distus B. nec aliqua alia persona pro eo, nec eius nomine respondit, sed fuit negligens, & retinens in respondendo positionibus, & cuilibet earum productis, & eidem B. intimatis, vt in actis, prout sibi præceptum fuit ad terminum suprascriptum sibi datum, vtsupra. Quę quidem contumatia, & inobedientia, & prædicta omnia, & singula clamata fuerunt, & sunt dictis die, & hora, coram ipsis Dominis Consulibus, & ad eorum bancum iuridicum pro Tribunali sedentibus vtsupra, ad instantiam suprascripti A. & qui perseuerauit ad dictum bancum, & coram vtsupra donec, quousque ipsi Domini Consules descenderunt de dicto eorum banco, pro iure amplius non reddendo ipsa hora, & ipsum Antonium licentiarunt, & licentiant.

Pronuntia verò stylo moderno sic. Memoria pronuntiationis factæ per Magnificos Dominos Consules de positionibus per A. productis, & intimatis B. cum debito termino deliberandi, vt in actis causa N. &c. & in omni, & qualibet lite, & quæstione vertente inter dictum A. ex vna, & dictum B. ex altera, quibus non fuerit responsum, vel minus legitimè, & sufficienter responsum, pro confessis, & confessatis, prout magis est & erit, & fuerit in maius præiuditium dicti B. non respondentis, seu minus legitimè respondentis, & in maiorem fauorem, & vtilitatem dicti A. & iuriū suorum, & in omnibus, & per omnia iuxta formam statutorum Mediolani, & nouarum constitutionum, & hæc omnia ad instantiam suprascripti A. præsentis, &c. & in termino præcepti interrogando, iubendo pro secūdo

iussu.

iuſſu. ſubſcribitur à Iudice, poſt dicitur. pręſente A. & acceptante &c. Antiquitus ſic.

Poſtea verò ſupraſcriptis anno, indict. & die menſis in hora debita cauſarum pręfat. D.N. pro Tribunali ſedens vtſupra, ad petitionem, inſtantiam, & requiſitionem ſupraſcripti A. pręſentis, & inſtantis, & requirentis, iam diu expectato ſupraſcripto B. vſquequo pręfatus Dominus N. deſcendit de dicto eius banco, & viſo, & cognito per præfatum D N. quòd ipſe B. non reſpondit dictis poſitionibus, prout ſupra præceptum fuit, & omnibus iure, uia, & forma, quibus melius potuit, & poteſt, pronuntiauit, & declarauit, & pronunciat, & declarat, quòd prędictas omnes, & ſingulas poſitiones pro confeſſis, & confeſſatis haberi vult, & intendit prout magis ſunt, & eſſe poſſunt in maiorem fauorem dicti A. & iurium ſuorum, & maius dicti B. & iurium ſuorum præiuditium, & detrimentum, & hęc omnia abſente dicto B. per contumatiam, cuius contumatiam, & abſentiam dictus A. accuſauit, & accuſat, ſic dicto A. inſtante, & requirente, & acceptante &c.

Nota quòd de iure non admittitur purgatio morę ad reſpondendum poſitionibus pronuntiatis in contumatiã ſecundum Pap. & etiam alios in forma excipiendi contra poſitiones in glo. primò quia. verſiculo ſed hic inſurgit dubium. Princeps tamen, ideſt Senatus Excellentiſſimus conſueuit dare litteras ſupplicanti ad Iudices, vt admitterent ad reſpondendum poſitionibus, non obſtante pronuntia in contumatiam, ſolutis expenſis contumatialibus, ubi res eſſet integra, & ſic admittitur ad reſpondendum.

Forma

Forma responsionis fiendæ positionibus retento proemio, &c.

Quando prius factæ fuerũt exceptiones possunt omitti ista generalia.

COmparet B. cum reseruatione, &c. in termino eidem, vt dicitur statuto ad assertam instantiam A. ad respondendum assertis positionibus, vt dicitur coram præfatis Consulibus productis, & causa, & occasione dictarum positionum, qui comparens acceptando prius dictas positiones in fauorabilibus tantùm, in prꝙudicialibus autem excipiẽdo opposuit, & allegauit saluis alijs suis exceptionibus per eum hactenus propositis, & oppositis à quibus, &c. sed pro replicatis haberi vult, prædictas assertas positiones, & omnia, & singula in eis contenta fuisse, & esse nullas, & nulla, & non fuisse, nec esse admittendas, nec admitti debere, sed penitus, & omnino reijciendas, maximè rationibus, & causis infrascriptis. primò quia lapsa sunt tempora probatoria à iure, & forma statut. limitata, vndè quę non sunt probabilia, non sunt ponibilia. Item quia sunt vaghe, incertæ, dubiæ, generales, obscuræ, impossibiles, sibi ipsis contrariæ, multiplices, captiosæ, ac ad periurium inducentes, impertinentes, & in facto alieno, nec non, & potius in iure existentes, superfluæ, insuper, & negatiuæ, & abundat multifarijs vitijs circunuolutæ, & scatentes, & demum tales, quibus de iure eis meritò non est vllatenus, respondendum, & vbi, & quatenus dictus B. arctetur à iure, & teneatur respondere, & non aliter, nec alio modo, quo casu præsens responsio pro non facta habeatur, saluis semper præmissis, & omnibus suis iuribus, & exceptionibus, defensionibus, & allegationibus, & saluo iure impertinentium, & non admittendarum, dictus B. respondet prout infra videlicet primæ positioni incipienti ponit, & finienti N. cum sequentibus respondere credere, vel non credere, prout in facto, & sic de alijs. Positioni verò item quòd de prædictis, respondet, quòd de confessatis credit, & de negatis non credit.

Negatis, vel non datis positionibus, tunc debent produci capitula, aut summariæ informationes, ad probandum

intentionem agentis, & sic citatur pars de mandato Iudicis, coram quo productæ sunt positiones, quatenus termino certo veniat, & compareat coram ipso Iudice ad eius Tribunal iuris situm,&c.ad vidēdum,& audiendū per dictum A.produci,& exhiberi nonnulla capitula probè,seu summarias informationes,quæ produci voluerint, & accipiendū eorum copiam,& opponendum,& ad videndum,& audiendum ea, seu eas admitti, & terminū ipsi A. statuti in, & super dictis capitulis probè, seu sūmariis informationibus, vtsupra producendis per dictum instantē, & ad videndum eligi vnum ex Notariis infrascriptis de Pilastro Cōmunis Mediolani,qui recipiat,interroget,& examinet quoscunque testes producendos pro parte ipsius A. in dicta causa,& super dictis capitulis probè vtsupra,producendis,si testes examinandi debent extra Ducatum Mediolani, ita vt per litteras subsidiales sint examinādi;additur, & ad vidēdum concedi quaslibet opportunas litteras in iuris subsidium ad Magn. Prętorem N. pro examinandis testibus nominandis habitantibus extra Ducatum Mediolani,& eius Domini Prętoris eligi Actuarū in Notariū, & proinde ad videndum fieri quamlibet nominationem testium, & præstari iuramentum iuxta formā statutorum Cōmunis Mediolani,& nouarum constitutionū, & ipsas litteras subsidiales concedi, & fieri pręceptum generale extensio supra fol. partib. & ad videndum fieri omnia alia,&c.extensio est supra,& ad respondendū de iure pręmissorū occasione,alioquin, &c. extensio est supra,terminus est die mensis 1580. pro essendo, & cōparēdo,vtsupra die,ponatur terminus cōparēdi, & si citatio transmitteretur in tertiis pro cōparendo in vesperis debet addi post 1580. in tertiis, & ante nonā, quo tenore finito dicitur scripsit talis,talis cognominis,deinde additur,quorum Dominorū Notariorum de Pilastro nomina sunt ista videlicet,& ponuntur nomina quatuor Notariorum de Pilastro, quæ nominatio debet fieri, tàm ex ordinatione statuti, quàm ex ordinatione Senatus, Excellentissimi edita die sed in causis vertentibus coram Capitaneo Iustitiæ Mediolani, exequutorious Camerę,& aliis iusdicentibus superioribus pōt omitti nominatio istorū Nota-

riorum de Pilastro, quia hęc nominatio nisi in causis vertentibus coram aliquibus Iudicibus ordinarijs non solet fieri, quod sciam. deinde, vt audio, Notarius Douanæ siue actuarius habet causam à Fisco, cum facultate examinandi Testes.

In termino dictæ citationis producuntur capitula, vel summariæ informationes.

Summariæ informationes sunt super quibus assumuntur informationes in iudicio summario, & super quibus in plenario iudicio, & petitorio possunt recipi testes alij: licet ex regula publicato processu non fiatj. Et summariæ informationes petuntur assumi præuia comparitione in termino citationis ad videndum eas assumi per Norarium banci: terminum statuti; ac fieri pręceptum generale, & in fine comparitionis additur.

Qui prefatus d. N. iudex iussit super prędictis informationes summarias assumi, & fieri præceptum generale, &c. vltimo signat à Iudice.

Huc possent inferi mille formula capitulorum: sed omnium difficillimę sunt quę negatiuam inferunt de quibus vide propterea Hęrcul. de proban. Negatiua. interim si se occasio dabit vtere hac.

Primò. Ch'è vero, publica notorio qualmente de quelli beni descritti nel fine del commandamento d apprehendere de auersarij, quali se leggeranno à testimonij per loro chiara intelligenga, l'anno mille cinquecento settantatre, non s'è canato à opinione d'informati de tali beni, ne potuto cauare più de brente cinque di vino, stara dua de sega'e alla misura di Milano, computata la semenza, ne altrimente potrebbe essere, ch'essi testimonij non lo sapessero, che per essere vicini haurebbono visto, saputo almeno inteso.

Secondo, che detto vino canato de detti beni detto anno per esser vino tristo quell'anno non fù di maggior prezzo di lire tre per brenta, ne per maggior prezzo si sarebbe po-

tuto

tuto vendere à commune giuditio d'huomini informati della qualità d'esso vino, & prout supra.

Solent autem quidam cautelarum Magistri per calumniam procedere capitula ac testibus iuramentum deferri facere intermino, postea alere instan. nec vnquam testes examinari facere (quia sunt testes inanes) vt negotium pro trahant, sed remedium est vt adeatur. Senatus qui solet statuere terminum ad examinari faciendum.

1580. Indictione N. producta die, &c. per infrascriptum A. semper cum reseruatione, &c. & facta est requisitio, quòd admittantur, (& decernantur litteræ subsidiales ad Magnificum Prętorem, &c. pro examinandis infrascriptis testibus in eius iurisdictione degentibus,) & facta est admissio, (& decretæ sunt litteræ ad ipsum D. Prætorem N. atque statutus fuit terminus respectu probationum, præsentium durante termino probatorio, & respectu probationum, per testes extra Ducatum degentes, statutus est terminus dierum triginta utilium proximè futurorum ad probãdum in, & super infrascriptis capitulis, & electus est Notarius D.N. in Notarium, respectu testiũ examinandorum in Ciuitate, & Ducatu Mediolani, & respectu testium commorantium extra Ducatum electus est Actuarius præfati Magnif. Domini Prætoris, & factum est pręceptum generale partibus, &c. ita vt durante dicto termino partes ipse per dictum præceptum generale intelligantur, & sint monitæ, & citatæ in locis prædictis, & quolibet, & altero eorum, in quo testes contigerit examinari, & possint, recipi, & iurari durante dicto termino absque vlteriori monitione, & citatione ipsarum partium, atque dimissa fuit copia dictorum capitulorum, pro dando parti, siue summariarum informationum, vt in facto, si per litteras subsidiales.

Insuper dictus A. volens gaudere beneficio nouarum constitutionum, & ordinum Communitatis Mediolani, nominauit, & nominat infrascriptos testes habitantes in suprascripto loco N. quorum nomina, & cognomina sunt videlicet, ponuntur nomina, & cognomina testium,

deinde subditur quibus, vel aliquo eorum asseruit indigere ad probationem sui iuris, atque iurauit, & iurat, quòd id non facit dolo, nec per calumniam, nec in fraudem, nec animo protelandi eam litem, sed credens in eis nominatis indigere ad probationē iuris sui, & per omnia iuxta formam statutorum, & nouarum constitutionum.

In Nominē Domini Amen. Coram honorando Viro D.N. Iudice, &c. in causa petitionis factæ per infrascriptū A. & assertæ responsionis eidem factæ per B. & in omni, & qualibet alia causa, & lite vertēte coram vtsupra inter dictas partes, dictus A. eius semper iuribus saluis probare intendit, & fidem facere vult vt infra, non se propterea astringens ad infrascripta, & singula probandum, & verificādū, sed solummodo ad ea, quæ sibi prolint, & sufficiant ad obtentum intentionis suæ, & victoriæ huius causæ vt infra (si producantur summariæ informationes dicitur assumātur summariæ informationes super infrascriptis) videlicet.

Imprimis quòd verum est, & fuit, & publicè dicitur, & publica vox, & fama fuit, stetit, & est. Capitulandum erit substantialiter de his, quæ fundamento intentionis suæ deseruire possunt modo non contineant diuersa à petitione, mox sequitur.

Itē, che delle predette cose ne è publica voce, & fama. Hoc capitulum conuenit omnibus capitulis.

Brunatius in rubrica de positionibus, & articulis n. 12. notat sequētia verba, & protestatur insuper dictus talis, & non astringit se, si procurator, nec dictum Dominum suum ad probandum omnia, & singula supradicta, sed quòd liceat sibi, & parti suæ de ipsis tantum probare, quod sufficit ad victoriam causæ. Itē protestatur quod sibi, & parti suæ liceat dictos articulos, & eorum quemlibet declarare, interpretari, diuidere, corrigere, emendare, & supplere, de eisdem trahere, & alia de nouo facere, & dare in formā iuris, si sibi & parti suæ videbitur expedire.

Item protestatur quòd si aliquid, vel aliqua continentur in dictis articulis, vel aliquo eorum, quod contra ipsum, vel partem suam faceret, seu facere videretur in aliquo: illo, vel illis vti, vel exhibere non intendit, nec exhibet, sed illud vult pro non dato, & non exhibito haberi, &

quod

quod ex nũc pro non dato habeatur, & si aliqua cõtrarietas, seu repugnantia esset in eis, vel aliquo eorum, vel esse posset, & liceat ei, & parti suæ illam corrigere, & tollere, & factum ad identitatem reducere, & prout sibi, & parti suæ videbitur expedire.

Finito tenore capituli describuntur bona, cum suis coherentijs.

Si pars comparet ad accipiendum copiam capitulorum oblatam, Notarius Actuarius solet in margine capitulorum scribere, data copia parti (si intendit opponere) addit, opponenti. si verò non intendit opponere, vel si contumax fuerit, lapso biduo vtili eligitur vnus ex Notarijs in albo productionis capitulorum, & si sit statuendus terminus, statuitur à Iudice, & tunc Actori currit tempus ad probandum, si verò pars voluerit opponere non currit tempus donec super admissione capitulorũ disputabitur, & quia frequentius solent fieri exceptiones contra dicta capitula, quia reorum est fugere. Ideo possent contra dicta capitula proponi exceptiones generales sub hac formula.

Et hæc omnia præsente B. semper cum reseruationibus, &c. vt in actis, & prædicta capitula acceptante in parte, & partibus, &c. in præiudicialibus verò dicente, excipiente, protestante, opponente, & allegante dicta asserta capitula non posse nec debere admitti de iure, sed posse, & debere de iure tolli, & annullari, & loco simplicis scripturæ poni pluribus rationibus, & causis, &c. & maximè rebus, sic se habentibus, prout se habent, & ex eo quia dicta asserta capitula fuerunt, & sunt notoriè impertinentia, & quæ nullo modo directè, nec per indirectum faciunt ad causam, neque releuantia probare volentem, & talia, & quæ de iure non sunt admittenda. Item quia non fuerunt, nec sunt producta tempore debito. Item legitimè. Item non fuit, nec est seruata forma statutorum Communis Mediolani, & si, & in quantum admitti debeant, quòd admittantur saluo iure impertinentium, & non admittendorum capitulorum, & opponendi contra personas, & dicta testium tempore definitiuæ sentẽtiæ in fine, & etiam quòd super dictis capitulis vlli testes non recipiantur sine

Vide Alex. conf. 42. n. 12. vol. 3. Iaſ. cõſ. 35 vo. 1. Tira. de vtroq; tract. §. 12 gl. 2. n. 4. & ſeq. ac Aſin. §. 2. c. 11. n. 11.

interrogatorijs, Cauti verò procuratores solent obtinere litteras à Senatu ne fiat examen testium sine interuentu interrogatoris, & ex ordine edito hoc anno per Abb. Not. vel interrogatore dicti A. per eum dandis, vel conducendo, quem conducere, vel producere vult, aliter protestatus fuit, & protestatur de nullitate, &c. & de omnibus expensis, &c. saluo iure, &c. Facta ista exceptione per reũ, quia capitula intentionum, modo sint tempore congruo producta ex forma statutorum habẽtur pro admissis ipso iure, saluo iure impertinentim, & non admittendorum, & opponendi contra personas, & dicta testiũ tempore disputationis definitiuę sententię citatur Reus ad videndum dicta capitula admitti sub hoc tenore videlicet.

Mandato talis Iudicis, &. ad instantiam A. cum reseruatione, &c. citetur per talem seruitorem. Cõmunis Mediolani B. compariturus (seu quatenus veniat, & compareat) termino infrascripto coram præfato D. Iudice ad eius bãcum iuris situm, &c. ad videndum, & audiendum per præfatum Dominũ Iudicem admitti illa capitula probè producta ad instantiam ipsius A. sub die tali, &c. & terminum statuti, ad probandum super eis, & eligi Notarium ex Notarijs nominatis ad receptionem testium producẽdorum, pro parte dicti A. & ad videndum fieri, seu renouari præceptum generale partibus, vt moris est, & fieri omnia alia, &c. & ad respondendũ de iure occasione præmissorũ alioquin, &c. Et hæc omnia in causa interrogationis, & assertę responsionis, & omni, & qualibet lite, & quæstione vertẽte inter dictas partes, coram vt supra, terminus est die talis 1580. pro essendo, & cõparendo vt supra, & vbi supra die tali in tertiis hora debita causarum scripsit talis, &c.

Nota q; si Iudex esset clarus de admittendo capitula nõ obstantibus exceptionibus partis, tunc post dictionẽ fieri præceptũ generale partibus, addi deberet, & hoc non obstantibus exceptionib. ex aduerso factis, vti non militãtib.

Et in termino huius citationis Iudex, si esset clarus, solet admittere capitula sub hac forma præmisso tempore, & præsentia ipsius Iudicis sic.

Præfatus Magnificus Iudex capitula probè producta sub tali die per A. in causa petitionis, & assertæ responsionis,

nis, & in omni, & qualibet lite vertente inter ipſum A. ex vna, & B. ex altera, viſis dictis capitulis, & exceptionibus contra ipſa propoſitis, & vis videndis, etiam interloquendo, & aliàs omni meliori modo, admiſit, & admittit, ſaluo iure impertinentium, & non admittendorum, & opponendi contra perſonas, & dicta teſtium tempore diſputationis definitiuę ſententię, aliquando ad pe tionem alterius partis Iudex ſolet decernere, ita tamen, quòd teſtes examinentur ſuper contrarijs interrogatorijs dandis per partem, ſi quæ dare voluerit, vel adhibito contrario interrogatore conducendo per partem aduerſam eius expenſis proprijs, & ſtatuit terminum durante termino ad probandum ſi ſint decernendæ litteræ ſubſidiales additur, & hoc reſpectu probatorium præſentium pro quarum receptione elegit N. vnum ex Notariis de Pilaſtro nominatis, reſpectu verò examinis teſtium commorantium in iuriſdictione N. attento iuramẽto prę ſtito ad formam ſtatutorum, & nouarum conſtitutionum ſtatus Mediolani, decreuit litteras opportunas, in ſubſidiũ iuris Magn. Domini N. Prętori dictę iuriſdictionis, cui conceſſit facultatem citandi, & iuramenta deferendi, & examinandi dictos teſtes nominatos, atque ad hunc effectum elegit ipſius Magn. Domini Prætoris Actuarium rerum ciuilium, & ſtatuit terminum dierum triginta vtiliũ proximè futurorum ad probandum, & fecit præceptum generale partibus, &c. & ſignatur à Iudice, poſt ſubditur præſente dicto A. & acceptante: ſi eſt de conſenſu partiũ dicitur præſentib. dictis partibus, & acceptãtib. aduerte, & ex ordine Collegii Dominorũ Abbatum Notariorũ Mediol. prouiſũ fuit ne Actuarii audeant atteſtari de conſenſu partium, niſi verè in iuditio partes illæ, & notæ extiterint, vel procurator Rei atteſtetur de conſenſu ipſius eius principalis, ſub pęna falſi.

Iſta reſervatio operatur, & ſtatuit, poſt finitũ proceſſũ iuxta cognoſcitionem, erit eaſus imperatiuę per inde erit ac ſi nõ fuiſſent admiſſa, & reiciẽtur cũ probationibus factis. imò iſta reſervatio ſortitur effectus, vt capitula & atteſtationes admiſſæ ad impediẽdã executionẽ vel cognitionẽ cauſæ ſummariæ nil reſeruent Bortgn. deciſ. 28 par. 2. n. 23.

Admiſſis autem iſtis capitulis, ea capitula ſolent portari Notario electo ad examinendum teſtes, & ſi teſtes ſint examinandi ſuper interrogatorijs, vel adhibito contrario interrogatore, tunc ſolet emanari citatio de mandato Iudicis ad dandum contraria interrogatoria, vel conducendum contrarium interrogatorem ad bancum Notarii talt.

die,& ad videndum deferri iuramenta testibus sub hac formula videlicet.

Mandato Magnifici talis Iudicis instante A. cum reservatione, &c. citetur per N. seruitorem B. quatenus tali die talis mẽsis à prandio, & in vesperis compareat cũ eius interrogatore, si quem adhibere vult, vel contrariis interrogatoriis, sique dare intendit coram spectabile N. Notario electo ad eius bancum situm in cancellis Magnis Dominorum Notariorum Mediolani, ad videndum per ipsum Notarium deferri iuramẽta testibus producendis per dictum instantem, eosque successiuè examinari, & omnia alia fieri, &c. aliter,&c. & hæc omnia in causa inter ipsas partes vertẽte corã præfato Domino N. datũ Mediolani, quòd idem est terminus eſſ)die tali mensis 1580 pro comparendo vtsupra scripsit N. Aliquando Notarius electus solet hac citationem subscribere, &c.

In termino dictę citationis solet incipere examinare testes vtendo frequentius sequenti proemio videlicet.

In Nomine Domini Amen. Infrascripti sunt testes eorum dicta sacramenta, & attestationes producti recepti, & interrogati, & examinati per mẽ N. publicum Notariũ Mediolanensem, & de pilastro ad infrascriptum examen electum super infrascriptis capitulis, vt infra, corã vt infra probe productis sub anno Domini, currẽte 1580. indictione, &c. de quibus, & mense infrascriptis, quorũ quidem capitulorum, & testiũ tenores sunt huiusmodi videlicet. ponuntur tenores capitulorum cum proemio.

1584. Indictione,&c. die tali,&c. mensis talis. (Examẽ.)

N. filius N. habitans,&c. testis productus per præf. A. in causa vertente inter præf. A. ex vna,& B. parte altera coram Mag Dominis N. iurauit,& iurat ad S.D.E.M.C.T.S. & in manibus,& ad bãcum Notarię mei N. Notarii eidem iuramentum deferentis. infrascripti electi situm in Cãcellis Dominorum Notariorum Mediolani, sitis in Broleto Communis Mediolani veritatem dicere in hac causa, tam pro vna parte quã pro altera bona fide, sine fraude, remotis ira, odio amore, timore, prece, precio, amicitia,& inimicitia, speciali proficuo,& damno, & omnibus his, quibus testis deuiare possit à veritate dicẽda,& respondere inter-

roga-

rogationibus, quæ per me Notarium ei testi fient, & secretare dictum suum, donec illud, & dicta, & attestationes aliorum testium in præsenti causa producendorum erunt partibus ipsius publicata, aut quòd aliter dictæ partes erunt in concordia. Præsente præfato producente vtsup. & absente altera parte &c. deinde dicitur super primo capitulo sibi lecto, cum contentis in eo, interrogatus hic testis dicit; *Io Giouanni Leandro testimonio dico esßere vero*; & testes debent reddere bonam rationem scientię per vnum ex quinque sensibus corporeis, nempè aut visus, aut auditus, aut tactus, aut odoratus, aut gustus in his, quæ cuilibet ipsorum congruunt debitè, & aptè referendo secundũ annotata per Marantam part. 6. de testium productione. numer. 9. & hoc vbi testis fuerit interrogatus super causis scientiæ, secus nihil probat, q̃ tamen dicit non procedere in causis criminalibus, qui num. 11. dicit quòd tabelliones examinatores testium in hoc errant dum recipiendo dictũ testis in causa scientiæ scribunt, & scire dixit vtsupra dixit, & deposuit, quia si in illa depositione testis non fecisset mentionem de aliquo sensu corporis, sed solùm generaliter dixisset scire dicta per eum, quòd tunc illa causa scientiæ destruit totum eius dictum, sed videtur ipsum Marantam circa præmissa facientem aliquas limitationes.

Post finitum examen interrogari debet testis super generalibus, quæ sic solet extẽdi, & practicari, s. si est doctus, vèl rogatus hoc testimonium perhibere etiam contra veritatẽ, & si est debitor vel creditor, fictabilis, massarius, pẽsionans, compater alicuius dictarum partium, & si habet, aut habere sperat proficuum, aut damnum in victoria, aut amissione dictæ causæ, & si habuit aliquid ab ipsis partib. vel altera earũ, vel ei aliquid p̃missum fuit p̃ testimonio perhibendo, & si stat ad vnũ panẽ, & vinũ cũ dictis partib. vel si partes cũ ipso, aut si ipsas partes, vel alteram earum odio habet, vel eis attinet, & in effectu, quam ex partibus vellet in causa obtinere, & si sumpsit sacrã Eucharistiã, & si rñdet negatiuè, scribitur. Super H·R. & qđ fuit citatus p̃ seruitorem cõmunis Mediolani pro hoc testimonio perhibendo cuius nomen ignorat. si verò dixerit q̃ sit inimicus, vel affinis, & sic de reliquis, tũc additur illud, qđ dicit, puta,

puta, post rectè, saluo, quòd dixit esse debitorem, vel creditorem, aut fictabilem, vel compatrem &c. possunt etiam fieri alia interrogatoria, prout à parte cõtraria subministratum fuerit.

Interrogatoriorum schema.

Peto testes interrogari de causis scientiæ: An interuenerit numeratio pecuniæ: Per quæ verba se obligarit: Quo loco; Quibus præsentibus; Qua moneta; An testis sit amicus producentis: An sentiat damnum &c. vide Specul. de interrog. & Notarij examinatores in hoc debent esse diligentes, vt testes examinent adamusim super interrogatorijs contrarijs partis, & capitulis productis, quia secus post etiam publicationem, deberent iterum examinari secundum Brun. & aliquos alios Docto. Vnde inoleuit bona practica Notariorum, quòd si partes nolunt testes examinari super aliquo capitulo, id notant in processu dicendo super aliquo capitulo omisso precedenti de voluntate producentis. Deinde Notarius dicit, & iussus fuit per N. seruitorem publicum Mediolani, pro præsenti testimonio perhibendo, de veritate dicenda. Et de iure pars est citanda, ad videndum iurari testes examinandos, & partes poterunt esse præsentes delationi iuramenti, non autem examini, secus eorum dictum nullum esset. & secũdum doctrinam aliquorum scribentium in actu delationis dicti iuramenti, deberent fieri oppositiones contra personas dictorum testium, & saltem ante publicationẽ processus, quòd fiat protestatio de opponendo contra personas, & dicta testium; contra capitulando vero sic v.g. capitulis contra personam testis.

Oria. num. 13. tit. de posit. test. Mar. par. 6 test. produ. num. 2. Ioã. de Deo. li. 5. caut. c. 5 & 6. Bru. Castr. in l. si quando. C. de test. nu. 2. in fi.

Che gl'è vero qualmente N. Parasito, qual deue hauer testificato nella presente causa per detti N. Malpagi contra detti N. e stato, & è famigliare & amicissimo de' detti Malpagi, anzi è stato quello qual ha fomentata la lite, & di più ha fatto con esso loro compagnia di vino quest'istess'anno.

Et quello Formione, qual parimente hà testificato flà di presente per fameglio in casa d'essi Malpagi, & è pouero, di mala voce, e conditione, talchè per vn reale direbbe il falso.

Item quod de prædictis &c. Cum aliter post publicatas attestationes, nihil possit opponi contra personas testium,

ſtium, niſi tribus in caſibus, primo ſi ante publicationem proceſſus præceſſerit proteſtatio velle opponere, ſecundo ſi iurauit non malitiosè ſe opponere. Tertiò, ſi monſtrauerit ſe de nouo didiciſſe id, quod opponit, & an didicerit, ſtandum erit eius iuramento.

Mediolani tamen frequentius non citatur pars ad vidē dum iurari teſtes, niſi ad libitum Notariorum, quia ſufficit præceptum generale partibus iam factum, per quod quælibet pars eſt monita durante termino ad probandum vt compareat quolibet die, & hora ad ſingula neceſſaria, & hoc niſi in ſpecie inſtante parte, Iudex pronuntiaſſet citari debere ad delationem iuramenti teſtium.

Et quia teſtes in gratiam, vel metum partis aduerſæ, vel odium capitulantis, recuſant ſponte cōparere ad perhibendum teſtimonium, tunc poſſunt cogi ad perhibendū teſtimonium veritatis in cauſa ciuili, tàm realiter, quàm perſonaliter ex diſpoſitione Nouarum conſtitutionum, & ſtatutorum, & iuris communis, ſed non omnes indiſtinctè: nam mulier non eſt cogenda, vt compareat in iudicio ad teſtificandum ciuiliter, ſed mittendus erit Notarius eius domum, aliter eius dictum non valeret ſecundum Orianū. num. 7. & 18. Item priuilegiati inuiti puta, attinentes vſq; ad ſeptimum gradum ſecundum Orianum. nu. 42. Aliqui autem non admittuntur ob reuerentiā eorum cōtra quos producuntur etiam ſi vellent, veluti filij contra patentes, libertus contra patronum, vxores contra maritos, niſi veritas aliter haberi non poſſet, & tunc producens tales teſtes, debet probare rem aliter probari non poſſe. Et quando teſtes eſſent forenſes, non erunt prius cogendi ferre teſtimonium, niſi prius eis ſatisfacto de expenſis, & operibus, quibus caruerint arbitrio Iudicis, vel Notarij ex diſpoſitione tàm iuris municipalis, cap. 86. volu. 1. & ex doctrina Thomæ Ferrarij tract. caut. cautela 46. Et ſi ſit trāſmittendum præceptum ad perhibendum teſtimonium, poterit in ſubſtantialibus ſic concipi.

Mandato talis Iudicis &c. ſic inſtante &c. præcipiatur per N. ſeruitorem &c. C. perſonaliter, vel &c. quatenus die tali, menſis talis, hora tali, compareat coram tali Notario electo ad bancum ipſius Notarii ſitum &c. ad perhi-

ben-

bendum testimonium veritaris in, & supercapitulis probè productis per dictum A. & tota causa, in causa vertente inter dictum A. ex vna parte, & B. ex altera sub pœna scutorum decem auri applicandorũ pro dimidia Fisco, & pro residuo dicto instanti, & etiam personalis detentionis aliter &c. Dat. &c. subscribitur a Iudice, & ab Actuario electo. Nota quòd dicta pœna poterit augeri, & minui arbitrio Iudicis inspecta qualitate facti, & conditione personarum, ex dispositione constitutionis, & statuti, & si testis erit contumax poterit citari ad allegandum, quo elapso mulctabitur, & simul poterit concedi personalis exequutio, Maranta par. 6. nu. 6. dicit quòd testes producti examinari debent in locò iuditii, & non extra, nisi essent mulieres, vel personæ egregiæ, vel infirmi, vel alio modo impediti venire ad curiam, quia tunc permissum est illos examinari in loco honesto extra locum iuditij, & tunc pars citari debet ad videndum iurati testes in illo loco, vbi sunt examinandi.

Præterea secundum Orian. num. 27. & sequ. permissum est parti producenti testes, posse instruere eos ad deponendum dictum suum, sed non permissum, vt instruat eos, vt sic dicant. Hinc datur cautela, vt volens producere testes, vt eos antequam producat, cum eis loquatur, & si viderit illos in suo sermone singulares, non producat, nisi vnum, quia tunc vnus solus testis facit semiplenam probationem, & poterit in supplementum deferri iuramentum, quod non posset, si essent producti plures, & singulares nullam faciunt fidem, nec etiam semiplenam probationem, nec posset deferri iuramentum in supplementum probationis ei, qui habet testes singulares. Hæc propositio non est semper vera, vt quando cum teste coniungi potest fama, vel alia coniectura. glossa celebris. l. fin. C. fam. hercis. Ioseph. Lud. concl. 45: ver. indicium autem; maximè in ijs quæ clam fiunt. Et testes dicuntur singulares quotiescunque dicta testium ex diuersitate factorum separationem recipiunt, & ista singularitas potest redargui ratione præsentis substantiæ V. G. vnus testis dicit, quòd Sempronius mutuauit decem Titio, alius dicit, quòd mutuauit Procuratori Gaij. Ratione in præsenti qualitatis,

Oria. Io. de Deo lib. 3. cap. nu. 7.

puta,

puta, vnus testis ꝙ vendidit, Seyo decem brentas vini albi, alius dicit ꝙ vendidit decem brentas vini rubei, vel ratione quantitatis, vt puta vnus testis dicit ꝙ Gaius mutuauit decem florenos, alius dicit triginta florenos Seyo, vel ratione in præsenti loco, puta quia vnus testis dici ꝙ præsens mutuauit in Terra Laudæ, & alius dicit in Terra Mediolani, vel in præsenti temporis scilicet vnus testis dicit, quia mutuauit Sempronio decem de mense Maij, alius verò de mense Septẽbris, & sic de alijs, vnde ad cautelã melius erit semper paucioribus vti testibus concludentibus, quampluribus singularibus, cum facilius sit cadere contrarietatem in pluribus, quam in paucis, & quot testes super vnoquoque capitulo diuerso possint percipi, videtur de iure permissum vsque ad septem nisi aliter æquum Iudici videatur, vel nisi essemus in factis antiquis, quia tunc est permissum vsque ad decem pro quolibet capitulo, & super tota causa vsque ad quadraginta posset tamen Iudicem refrenare dictum numerum testium, si vidi, & fundatam intentionem producentis. *Mar. par. 6. de test. prod num. 11.*

Supereſt (obiter) animaduertere in quot dilationibus testes possint produci durante termino ad probandum, & quidem vtsupra diximus, tribus vicibus, & etiam quarta, sed nisi seruata debita solemnitate iuris videlicet, ꝙ producens iuret non per dolum, vel machinationem velle facere hanc productionem. Item quòd non inspexerit, neq; percuntatus fuerit, dicta testium per eum productorum, neque per alium didicerit. Lanfr. nu. 66. & Pap. vtſ. n. 15. *Pap. in gl. sumq; pu. numer. 4. Mar pub. de testium product. nu. 5.*

De publicatione processus. § 3.

EXaminatis testibus, & lapsis omnibus terminis probatoriis, & reprobatorijs hinc inde, & non prius tũc emanatur citatio, quæ potest fieri ad alterius partis instãtiam, ad videndum publicari processus, & testes, & peti, vt deferatur iuramentum suppletorium.

Mandato vtsupra, ad instantiã vtsupra, vsq; ad sitũ dicitur videndũ, & audiendũ per dictum instantẽ fieri quãcunque petitionem, & requisitionem, ad effectum, vt per præf. Mag. D. Iudicem publicentur, & aperiantur oẽs, &

fin.

singuli testes producti,& examinati in, & super capitulis per ipsum instante probe productis in causa inter ipsas partes vertente,& examinati recepti,& interrogati per N. Notarium ad hoc electum, eorumque dicta sacramenta,& attestationes ita,& taliter, quòd de eis omnibus fieri possit,& decerni copia dictis partibus, & quòd deferatur iuramentum præfato instanti in supplementum probationis,qua credit si non plenè,saltim semiplenè probasse, & ipsam publicationem fieri,& iuramentum deferri, & fieri omnia alia,& expediri &c. aliter &c.

Requisitio quòd publicentur testes.

In termino istius citationis fit requisitio publicationis, & publicatio sub isto tenore præmisso tempore, & præsentia Iudicis.

Comparet A. cum reseruat. &c. in termino citationis ad eius instantiam intimatæ B. ad viden. fieri infrascrip. &c. & prout in ea,ad quam &c. & petiit quatenus præf. Do. Iudex velit,& debeat publicare,& aperire omnes, & quoscunque testes,eorum dicta, attestationes, & sacramenta, examinatos,& receptos,facta,& præstita, & omnem processum agitatum inter dictum A. ex vna, & dictum B. ex altera occasione prout in actis, & de eis decerni copiam partibus,& hoc attento quòd lapsa sunt tempora probatoria,& reprobatoria,& vlterius quatenus dictus Do. Iudex velit,& debeat deferre iuramentum suppletorium ex cap. 201. stat. iuramentum suppletorium defertur lapsis termini, probatorijs in quo seruandus est ordo Abb. Notarius editus hoc anno eidem A. quia credit, si non plenè, saltim semiplenè probasse & plusquam semiplenè, quod ex nunc,& quandocunque paratus est subire, & hæc omnia in termino citationis. Sequitur ordinatio in hunc modum.

Qui præfatus D. Iudex publicauit & aperuit, & publicat,& aperit dictos omnes testes, vtsupra productos, & examinatos eorumque dicta sacramenta,& attestationes, & decreuit copiam partibus decerni.

Pu-

Publicatio vel proceſſus.

SVperinde annectitur ordinatio publicandorum teſtiũ. Qui præf. N. viſa dicta requiſitione ad petitionem, & inſtantiam dicti A. præſentis, & inſtantis, & omni meliori modo &c. publicauit, & publicat, & pro publicatis, & apertis haberi pronuntiauit, & declarauit, & pronuntiat, & declarat omnes, & quoſcunque teſtes eorumque dicta & ſacramenta, & atteſtationes productos, & receptos, interrogatoſque & examinatos, delata, & recepta per N. Notarium Mediolani, ad hoc deputatum tam pro vna parte, quam pro altera in cauſa vertente inter dictum A. ex vna & dictum B. ex altera, & omni vtſup. & de eis decerni copiam ipſis partibus, & habere volentibus, vt moris eſt, ita, & taliter, quòd de eis, & quolibet eorum fieri poſſit copia partibus, vtſup. ſaluo iure deferendi, vel non petitum iuramentum, prout iuris fuerit. ſubſcribitur à Iudice, poſt dicitur præſente A. & acceptante &c.

In cauſis verò ſummarijs ex ſtatut. etiam iure communi Math. ſing. 51. cauetur quòd teſtis habeantur pro publicatis ipſo iure finitis dilationibus datis, vel pro datis habitis. Facta publicatione, vel lapſis omnibus terminis probatoriis & reprobatoriis, etiam quando proceditur per dilationes, alteri parti, eſt precluſa via vlterius probandi per teſtes, niſi in quibuſdam caſibus, de quibus latè ſcribuntur Lanfr. Orian. Pap. & alii præſertim ſi publicatio facta eſſet parte inuita, puta, quòd contradixiſſet publicationi proceſſus, ſed in Mediolani dominio Princeps ſolet concedere Iudicibus, vt poſſit dare dilationes ad probandum, quæ ſint communes vtrique parti; modo non ſint pandita, vel didicita teſtificata, ſiue cognitę atteſtationes. Hinc quis dicitur didiciſſe teſtificata quando habuit penes ſe librum atteſtationum, & legit illas, & diligenter eſt percontatus, vel per alium ſibi legi fecit, vel ſi ab aduerſario ſuo atteſtationum informationem, diligenter intellexerit, vel perſpexerit Procurator, vel Aduocatus, & quòd præſumetur pro illo, qui negauerit didiciſſe, ſtatur, ſiue purgatur hęc præſumptio per eius iuramentũ,

Stat. c. 194 vol. 1.

Vide etiam Stiaticũ. c. 18. nu. 9. Petrũ Rachã ca. 15. nu. 39.

Rol. fol. mihi 401. 6. col. 2. in gl. §. quia vero.

ſed

sed pauci sunt, qui contradicant executioni talium litterarum, in omnem casum, si velles defraudare tuum aduersarium hac solita prouisione Principis, poteris publicatis testibus eorum depositiones intimari facere aduersario tuo, qui nequaquam poterit se tueri non didicisse. Verum ille poterit retundere ipsam cautelam, retrodando statim famulo ipsam intimationem, & curando, quod seruitor referat te nequaquam percontatum esse ipsas attestationes. Rursus posset elidere talem cautelam per iuramentum non didicisse.

Ex Mar. ex Pap. & Alexand. Stiat.

Publicationis autem testium, virtus ea præcipua est, & si fuerit facta durante instantia probant, secus non, si perempta instantia, nisi in causa succedanea secundū aliquos, puta testes examinati in causa principali non publicati faciunt fidem in causa appellationis. & illa pars, quæ petierit publicationem testium, non erit admittenda ad nouiter probandum per testes, quia præsumitur didicisse testificata. Et dicta publicatio testium debet fieri per illum Iudicem, coram quo ventilatur quæstio, seu causa, ne causæ continentia diuidatur, etiam si examen fuisset delegatum, & secnndum aliquos doctores publicatio testium nō est de substantia iudicii, quia sententia lata sine publicatione testium, nihilominus valebit, neque infringetur ob omissionem publicationis secundum Marantam in dist. 9. prin. in d. parte 4. num. 22. vbi etiam dicit quòd in causis summarijs non est necessaria publicatio processus, & in sexta parte de publicatione processus ait publicationem processus fieri debere partibus præsentibus, vel altera parte citata, vel contumace, aliàs non valere, ex quo pars per eam posset lædi; & quòd publicatio testium etiam de consensu partium facta, non validat depositiones testium minus ritè receptorum, sed quicquid sit de iure, ego puto & in dominio nostro Mediolani, non sit opus publicatione, attento quòd per decreta eiusdem cautum est, quòd lapsis temporibus probatorijs, seu reprobatorijs censeantur omnia in eis agitata ipso iure, & facto publicata, & de eis fiat copia parti, si petita fuerit. frequentius tamen solet fieri publicatio per Iudicem citata parte, nec illud etiam omittere volo, quòd publicatio processus, seu testium pro

vna

vna parte tantùm non impediet completionem testium alterius partis, ita vt si citius erunt expeditæ examinationes testium vnius partis, quam alterius, poterit peti fieri publicatio quo ad illas tantùm, & postea completis alijs fiat iterum publicatio in alijs, & de publicatione hactenus dictum, & excitatum sufficiat.

Publicatis igitur attestationibus, si altera partium consideratis probationibus, viderit non bene fundasse eius intentionem, poterit vno de tribus modis sibi consulere, vel per viam interrogationum, & positionum, seu per viam sacramenti litis decisiui. Per viam probationum, dupliciter modo, quia vel potes curare, vt Iudex ex officio recipiat probationes à tali, & tali testibus quorum notulam illi dabis secreto, & ipse si voluerit fauere, poterit examinare: si verò tu vis probare seruatis seruandis, tunc solet adiri Senatus, qui dat litteras, quòd detur dilatio ad probandum, supplicanti, eo renuntiante cum effectu appellationi, quę daretur à sententia ferenda, & sic in præsentatione dicti rescripti renuntiatur appellationi. Id etiam an posset concedi per Iudicem absque iussu Principis, lis est. Quando verò vis probare per viam sacramenti, potes hoc facere in qualibet parte litis, modo defferatur debito tempore (quod puto ante sententiam) quia statut. id concedit, & etiam ius commune, sed tunc victoriam causæ cõmittis aduersario tuo, & facis eum Iudicem, & decisorem, & si iuramentum deferretur iam productis teste, vel testibus, instrumentis, vel alijs iuribus, siue dicta, aut attestationes testium fuerint publicatæ, siue non: tunc respectu ipsius defferentis, intelligitur ipso iure per eum renuntiatum, quo ad omnem effectum quibuscunque probationibus in sui fauorem factis quauis causa, respectu concernentium ipsam formam sacramenti tantùm, ita quòd in posterum nullum vnquam fieri poterit fundamentum, nec inditium de dictis probationibus, in causa ciuili, vel criminali ex offitio, nec aliter, si ille cui fuit delatum iuramentum, super ipsa forma sacramenti legitimè iurauerit, & hoc quando deferri potest, nam excipiuntur aliqui casus à statuto, & à iure communi in quibus non potest deferri hoc sacramentum, nec ille, cui defertur, te-

Vide Pap. Stat cap. 100. vol. 2

netur ipſe iurare; hoc tamen iuramentum non poteſt deferri per procuratores partium, niſi habuerint ſpeciale mandatum. Aliqui publicato proceſſu ſolent poſt factam publicationem, ad hoc, vt cognoſcatur an teſtes veritatē depoſuerint, interrogare partem, quæ examinari fecit teſtes, an velit vti capitulis productis, & teſtibus ſuperinde examinatis, & eorum dictis atteſtationibus, & ſacramentis; ſed quia hoc nō conſueuit fieri frequentius, & niſi euidentiſſimè appareret de falſitate, vel per illos, qui ſatagūt dilationum cauſarum, vt clipeo criminalitatis inhibeatur Iudici cauſæ ciuilis, ne procedat, pro nunc omitto.

De Conſilio Sapientis. Cap. VII.

Stat. c. 27. ner. 1. no. conſt lib. 2 de iud. ca. his pera ſis.

PVblicato ergo proceſſu, Iudices, ſiue ordinarii, ſiue delegati ad partium, ſiue alterius earum requiſitionem debent infra dies duos vtiles immediatè ſequentes ipſos terminos, eam litem, ſeu cauſam committere adeſt ordo Senatus ſeruandus in commiſſionibus 14. Aug. 1566. vni Doctori confidenti partium de Collegio Iuriſperitorum illius ciuitatis, in qua, vel cuius diſtrictu (ſtatut. addit ſiue ſint terræ communes) lis agitari contingit, ſi tamen debito tempore petitum fuerit, & dari debeat. Hinc citatur altera pars ad certam horam, & diem, vt compareat cum ſuis confidentibus de Collegio I.P. Mediolani, in tot numero, vt concurrant cum confidentibus dandis per ipſum inſtantem ad effectum, vt cauſa requiſitionis, ſeu vt in facto, & omnis cauſa vertens inter dictas partes committatur vni ex illis confidentibus alioquin, ad videndum in contumatiam, ſeu renitentiam. ipſius B. cauſam ipſam committi vni ex confidentibus in ſcriptis dandis per ipsū inſtantem, & ſucceſſiuè ipſam commiſſionem fieri, & omnia alia &c. aliter &c. terminus &c.

In termino dictæ citationis aliqui ſolent facere requiſitionem ad effectum, vt committatur cauſa, ſed frequentius omiſſa requiſitione dimittitur liſta confidentium penes Notarium. ſi altera pars non eſt præſens, & expectatur per diem, aut biduum liſta alterius partis, ſecus ſit commiſſio in contumatiam; ſi verò portet liſtam altera parte ab-

abſente tunc Actuarius examinat vtramque, & comperto confidente facit eligi illum à Iudice, in quem exinde fit commiſſio, quæ ſic fieri ſolet præmiſſo tempore, & præſentia Iudicis.

Prætatus Magnificus Dominus Vicarius cauſam requiſitionis, & exceptionum, & omnem, & quamlibet cauſam, & quæſtionem vertentem inter A. ex vna, & B. ex altera, coram ipſo Magnifico Domino Vicario, commiſit, & committit Magnifico I. C. N. de Collegio Magnificorum, I. P. Communis Mediolani confidenti reperto inter confidentes hinc inde datos (ſi eſt in contumatia loco reperto dicitur confidenti dato per dictum N. in contumatiam, vel renitentiam ipſius N. ad audiendum, & examinandum, & ipſi Domino Vicario conſulendum, quæ partes eius eſſe debeant iuxta formam nouarum conſtitutionum, & ſtatutum, & hoc in termino citationis. ſignatur mox ſubditur præſente dicto N. & acceptante, & abſente dicto N licet legitimè ad hoc citato. Deinde defertur originale ipſius commiſſionis confidenti electo, qui acceptat dictam commiſſionem, & iurat, vt infra. Qui prædictus N. conſultor electus vtſupra, acceptauit, & acceptat dictam commiſſionem in eum factam, & iuratuit quòd rectè, & iuſtè conſulet in prædicta cauſa ſibi commiſſa Deum ſemper præ oculis habendo eiuſque tremendum iudicium expectando, & in omnibus, & per omnia, prout requiritur ex forma ſtatutorum Communis Mediolani, & nouarum conſtitutionum ſubinde conſultor ſubſcribit manu propria dicendo ego N. accepto, & iuro vtſupra. Idem ſcilicet iurare debet Iudex ordinarius, ſi ipſe cognoſcit, ſed præuia citatione parti ad videndum iurare &c. Authēt. de iureiur. §. & æquus coll. 2. quem locum citat Alciatus 59. emblemate, ad demonſtrandum, quod nam ſit boni æquique Iudicis ac Senatus officium, quod vero dicitur de ordinarijs iudicib. eos teneri iurare cauetur ex no. conſt. lib. 2. tit. de Iud.

Quibus possint, vel non committi causæ ad consulendum.

Const. lib. 2. c. visu. §. possunt tamen.

NOn tamen poterit ipsam causam committere officiali salariato de publico: etiam si de Collegio, neque Doctori, qui fuisset Aduocatus alterius partis in dicta causa, neque consultoribus Dominorum Consulum Iustitiæ Mediolani, durante eorum officio. Item non tenebitur ipsam causam committere consilio sapientis in sequentibus casibus, primo si videret ipsum consilium sapientis non fuisse petitum, vel non petitum intra tempus debitum, scilicet intra dies decem vtiles post litem contestatam, vel habitam pro contestata, vel si videt consilium remoueri, ex statutis, vel nouis constitutionibus, nam in sequentibus specificè videtur remotum videlicet.

Const. lib. 3. de accus. Sta. c. 57. vol. 1.

Quibus casibus non detur consilium sapientis.

IN omnibus causis criminalibus. Nec (Ideo in litteris appellationis solet addi, quod committatur, aliàs iure ciuili committi non deberet) delegationibus, quæ fiunt alicui doctori de Collegio.

Neque in abbreuiatione terminorum à Iudice facta statut. cap. 26. volum. 1.

Neque in causis vertentibus inter meretrices, vel ipsas, & priuatos. constit. lib. 4. de meretricibus.

Neque in causis vertentibus coram Domino Vicario Prouisionũ Mediolani contra quoscunque debitores, & occupatores bonorum Communis Mediolani, const. lib. 5.

Neque in causis vertentibus coram vtroque Senatu, scilicet secretiori, & iustitiæ, neque Senatoribus eiusdem. stat. cap. 57.

Const. lib. 5. & stat. c. 57. vol. 1.

Neque vtroq; Magistratu ordinario, & extraordinario.

Neque in causis Mercatorum (sed constitut. addit nisi causa sit ardua, vel dubia.)

Neque

Neque in cauſis vertentibus coram Dominis Abbatib Notariorum Mediolani, ſi ipſis placuerit. *Stat. cap. 145. vol. 1*

Neque in cauſis ſindicatuum officialium. *Stat. c. 31.*

Neque in cauſis alimentorum præſentium, & futurorum, & legatorum ad pias cauſas. *vol. 2. Stat c. 47. vol. 1.*

Item pupillorum, viduarum, & orphanorum, minorũ annis viginti, & miſerabilium perſonarum, vbi tamẽ ſumma non excedat ſummam librarum centum.

Adde vbi nullum eſt dubium (& ſi nihil eſt,) vt inquit, Comicus, (quin malè narrando poſſit deprauarier.) conſilium enim Sapientis non datur niſi adſit dubium: licet itaque ſtatutum dicat cauſam committi debere intellige dubio emergente, & intellige dubio apud peritos.

Dubium regulariter fit per negationem. l. of. C. quib. ad lib. ſi tamen preſumptio ſit in contrarium putauit Baldus pro manifeſto haberi. l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff de pactis. Vel ſi in promptu eſſet probatio, per confeſſionem fortaſſe, legitimam probationem, euidentiam facti. c. cum olim. de verb. ſig & ideo cap. 91. ſtat. ad tollendum dubium Iudex accedit in rem præſentem.

Dubium fit altercationibus peritorum apud quos vbi oritur altercatio articulus fit commiſſibilis & illiquidus. Pap. for. lib. execut. ſent. ver. ſapiens.

Quod ſi pars in inſtrumento, vt fit, renuntiauerit omni legum auxilio, non tamen ex conſuetudine fori eſt ſublatum beneficium ſtatuti huius, licet Burg. contrarium ſentiat deciſ. volu. 2.

Neque in admiſſione capitulorum, & articulorum intentionum productorum tempore debito. *Stat c. 49.*

Neque in exhibitione banni, vel contumatiæ, & proceſſus, modo non agatur via libelli, petitionis, ſeu ſupplicationis ſummariè, vel ordinariè. *Stat. cap. 9 vol. 1.*

Neque in reproductione iurium iam productorum preuio tamen iuramento per partem petentem per ſe, vel procuratorem ſpecialem, vel generalem, ſe non dolo, vel calumniæ cauſa petere, vbi velit ea reprobare. *Stat. cap. 35. & 79. vol. 1.*

Neque in reſponſione fienda interrogationi, ſi ſit hęres, vel poſſideat, vel ſcripſerit &c. Idem in reſpondendo

positionibus productis lite contestata, vel habita pro cõtestata, vel quasi, vel vbi procedendum sit summariè sine strepitu, de plano, & figura iuditii.

Stat. c.100 vol. 1. Neque in materia dilationis sacramenti litis decisiui.

Stat. c.80. vol. 1. Neque in petitione exhibitionis instrumentorum, & abbreuiaturarium fiendę per Notarium modo sit iuratum, quòd credit sua interesse habere dictum instrumentum, seu scripturas, & facere ad causas, vel credat interesse habere tale instrumentum, aut acta, vel scripturas, & sic de alijs, vt in textu comparies.

Et tunc Iudex ipse ordinarius recognoscens superiorem tenebitur de per se, & absque consilio causam decidere, & iurare ex nouar. const. tit. de Iud. lib. 2. §. possunt tamen iusdicen. de per se quòd rectè, & iustè iudicabit in causa coram eo vertente, Deum semper præ oculis habendo, eiusque tremendum expectando iuditium, sed nullum salarium seu emolumentum percipiet, & ex dispositione statutorum cauetur, quòd commissiones, quæ sunt faciendæ Iurisperitis per iusdicentes tam terrarum Communis Mediolani etiam infeudatarum, vel iurisdictionem separatam habentium, quam terrarum communium inter Mediolanum, & Papiam, vel Mediolanum, & Laudam fiant Iurisperitis de Collegio Iurisperit. Mediolani, alirer commissio sit nulla, & sententia lata ipso iure sit nulla, & non valeat, saluo quòd stat. non habent locum in causis Mercatorum nec Datiarijs, nec taxationis expensarum litis nec in cõmissionibus fiendis ratione differẽtiarum seruitutum tam prædiorum rusticorum, quam vrbanorum nec in causis diuisionis bonorum immobilium, quia tales commissiones possunt fieri etiam alijs peritis licer nõ de Collegio, & alibi cautum est quòd in quibuscunque causis ordinarijs, vel extraordinaris etiam summarijs in quibus petitum fuerit consilium sapiẽtis super aliquo cap. emergente, incidenti, dependenti, connexo, vel orienti, aut dubio, ac etiam in grauaminibus, quę interponi contingant, datur consilium sapientis, si fuerit de partium consensu, vel aliter petens illud, faciat depositum de salario consultoris, & libris sex dandis parti aduersæ, si succubuerit eo die, vel sequenti, quæ facta erit taxatio

ipsius

ipsius salarij, & in casibus, in quibus cõsilium sapientis petitũ fuit, dari debet, si Iudex iudicare sine consilio sententia ipso iure est nulla, & Iudici imponitur pęna, veruntamen in aliquibus casibus puta in executiuis videlicet qñ fuit intentatum remedium statuti, si quis prima facie, vel nou. const. si per apparentem, vel caducitatis, vel de præcepto concedendo ad executionem pactorum executiuorum vel executionis alicuius sententiæ latæ, vel præceptorum arbitrorum, vel arbitramentorum factorum à triennio retro vel pręcepti quindecim dierum vtilium transmissi à triennio retro, non obstabit quin Iudex exequatur. *Stat. c. 57. vol. 1. cap. 409. vol. 2 stat. c. 156. vol. 1.*

Succesliuè tali confidenti electo intra decem dies, secundum dispositionem nouarum constitutionum, & quatuor secundum statuta, post factam dictam commissionem partes tenentur deferre omnia iura (statut. dicit agitata, & producta, super quibus iudicandum est) specifica, & in forma fidem faciente, vltra quem terminum alia iura exhibere non possint sine dispensatione Principis, vel Senatus, in causis tamen cridarum poterunt produci infra triginta dies, post lapsum termini, & ante emanatum perhemptorium signatum manu Iudicis, sed videtur obseruatum, quòd ad instantiam alterius partis emanatur citatio de mandato tam Iudicis, quàm dicti consultoris, ꝙ compareat coram ipso cõsultore subtus Collegium Mag. I. P. Ciuitatis Mediolani, cum omnibus suis scripturis, & iuribus, si quæ habet, & vti vult, potest, & intendit cum suis procuratoribus, & aduocatis, & solicitatoribus ad allegandum, & allegari faciendum, & ad docendum de iuribus suis, & hoc in causa vertente inter dictas partes, seu agentes pro eis coram præfato Magn. Domino Iudice, & commissa ad consulendum ipsi Mag. Domino Consultori alirer, &c. & ad respondendum de iure præmissorum occasione, eius vigore si altera pars detulerit eius iura benè secus obtinetur ab ipso Iudice terminus dictæ parti renitenti ad deferendum eius iura, & si adhuc perseuerat in cõtumatia, seu renitentia recurritur ad Principem, qui de more solet dari litteras Commissario causæ, vt statuat terminũ parti ad exhibendum eius iura quo lapso, & non facta dicta productione iurium, ad expeditionẽ causæ deue-

Cõst. lib. 2. de iud. cap. his peractis. §. huic & stat ca. 29. vol. 1.

niat, nulla habita ratione iurium exinde deferendorum p ipſam partem,& ſolet ſupplicari Principi hoc modo. Sereniſſime Rex,& Dux. vertitur cauſa rei vendicationis nõ nullorum bonorum immobilium coram Magnifico Domino tali Iudice,& Commiſſario,ad conſulendum tali doctori inter ſupplicantem,A. fid.M.V. ſeruit.ex vna,& B.rerum conuentum ex altera, & licet ex forma ordinum quę libet pars teneatur intra certum tempus exhibere eius proceſſum, & acta,& iura,quibus intendit, & vult vti in cauſa, nihilominus dictus B. licet monitus,& interpellatus recuſat deferre eius iura, & ſine eis dictus D.conſultor dicit ad expeditionem cauſæ deuenire non poſſe, & quia negligentia, ſeu renitentia obeſſe non debet diligentiæ ipſius A. Ideo,vt occurratur quantum fieri poſſit,tergiuerſationi dictæ partis,& ne eius culpa cauſæ ipſius expeditio protrahatur pluſquã par ſit,ad M.V. recurrit Supplicãdo vt illa dignetur mandare dicto Mag. N. cauſæ conſultori,vt ſtatuat aliquem terminum dicto B. ad deferendum eius iura, ſi quæ deferre intendit,& vti vult in dicta cauſa, quo elapſo,& non productis dictis iuribus, ad cauſæ procedat expeditionem nulla habita ratione iurium poſtea deferendorum per ipſam partem,& ita ſperatur.

Si verò iura ſua detulerit,tunc coram ipſo partes diſputant de meritis cauſę,& primò triturantur probationes factæ per partes an ritè,& rectè,& ſufficienter concludant,ſiue per teſtes,ſiue inſtrumenta. Et incipiẽdo ab oppoſitionibus,quæ poſſunt fieri contra publicam ſcripturam inter cætera fieri ſolent quæ prima facie redarguũt nullam ſcripturam. Eſt & alia ſpẽs ſcripturæ, quæ dicitur priuata,& eſt triplicis generis,ſiue nominis,qñque. n. appellatur appodiſſa,ſiue chirographum,quę ſolet dari à parte parti, & qñ datur debitori per creditorem,tunc dr apoca. v.g. creditor confitetur recepiſſe à debitore id, quod ei debebat,& quando debitor facit ſe debitorem, illa ſcriptura dicitur antiapoca: ſecunda ſpecies ſcripturę priuatæ dicitur liber rationum, tertia ſpecies eſt epiſtola. Et hic duxi referre opinionem D.Lafr.Orian. circa fidem ſcripturæ priuate, qui ideo ideo dicit, quòd Chirographum facit plenam probationẽ, ſi ſit ſcriptũ manu propria debitoris, &

ipſe

ipse debitor eam non neget feciſſe, & contenta in eo, ſecus ſi negaret, tunc dicit quòd aut talis ſcriptura habet ſubſcriptionem partium, & trium teſtium etiam re cognoſcentium ſuam ſubſcriptionem, vel aliqui teſtes non ſunt ſubſcripti, ſed interfuerunt ſubſcriptioni debitoris, quando debitor ſubſcripſit dictam ſchedulam; quòd tunc dicta appodiſſe benè probat: ſi autem talis ſubſcriptio habet ſolam ſubſcriptionem teſtium, vel teſtes interfuerunt, ſi tres, tunc facit ſemiplenam probationem cum comparatione litterarum; aut non habet aliquam ſubſcriptionem teſtium, nec poteſt fieri comparatio. nec aliqui teſtes interfuerunt, qui viderint appodiſſam per debitorem (Rota tamen Genuæ ait ex communi obſeruantia admitti recognitionem litterarum per teſtes, qui dicant habere notam manum) ſcribi, & tunc nullam facit probationem, niſi quale, quale inditium, modo ſit confecta de antiquo, vnde pariter talis doctor docet quomodo facienda ſi iſta comparatio ſic diſtinguendo; aut eſt facienda comparatio de ſcripta publica, à Notario confecta, quam pars negauit, & tunc recurritur ad Notarium, & ad teſtes, ſi viuant, & tabellioni aſſerenti ſcripſiſſe creditur, aliàs ad comparationem quæ comparatio ſumetur ab illa ſcriptura priuata, vel etiam publica, quæ habet ſubſcriptionem trium teſtium, ideſt protocolum; vel ad alia inſtrumenta à tali Notario confecta, & expleta in publicam formam. Si autem tale inſtrumentũ careret debita ſolemnitate, ex quo nullum redderetur, nulla poſſet fieri comparatio. Verùm ſi facienda ſit comparatio de ſcriptura priuata, quòd tunc conſiderari debet duplex ſcriptura videlicet quędam, ad quã fit comparatio, & quędam ex qua fit cõparatio, ſcriptura ex qua fit cõparatio, dicitur ſcriptura quę producitur in iuditiũ, vt ex ipſa accipiatur ſimilitudo cũ ſcriptura debiti iuditium porrecta, de cuius fide dubitatur. circa primam ſcripturã, ad quam fit collatio, quòd requiritur, quòd habeat ſubſcriptionem trium teſtium, & ſi contractus eſſet in ſcriptis vltra libram auri, & eſſet celebratus ab imperito, requireretur ſubſcriptio quinque teſtium. Item requiritur, quòd teſtes, qui ſunt deſcripti in dicta ſcriptura, viuant, ſecus non

po-

potest fieri comparatio. Item requiritur, quòd alia probatio haberi non possit. Item quòd scriptura, ex qua fit comparatio subscripta annotatione triũ testium, quorum saltem duo de sua subscriptione attestentur. Idem tamen si pars aduersa cõfitetur illlam esse subscriptionem testium. si tamen vteretur aliqua in iudicio scriptura propria, etiã nullam testium subscriptionem habẽte, ex illa fieri potest comparatio, & potest etiam ista scriptura esse publicum instrumentum. Scriptura autem, ad quam fit comparatio, dicitur scriptura, quæ producitur in iuditium, vt ex ea fides adhibeatur continens id, in quo debitor est obligatus. Ita quòd comparatio potest fieri ex scriptura publica, & priuata, & è contra, veluti ex scriptura priuata ad publicam cum subscriptione testium vt supra, vel ex priuata ad publicam, vbi priuata producitur per aduersarium ipsũ, si non habeat subscriptionem testium, requiritur etiam, ꝙ in tali comparatione habeantur periti in arte, qui sint versati, & tutius erit, quòd hoc ipsi periti examinent præsente Iudice. Item quòd litteræ sint omnino similes, aliàs si quæ esset dissimilitudo, licet in alia parte esset similitudo, non imponitur fides illi scripturæ, & talis comparatio facit semiplenam probationem, & Iudex posset cogere partem aduersam ex æquitate ad respondendum, vtrum illa scriptura producta sit de manu sua. hæc Orianus. Hinc habemus statuta, quòd interrogatus ñ scripsit, &c. teneatur, & possit cogi, & compelli ad respõdendum per omnia iuris remedia, non obstante aliqua exceptione, qualiscunque esse possit exceptio, & scriptura priuata ad hoc, vt obligaret, deberet de iure continere causam, pura, mutui, vel depositi, sed iure municipali Mediolani cautum est, ꝙ ei fides adhibeatur cum causa, & sine causa, etiam si dicantur esse facta, vel subscripta in absentia partis, quantum sit in præiuditium eorum scribentium, vel subscribentium liberrationum, quando conficitur per debitorem, tunc facit contra ipsum plenam probationem, pro se autem nihil nisi in his, quæ dependent à mera voluntate scribentis, quia tunc pro se etiam facit fidem, exemplum ponitur in protestatione, quæ dependet à mera voluntate protestantis, & etiam in aditione hæreditatis. Additur prædictis, ꝙ

Secundum Plo. Idem Castr. in l. idẽ resp de verb. col.

vbi

vbi esset aliquod capitulum in libro rationum indiuiduũ, quòd partim faceret pro scribente, & partim contra, quòd aduersarius debet aut in totum respuere, aut in totum acceptare, sicuti in illis partibus, & punctis quæ faciunt pro scribente, habeant etiam locum, & fidem faciant contra scribentem. Quando autem liber non est confectus manu creditoris, aut mercatoris, quia de hoc non constat, sed dubitatur cuius manu sit scriptus, tunc debet recurri ad comparationem litterarum, quæ comparatio tunc fidem facit in libro rationum, & ista cõparatio in libro, licet non fiũt aliqui testes potest fieri ex quacunque scriptura. Quo verò ad epistolam, quam absens mittit absẽti. Idem Doctor dicit, quod si sit confecta per debitorem plenè probat, si non confecta per debitorem, sed per tertium, habet signum debitoris, idem; si autem non habet sigillum, & debitor neget sua manu scriptam, tunc debet deueniri ad comparationem litterarum, etiam, quòd in ea deficiant testes, & potest fieri ex quacunque scriptura, quę comparatio plenam facit probationem, vbi etiam dicit, quòd si quis acciperet aliquas litteras ab aliquo, & essent in præiuditium accipientis, ille litterę, puta, quia scribens in illis litteris diceret recipientem litteras esse suum debitorem ducentum, & illis receptis accipiens nihil diceret, videtur confiteri dictas litteras, & sibi præiudicat. Nota, quòd sigillum non probat de per se, sed probandum esset, quòd de commissione Domini fuerit appositum. Item sigillum Principis, & Episcopi facit plenam probationem, nec non alterius priuati, quãdo custoditur in toto, & subscribitur per Cãcellarium, vt vides in litteris Communitatum, & hic scias velim pulchram cautelam contra debitorem tuum, quem non potes conuincere per testes, quæ talis est, volo quòd illi scribas litteras priuatas rogando, vt tibi soluat creditũ tuum librarum centum ex causa mutui, quia eis indiges, & sic facies illi dare litteras tales per amicum tuum, qui sciat continentiam earum, nam si ille eas receperit, & nihil dixerit videtur fateri omnia in eis contenta, & sibi præiudicant, cui cautelæ debitor poterit occurrere duobus modis, primo autem statim legat in præsentia tabellarij, & dicat, nescio quid dicat, vel tunc non aperiat, sed

Or n. 77. de instr. prod. et Castr. in l. si fil fam. ff de mace. Vide spec. in §. vidẽ. restat. de prob n. 13. et seq. vide etiam Pap. & Alciat.

dicat,

dicat, amice modum sum impeditus, vt eas legere non possim, reuertaris, quia dabo responsum, vel per alium mittam. Quod autem attinet ad probationem testium cum in iure existant volumina ampla ad ea recurrito, & pro omnibus Specul. & Ocia. De iure verò municipali posset opponi, q. sit de vniuersitate pro qua deponit, vel quòd dicat audiuisse aliquem dicere mediante muro aslide, curtina, vel huiusmodi mediatura, vel quòd vēditor dixerit testimonium pro re vendita ad fauorem emptoris, vel alterius causam ab eo ex causa rei venditæ, vel quòd recepti fuerint non productis capitulis, his enim casibus dicta testium non valent. Prętera per testes probari non possunt (sed amissio banni secus. Asin. praxi Iud. §. 3. cap. 24. l. 2. C. de emancipat.) bannum, emancipatio, interdictum administrationis bonorum, sententia, nec generalis bonorum alienatio, seu quota partis, nec quòd res sit libellaria, seu feudalis. Et quando tracteretur de probanda liberatione alicuius debiti, quod sit redactum in publico Instrumento, tunc debitor nec alius potest probare per testes, nisi numero tres liberationem debiti, & quando adesset pactum, quòd ferè semper solet apponi in Instrumento debiti, vt non possit probari solutio, nisi per Instrumētum, vel alia scripturam publicam, recurrebatur ad Principem, qui consueuerat concedere litteras Iudici, vt posset probare conditione adiecta, modo testes essent omni exceptione maiores, & præstita fideiussione de soluēdis expēsis, in casu succumbentiæ. puto tamen, si iuratum fuerit, prius necessarium obtinere habilitationem à iuramento, nec in crimen periurij incideres, veruntamen per ius municipale de sacramentis puberum cauetur authentica sacramenta puberum sponte facta, & quælibet alia iuris dispositio illud vel simile disponens non valeat, nec vendicet sibi locum, & quod sacramentum minori non obsit, nec aliud causa sacramenti subsequutum, etiam si iurauerit se maiorem esse, si actus ipso iure nullus esset sine ipso sacramento, & etiam si actus valuerit, non obsit minori sacramentum, nec aliud causa sacramenti subsequutum, etiam si iurauerit se maiorem esse, quamuis possit restitui in integrum, si lęsus fuerit, prout posset restitui, si sacramentum ipsum prę-

stitum

ſitum non fuiſſet. hic obiter placuit addere, quòd confeſſio facta in ſupplicatione porrecta Principi, contra ipſum confitentem plenè probat, ſecundum Gaur. concl. 4. lib. 1. qui ponit multas ampliationes, & limitationes, qui poterit videri, cum caſus quotidie contingat, & ideo data opera locum excitaui.

Reperio in aliquibus codicibus veteribus, vulgo formulari, obſeruatum fuiſſe, quod poſt publicationem proceſſus, petitum fuit deferri iuramentum ſuppletorium, & Maran. in 6. par. de iuramento num. 10 dicit quòd practica communis eſt, quòd facta publicatione proceſſus compareat litigator, & dicat qualiter credit ex proceſſatis plenè ſuam intentionem probaſſe, ita quòd debet victoriam reportare, ſi tamen eum ſemiplenè probaſſe contigerit, petit ſibi deferri iuramentum ſuppletorium, alias proteſtatur, &c. ſed tale iuramentum debet deferri parte præſente, vel citata. Ideo citatur altera pars ad videndum per dictum inſtantem, ſeu eius nomine fieri, omnem, & quamlibet requiſitionem, quæ fieri voluerit ad effectum, vt ſibi deferatur iuramentum in ſupplementum probationis, attento quòd ſi non plenè, ſaltem ſemiplenè probaſſe intendit, ſeu credit, & ſucceſſiuè per ipſum iudicem deferri dictum iuramentum, & per ipſum inſtantem iurati, & fieri omnia alia, &c. alioquin, &c. & hæc omnia incauſa vertente inter dictas partes coram vtſupra. In termino dictæ citationis fit requiſitio per partem hoc modo. Comparet A. cùm reſeruatione, &c. in termino citationis ad eius inſtantiam intimatæ B. ad videndum fieri infraſcripta, & prout in ea, ad quam relatio habetur, & dicit quòd ex proceſſatis in cauſa vertente inter ipſum A. ex vna, & B. ex altera corã vtſupra credit intentionem ſuam probaſſe plenè, ita quòd debet victoriam reportare, ſi tamẽ eum ſemiplenè, aut pluſquam ſemiplenè probaſſe (etiam in cauſis magnis Panor. c. mulierem col. pen. de iureiuran. vult deferri tale iuramentum) contigerit: petit, & requirit ſibi deferri, & quòd ſibi deferratur iuramentum ſuppletorium. aliter proteſtatur, &c. & ſi Iudex videt talem eſſe in caſu, vt ei poſſit deferri iuramentum (plures enim ſunt caſus, in quibus ceſſat delatio huius iuramenti,

menti,de quibus dictus Maran. nec non Pap.Stiat.ſpecul. & Petrus Racca.(eidem defert dictum iuramentum, quod ſolet explicari in hunc modum frequentius.

Memoria iuramẽti in ſuplementum, vel defectum probationum delati per præfatum Magnificum Dominum Vicarium A. præſenti inſtanti, & requirenti, & iuranti,& qui turauit ad Sancta Dei Euangelia, manu ſua corporaliter tactis ſcripturis in manibus, & ad delationem prędicti Magnifici Domini Iudicis poſitiones, (vel articulos, capitula) datas,vel probè producta per ipſum A. in cauſa vertente inter ipſum ex vna, & B. ex altera coram vtſupra (ſi procurator iuraret, addere poſſes, iuxta, & ſecundum informationem à principali ſuo deſuper ſi traditam, atque factam) fore,&c. & eſſe veras ſublatis tamen contrarietatibus,ſi quæ in eiſdem reperiantur. Et hęc omnia in termino citationis, &c. & abſente dicto B. licet ad hęc legitimè citato per contumatiam, &c. alij ſolent curare, quòd Iudex ordinet ſeu interloquatur de admittendo, & quòd admittat petentem ad iurandum in ſupplementum probationum,& ſi plura capita diuerſa deducta forent, ſuper quorum aliquibus deferendum eſſet iuramentum, quòd idem Iudex publicet ſuper quo capite velit iurari in ſupplementum,& tunc talis iurans iurabit ad ſummam capitulatam,ſi autem ſuper toto proceſſu, ſufficit iurare, vt in prima formula dixi, & ante omnia meminiſſe oportet ordinis Abb. not.editi hoc anno in hac materię.

Ex Formulario pacti ex Curiæ Romanæ

Nota quòd aliqua differentia eſt inter verbum in ſupplementum ſeu ſubſidium probationum,& verbum in defectum probationum quandoquidem illud refertur ad Actorem hoc verò ad Reum Actore enim non probante Reus abſoluitur etiam cum nil præſtiterit, nec tunc Reo erit defferendum iuramentum. An autem procurator ſiue Syndicus, ſiue vnus ex pluribus tutoribus poſſit iurare in ſupplementum probationis, non habens ſpeciale mandatum latè diſputat Stiaticus referens Doctores(§. hoc etiam ver. vel plurima,C. de iureiur. quaſi hoc etiam veniat i generali adminiſtratione ipſis conceſſa. l. iuſiurandum. § fi. ff. eod.) altercantes ſuper hoc articulo. Et hic eſſet videndum de concluſione in cauſa,& quid operetur:ſed qui

Me-

Mediolani non concluditur in causa pauca dicam, est igi- *Ex petro*
tur conclusio in causa terminus exclusiuus probationum, *Aacca cap.*
& allegationum, & sic dicemus tunc conclusum in causa, *15 nu. 61.*
quando renũtiatum erit non solum probationibus factis, sed etiam allegationibus iuris, quia partes, nil aliud volunt probare in facto, & nil aliud allegare in iure, & non præsumitur conclusum in causa, nisi ex actis appareat expresse, vel tacitè fuisse conclusum, & quòd illa dicitur vera, & propria conclusio, quæ ex tacito partium, & Iudicis consensu inducitur. Tacitus autem consensus resultat ex citatione facta ad audiendum sententiam. Et eius effectus erit inter alia, quòd post cõclusum in causa, nihil allegari poterit, per quod possit impediri sententia. Item non poterunt fieri positiones, & factis reus non tenetur respondere. Item non potest peti vt præstetur iuramentum calumniæ, licet Iudex, ex officio suo possit illud exigere post conclusum in causa. Item non admittitur reconuentio, nec potest intentari remedium attentatorum lite pendente, licet Iudex possit supplere in tali remedio sed fallit in productione instrumentorum de nouo reportorum, quia bene possunt produci post conclusionem, in causa, & secundum Castren. tunc possunt dici instrumenta nouiter reperta, siue quis ignorabat se habere, & postea incipit scire siue ignorabat vbi erant, vel sciebat, tamen consequi non poterat, vt si erant penes tertium, qui negat se habere, & quòd non satis sit asserere se noua instrumenta inuenisse, nisi probetur etiam verum esse, & cum difficilis sit probatio, sufficiat iuramentum instrumenta esse reperta de nouo, quæ enim consistunt in animo prout est ignorantia verisimilis probantur iuramento. Sunt & multa alia, quæ possunt produci post conclusum in causa secundum Doctores, & maximè Maran. in 6. par. cap. & etiam conclusio vbi dicit posse allegari in iure, posse peti restitutionem in integrum per minorem mulieres, & Ecclesias. Item posse deferri iuramentum suppletorium, modo sit petitum ante conclusionem. Item admitti probationem per confessionem partis. Item admitti probationem per rei euidentiam, & aspectum loci. Item posse fieri interrogationes etiam ad instanti, partis, maximè in summarijs, vbi subdit

con-

conclusionem non esse de substantia iuditij, sed potius ex quadam consuetudine.

Et postquam partes fecerunt suas oppositiones, & allegationes in scriptis, & Iudex, siue consultor est clarus, tunc emanat ur citatio peremptoria ad instantiam alterius partis, & etiam vtriusque de mandato Iudicis, & ipsius Consultoris, & subscribitur saltem ab ipso Consultore, quæ citatio debet intimari principali personæ, esto quòd lis sit contestata cum procuratore, vel Syndico, & in termino peremptorij tenetur dare eius consilium, quòd defertur ad Tribunal Iudicis, à quo facta fuit commissio, præterquam in causis cridarum, quia Mediolani, licet commissio sit facta Magn. Vicar. consilium tamen defertur ad bancum Magnifici Prætoris Mediolani) secundum cuius formam Iudex debet sententiam definitiuam proferre, & publicare & in omnem casum talis publicatio censetur facta dicto consilio præsentato, in quo debet Iudex condemnare victum victori in expensis, nisi habuerit iustam causam litigandi, quo casu si absoluerit, tenetur cum iuramento exprimere causam specificam; vbi verò omiserit condemnationem, vel absolutionem impensarum ipso iure, & facto victus in expensis condemnatus esse censetur.

Const. lib. 2. de iud. c. quæ § vbi veroet sta. c. 55. vo 1. idem etiã de iure. Ex stat. ca. 30. vol. 1.

Et prædicta etiam locum habent, & obseruari debent in quibuscunque causis delegatis, & in causis compromissorum, in quibus electus fuerit Consultor confidens partium, vel vnius in contumatiam alterius vnde præsentato consilio Consultoris delegato, & arbitris, vel eorum Notario causæ, vel coram ordinario, citatis ipsis delegatis, vel Arbitris, vel Arbitratoribus, sententia, & arbitramenta habeantur pro pronunciatis, & factis vt supra.

Forma citationis peremptoriæ, & siue ab ordinario, siue à Consultore.

Ex statuto etiam in summarijs requiritur peremptorium, & in sententia ab absolutione indicij, & in interlocutorijs magnis præiudicij.

Si principalis esset mortuus, citator dominus litis, secus si non sit mortuus.

In summariissimis siue principalis sit mortuus, siue non sit citatur peremptoriè procurator ex ordine Senatus 29. Iulij. 1575.

MAndato Magnifici I. C. D. N. honorandi Vicarii Prętorij Mediolani, si sit commissa additur & Mag. I.C.D. de Collegio Magnifici I.P. Ciuitatis Mediolani, & Consultoris, &c. sic instante A. semper cum reseruatione iurium suorum, &c. requiratur peremptoriè & in fine per N. seruitorem Communis Mediolani, B. quatenus termino infrascripto peremptoriè, & in fine compareat coram præfato Magnifico Domino N. (si sit compromissa dicitur subtus Collegium Magnifici I.P. Ciuitatis Mediolani, si non) ad eius Tribunal iuris situm, &c. ad videndum per præfatum Magnificum Dominum N. (si per Consultorem sic N. Consultor) peremptorie, & fine dari in scriptis consilium, & apparere suum in causa vertente inter dictas partes coram præfato Magnifico Domino Vicario, & commissa ad consulendũ, vt supra, & per Notariũ & Cancellarium prędicti Magnifici Domini Cõsultoris dictum consilium legi, & publicari, & successiuè compareat peremptoriè, & in fine de ipsomet in vesperis ad videndũ dictum consilium præsentari præfato Magnifico Domino Vicario, & eum pro Tribunali sedentem proferri, pronuntiari, & sententiari in omnibus iuxta dictum cõsilium prędicti Magnifici Domini Consultoris, & per Notarium Banci dictam sententiam legi, & de ea publicum confici instrumentum, seu actum, seu haberi pro publicato iuxta dispositionem nouarum constitutionum, & statut. Communis Mediolani, & ad videndum peremptoriè, & in fine fieri omnia alia, &c. alioquin, &c. terminus peremptoriè, & in fine est die &c. pro essendo, & comparendo, peremptoriè, & in fine vt supra, & vbi sup. die N. quæ erit dicti mensis in tertijs, si addatur alius terminus, poterit addi; & vbi prædicta non fierent prædictis die, & hora pro comparendo peremptoriè, & in fine die N. immediatè sequenti, horis consimilibus.

Nota quòd de vigore iuris non requiritur pluralitas citationum peremptoriarum sed vnica sufficit ad validitatem sententiæ.

Et secundum aliquos doctores citatio peremptoria non requiritur nisi in quatuor casibus, videlicet ad sententiam ferendam, ad hoc vt perueniatur ad primum, vel secundum decretum ad hoc vt reus absoluatur ab obseruatione iuditij, & ad hoc vt perueniatur ad nationem bonorum.

Qui ibidem dicunt, quòd tertia citatio facta ad eundem actum semper peremptoria dicitur licet hoc non exprimatur, & quòd citatio vnica sufficit in medijs causę, & in illis medijs causæ vna citatio dicitur semper peremptoria puta, cum quis citatur ad videndum iurare testes, & in similibus, nisi in his, quibus tractatur de magno præiuditio, tunc etiam in medijs causę plures citationes requiruntur, quàm vna.

In termino dictæ citationis peremptoriæ datur consilium sapientis, vel profertur sententia hoc modo, imò alio v. g.

Tale est consilium, & apparere nostrum per DD. Consules Iust. Mediolani debere dici, & per eorum sententiam condemnatoriam siue definitiuam pronuntiari in scriptis, & declarari in causa libelli producti sub die mensis Anni proximè præteriti in vesperis per N. ac omni lite vertente inter ipsam N. actorem ex vna, & N. reum ex altera, coram præfatis dd. consulibus, & nobis ad consulendum commissa.

Præfatum N. condemnandum, & omnibus promptioribus iuris remedijs compellendum esse ad restituendum, & relaxandum præf. N. duas partes ex tribus bonorum descriptorum terminatorum, & cohærentiatorum in calcę recitati libelli, & infra, vna cum fructibus ex ipsis bonis videlicet è duabus partibus ex tribus perceptis, seu qui verisimiliter percipi potuere à die contestatę litis citra, & in futurum percipiendis vsque ad dictorum bonorum relaxationem, liquidan. in executione præsentis consilij, & sententiæ ferendæ, & proinde opportunum præceptum intrandi, & apprehendendi præf. N. concedendum esse,

se, & concedi debere Insuper debere dici, & vtsupra memoratum. N. in omnibus expensis in prę̃senti causa factis condemnandum esse, & condemnari debere à die contestatę litis vtsupra citra, & in libris imper. nobis notario cautarum ciuilium, & cancellario nostro solutis per dictum N. pro salario præsentis nostri consilij, & sententiæ superinde ferendæ, in quibus præfatus N. condemnandus est, & hæc reseruata nobis facultate ex dispositione litterarum Senatus hac hora per prę̃fatum productarum declarandi super aliqua tertia parte dictorum bo. & super fructibus dictæ tertiæ partis ac expensis, &c. si & prout iuris fuerit.

Quæ verò bona descripta in calce recitati libelli relaxanda per dictum N. sunt hæc videlicet.

Forma sententiæ diffinitiuæ vel consilij sapientis.

Christi nomine inuocato.

Formulam hanc adscripsi nam quam autor ipse adfert non est formula consilij, nec sententiæ, sed delineatio. ex stilo enim recensentur etiam in præfatione sententiæ & consilij summatim capita actorum dicendo visis g libello, responsione & contradictione dilationibus, exceptionibus, replicationibus, publicatione processus, Depositionibus testium: auditis allegationibus; visa relatione peremptoria. vide Bossium de qualitatibus sententiæ tit. de sententijs.. & in antiquitus latis sententijs, laudo, & consilio præsumerentur omnia (de quibus fit mentio vel non fit) solemnia interceßisse, secus in negotio recenti.

SI sit consilium. Si verò sententia concipitur vt infra in materia, appellationis, & rogatur per actuarium sed ferè in prima instantia non sunt in vsu sententiæ, quæ dicitur Christi nomine, quia vt plurimum, vel res decidit vel consilio sapientis, vel per eam quam dicunt ordinationem.

Tale est consiliũ,& apparere nostrũ in causa N. & exceptionũ,& omni lite vertente inter A. Actorem ex vna,& Breum conuentum ex altera, coram N. & nobis cõmissa ad consolulendum per præs. Mag. D. Iudicem debere dici, & per eius sententiã definitiuam in scriptis pronuntiari, sententiari,& declarari (Iudex verò ordinarius dicimus, sententiamus,& declaramus, & per hanc nostrã definitiuã sententiã in scriptis pro Tribunali sedentes, vt infra declaramus in causa,vtsupra deinde)ponitur dispositio sententię, siue consilii sapientis,quę debet esse conformis libello siue petitioni saltem in substantialibus,& consiliũ subscribitur à consultore vel Iudice manu sua,deinde procurator partis, in cuius fauorem fertur sentẽtia in termino citationis præsentat dictum consilium ordinario, & Actuarius rogat actum de dicta præsentatione hoc modo.

1580. Indictione nona die horam pręsentatum fuit suprascriptum consilium præs. Mag. D. Iudici, & dimissum in actis mei Notarii infrascripti Actuarii causarum ciuilium Mediolani, per N. in hac parte Cancellarium præs. Mag. D. Consultoris, dicto D. Iudice existente ad eius Tribunal situm super Pallatio Broleti Noui Communis Mediolani, & si sentẽtiatur subscribitur à Iudice,ab eo subscribitur nisi de ea rogetur instrumentum adhibitis testibus per Actuarium, postea adduntur verba pręsente dicto A acceptante,&c. & absente dicto B. licet ad hæc legitimè,& peremptoriè citato per contumatiam,cuius cõtumatiam præfatus A. accusauit, & accusat.

Nota quòd de iure sententiæ nõ possunt proferri, prout in cedula,sed debent in termino peremptorii dari bene verum est, quòd in aliquibus locis maximè in Ciuitate Nouarię.& in foro Ecclesiastico proferuntur,prout in cedula & suttinentur ex inueterata consuetudine, contra quam tamen consuetudinem inuehit Alex. Stiat. vehementer, & adest decretũ Senatus diei 17. Martii 1580. tenoris infrascripti videlicet. Intellexit Senatus inolusse abusũ in aliquibus Ciuitatibus huius Dominii Mediolanensis, quòd Prętores,& Iurisconsulti in proferendis sententiis, & dandis consiliis in causis ciuilibus,eas, & ea non publicent in terminis citationum,sed mandent Notariis, & Cãcellariis

cau-

causarum vt sint rogati de dies, prout dabitur in cedula, ex quo plura inconuenientia occurrisse, & in futurum posse occurrere compertum est. Igitur dicto abusui velens Senatus occurrere, statuit per hoc decretum quicunq; Iudices, per quos sententias proferri, aut consilia dari deinceps cõtinget, illas in termino peremptorii hoc idest, cõsilium; nã signantur etiam domi, & antequam producantur siue præsentitur ad bancum possunt corrigi Bal. de off. deleg. verũ has formulas sententiarum in cuiuslibet actionis iudicio non fuit necesse inserere: quia ex petitionis serie possunt facillimè cõcipi, vt prudenter admonet summa Hermanna deformandis libellis: quæ summa imprimitur cũ Rossredi opusculo. rogantibus tamen amicis quibusdam adscripsi viginti formulas sententiarum ex iis comentariolis (siue vt vulgo dicitur scartapatiis) quę in promptu habui ab adolescentia intra triduum proferre, & dare teneantur, Notariisque causarum, & Cancellariis consignare, sub pœna nullitatis. Magnifici Abbates Notariorum sunt Iudices circa hoc an acta, & sententię sint extra tempus posita in filo.

Formula sententiæ in iudicio Actionis personalis.

Declaramus Virgilium condemnandum esse, & condẽnatum omnibus promptioribus remediis iuris cogendum, & compellendum, quemadmodum illum condemnamus ad dandum, soluendum, & restituẽdum ipsi Asinio illa scuta centum auri per dictum Asinium ipsi Virgilio mutuo data, & constat instrumento rogato, &c. in iudicio producto, vna cum damnis, & interesse per Asinium passis à die xv. Februarii 1600. in quo cessit terminus solutionis faciendæ, vsque ad diem per dictum Asinium præstiti ex forma stat. iuramenti dictorum damnorum; & tàm passis vt supra, quam quæ in futurum patietur donec ipse Virg. plene satisfecerit, liquidandis &c.

Formula sent. in Actione de Hypotheca.

Dicimus, pronuntiamus, & per hanc nostram sententiã definitiuam in scriptis declaramus in causa ad nos delata per Asinium, libelli diei N. visa responsione, ac exceptionibus Pub. Virgilij rei conuenti aduersus libellum propositum ac visis, &c. (narretur series actorum) ædificiũ illud in calce dicti libelli descriptum fuisse, & esse pignori obligatum, & hypothecatũ nisi Asinio in scutis centũ, quę Pub. Virgilio mutuo dedit, vt constat instrumento rogato, &c. in iudicio producto, & præterea dicimus, &c. hypothecatum pro damnis à die moræ ad diem litis contestatæ siue quasi passis & quæ patietur donec omnem pecuniam mutuatam acceperit, liquidandis tempore executionis istius sententiæ; ac propterea condemnamus Pub. Virgilium ad dimittendum tale edificium ipsi Asinio retenturo illud donec scuta centum mutuo vtsupra data eum damnis fuerit consecutus ipsiq; Asinio opportunum præceptum apprehendendi concedimus, &c.

Formula sententiæ in Actione quæ dicitur de Quota.

Declaramus venditionem mediæ partis domus & collis situas in agro Mantuano, factam Balistæ per Asinium fuisse, & esse nullam, & pertinuisse, & pertinere ad Pub. Virgilium habentem in ea domo. & colle quotam partem dictumque Balistam teneri dictam mediam partem domus & collis dimittere Pub. Virgilio imò Balistam condemnamus ad faciendam eorum bonorum venditionem per solenne & publicum instrumentum ipsi Virgilio pretio lib. depositarum, & vbi Balista recusset, &c. declaramus. Venditionem haberi pro facta, & concedendo esse D. Virgilio præceptum inducendi, ad depositum librarum
Balistę relaxari, &c.

Formula S. in actione de Prædijs.

Declaramus Baliſtam condemnandum eſſe & condemnatum omnibus iuris remediis cogendum prout condemnamus ad faciendum venditionem dicto Virgilio illius collis perticarum octo, cui colli coheret &c. cum promiſſione manutenendi in forma communi, & iuris, & aliis omnibus clauſulis conſuetis, pretio lib
hac de cauſa depoſitarum in contumaciam dicti Baliſtæ, imò cùm pecuniæ ipſæ fuerint depoſitæ, attento depoſito declaramus venditionem, haberi pro facta, & conceden. eſſe præceptum inducendi Virgil. & expellédi Baliſtam at ipſi Baliſtæ pecunias depoſitas relaxandum.

Formula Sententiæ in indicio caducitatis.

Declaramus locum fuiſſe caducitati proteſtatæ per Virgilium ob canonem non ſolutum & non factam ſolutionem tandiu, imò vtile dominium, naturalem poſſeſſionem, & meliorationes dicti collis conſolidata eſſe cum directo dominio, & viciſſim: dictumque Baliſtam cecidiſſe à dicta inueſtitura, bonaque ipſa effecta eſſe libera, te plent iuris dicti Virgilii: ideoque eidem conceden. eſſe præceptum expellendi Baliſtam, & inducendi ipſum, &c.

In indicio familiæ herciſcundæ.

Dicimus, & pronuntiamus diuiſiones hæreditatis, & bonorum paternorum æquis portionibus fieri debere inter fratres, malè concordes, & præfatum
condemnandum eſſe ad eas faciendas, imò eas facimus: & præf.
attribuimus, & adiudicamus pro diuiſo infrac. bona cum ſuis iuribus in calce dicti libelli deſcripta primo loco at præfato s' ſecundo loco & quas partes ſingulis, iactis prius ſortibus, obuenisse conſtat ex

actis, condemnamus verò ipsum
in expensis taxan. &c.

Hic supponitur præcessisse præceptum continuandi in hæreditate, & continuationem: siue citationem ad videndum eligi æstimatorem: & aliam ad viden. fieri partitionem aliamque ad videndum proijci sortes, deniq; vltimo loco Peremptorium, &c.

In iudicio Negatorie.

Dicimus, &c. sedimen præfati Socratis, quòd est in triuio, &c. de quo in dicto libello, nullam seruitutem luminis vel prospectus debere sedimini præfati cupidinis de quo in dicto libello; sed dictum sedimen præfati Socratis fuisse, & esse liberum à dicta seruitute, vel quasi, fenestramque de qua in dicto libello obturandam, vt dictum cupidinem condemnamus ad eam obturandam lapidibus & cemento ita vt nullo modo in curiam sedimini Socratis prospici possit, &c.

Alia.

Declaramus nullum ius seruitutis competere Cupidini accessiandi per pratum ipsius Socratis sit. &c. & ipsi Socrati competijsse & competere ius prohibendi dictum Cupidinem ne accessiet, dictumq; pratum liberum esse à seruitute prædicta, & ideo non licere dicto Cupidini accessiare, nec iter facere per dictum pratum condemnamusq; ipsum Cupidinem in libras quinquaginta imp. pro solutione damnorum illatorum dict. Socrati, & in omnes expensas litis, taxan. &c.

In Confessoria.

Declaramus licère Domine Spei accessiare, &c. & dictum D. Timore condemnamus ad desistendum à vociferatione, qua iactat velle impedire & turbare ipsam D. Spé in iure seruitutis præfatæ, & ne in posterum molestet d. D. Spem quin d. seruitute liberè vtatur, &c.

In

In querela inoff. Teſtamenti.

Declaramus Teſtamentum nondum lapſo quinquennio conditum per Catullum in quo amicam inſtituit, at fratrem præterit, inofficioſum eſſe, propterea reſcinden. vt reſcindimus: condemnamusque dictam Lesbiam ad dimitten. dicto N. ipſius C. fratri conſanguineo hæred. & bona relicta per ipſum Catullum, vna cum fructibus, &c.

In iudicio Tutelæ.

Declaramus Manutium teneri reddere præfato Ciceroni rationem per eum Manutium ſuſceptæ tutelæ, & curæ ipſius Ciceronis, & eius bonorum, vt conſtat inſtrumento &c. & vbi non reddat rationem, teneri, vti eũ condemnamus, dare, ſoluere, ſeu reſtituere dicto Ciceroni dicta ſingula bona deſcripta in albo, & inuentario de quo in dicto libello, vel, vbi non extent, ad pretium, quo æſtimata fuerunt in dicto inuentario: vna cum fru ibus annorum octo præteritorum per dictum Manutium ex dictis Ciceronis bonis præceptorum, ad rationem librarum quos annuatim ex dictis bonis percepiſſe ſeu &c. declaramus, & in expen. &c.

In ſocietatis iudicio.

Declaramus Mercurium condemnan. & iuris omnibus remedijs compellen. ad ponendum, in medium, & commune cum præfato N. dictas lib. per eum lucratas in mercimonio ſerici ex communi ſocietatis pecunia, & quas pecunias, penes ſe habet: & conſequenter ad diuiden. & diuiſionem faciendam cum ipſo N. de dictis pecunijs, ac omnibus, & ſingulis bonis communibus inter eos, & in dicto inſtrumento ſocietatis deſcriptis, ita vt eorum medietas eidem N. aſſignetur, & attenta eius N. contumacia, ſeu &c. in faciendo diuiſionem ipſam vtſupra eligatur æſtimator, & ratiocina or amicus, & confidens ſeu &c.

In

In iudicio fideicom. ad rem ſpecialem.

Declaramus ſedimen illud ſit.&c. & in dicto libello deſcriptum relictum per N.q. Ariſtotelem Stagiritem in hę reditate,& bo. pertinere & ſpectare ad ipſum Theophraſtum iure ſubſtitutionis, & fideicõmiſſi ſingularis de quo in dicto teſtamento : propterea condemnamus d.C. ad relaxandum ipſi Theophraſto dictum ſedimen iure dict. ſubſtitutionis,& fideicommiſſi vna cum fructibus &c.

In iudicio de fideicommiſſo vniuerſali.

Declaramus euenìſſe caſum dictæ ſubſtitutionis , & fideicommiſſi,ac hæreditatem , & bona de quibus infra,relicta per N.q. Ariſtotelem in eius hæreditate & bonis pertinere,& ſpectare ad d.Theophraſtum iure ſubſtitutionis & fideicommiſſi facti per d. Ariſtotelem in eius Teſtamento producto &c. propterea condemnamus dictum C. ad relaxan. ipſi Theophraſto ex cauſa dictæ ſubſtitutionis & fideicommiſſi dicta , & infraſcript. bona vna cum fructibus &c.

Formula ſententiæ in iudicio retinenda, ſiue pro turbata poſſeſſione, ſiue in quo (vt antiqui loquebantur) interdicto contenditur.

Declaramus Titium condemnandum eſſe , & iuris omnibus remediis cogendum, vt condemnamus ad ceſſandũ in futurum à turbando, & moleſtando d. Mæuium in eius quieta poſſeſſione prati de quo in dicto libello inferius deſcripti,& ad ſatiſdandum idonee,fore,vt Titius deinceps deſiſtat à dicta turbatione,& permittat Titium quietè vti frui dicto prato; eundemque Titium condemnamus ad dan dicto Mæuio,& reſtituen. illas duas plantas per eum inciſas & abductas die ex prato dicto , & ſi non extant lib. & alias libras 50. pro damnis illatis &c. condemnamusque ad expenſas litis taxandas &c.

In

In iudicio adipiſcendæ.

Declaramus Iulium Cęſarem Gluſſianum condemnan. & omnibus iuris remediis cogendum, vt condemnamus ad reſtituendum Diogeni poſſeſſionem,& tenutam bonorum relictorum per q. Codrum cognomento paupertimum in eius hæreditate,& bonis in dicto libello deſcriptis,eidemque Diogeni concedendum eſſe opportunum præceptum inducendi, à moto dicto Gluſſiano,quem etiam ad expen. &c. condemnamus taxan. &c.

In iudicio vendicationis.

Declaramus Chitaram,& pratum de quibus in dicto libello,ſpectare iure dominii,vel quaſi, ad dictum Orpheũ, & condemnamus dictum N. ad illa relaxan. ipſi Orpheo vna cum plauſtris viginti fœni perceptis per dictum N. ex dicto prato annis duob. proxime præteritis ſi extat fœnum,ſi non extat ad ſoluen. ſcuta decem, & præterea ad omnia damna & expenſas liquidan. &c.

In iudicio Dotis.

Declaramus L. hæredem q. Sophoclis, qui aliàs affecta ætate cum eſſet duxit infraſcriptam adoleſcentulam, vxoreni,condemnandum & omnibus iuris remediis compellendum,vt condemnamus ad reſtituendum dictæ mulieri, eique relaxan. cum ſuis iuribus ſedimen de quo in dicto libello,per eam in dotem inæſtimatum datum q. Sophocli, vt conſtat inſtrumento &c. cum fructibus ſiue redditibus ann. duorum ad rationem lib. quæ annuatim percipiuntur ex dicto ſedimine,ipſique adoleſcentulæ præceptum apprehendendi conceden. declaramus & expellendi dictum L. hæredem &c.

In iudicio Redhibitoriæ.

Declaramus locum eſſe redhibitioni d. Tauri candidi coloris,in fronte,& cauda maculis nigris, pleni, per Coridonem

donem venditi Tirsidi pretio librarum propterea condemnamus Coridonem ad reuhibendum & accipiendum dictum Taurum, & soluendum expensis hospiti penes quem fuit depositus, & restituendum ac soluendum dicto Tirsidi dictas libras per dictum Coridonem receptas, & ad expen. litis taxan. &c.

In iudicio de re paterna luenda.

Declaramus competijsse, & competere prefato Herculi ius luendi bona inferius, & in calce dicti libelli descripta, & ideo Tirsidem Griphium teneri, & condemnan esse, vt condemnamus, facere eidem Herculi venditionem d. bonorum, cum promissione manutenendi pro suo dato & facto tantum, & bona ipsa dimittenda esse dicto Herculi, & seu venditionem ipsam haberi pro facta, eidemq; conceden. esse præceptum inducendi attento deposito, quod præfato Tirsidi, vt relaxetur mandamus &c.

De remedio statutario ob quotam.

De euictione autoritate statuti rei communis in extraneum alienatæ, & de nomine Quotæ.

Hoc vero est supplementum & appendix formularum actionum omissarum.

Ego re vera plura addi huic formulario necesse esse arbitrabar: sed verebar ne latro, ne adulterator, & nimis audax concinnator diceret si quantum oporteret transtulissem ex aliorum formularijs: sin pauca verebar negligentiæ accusari; itaque magni beneficij loco ponam si laborem hunc meum studiosi æqui, bonique consulent, & culpam conferent in bibliopolas & impressores, qui celeritate imprimendi á cursu scribendi me reuocauerunt cæterum hic video quosdam quærere quid significet. Quota, & nomen istud per se nihil significare apertum est: nisi addatur pars; quota pars igitur alicuius rei significat vel dimidiam, vel tertiã, vel quartã. quod vt melius quisq; intelligat subdam exemplum; sciat igitur studiosus referre,

verbi

verbi gratia, in vltimis voluntatibus vtrum quis ex quota instituatur, an ex certa re: ex quota institutus est hæres: ex certa legatarius, glossa l. edicto ver. ex parte. C. de ed D. Adr toll.

Cæterum distinguendum est hoc casu; nam pars rei cõmunis potest vendi etiam extraneo ante intentatum iudicium cõi, scilicet diuidendo: sed pro indiuiso: alienata autem re communi v.g. à fratre consuliter damno alterius fratris per licitationem, vel per diuisionẽ ad iudicis arbitriũ. l. si probatũ. C. com. diuid. ver. aut æstimata parte tua. posset ét frater redhibere ex statuto de re paterna luenda: posset contra emptorem agere remedio reintegrandæ (si fortasse alter frater rem communem vti propriam vendidisset) Borgn. decis 13. vol. 1. num. 14. imò frater vendens rem communem vti suam propriam incidit in pœnam legis si quis in tantam. C. vnde vi. uideatur Menoch. remed. 9. recup. poss. num. 220. non haberet tamen locum Decretum Senatus diei 2. Maij 1591. quia loquitur de alienatione rei omnino alienæ.

In casu autem statuti de quota olim socius, siue habens quotam seruatis seruandis secuta venditione habet actionem tam ex empto, quam statuto, ut v.g. si quis testamento condito iusserit hæredi, vt rem aliquam uendat alicui, & hæres uendiderit, habet qui emit actionem duplicem ex testamento, & ex empto. l. si hæres. ff. de actio. empt. Verum si negaretur, quem habere quotam, ideſt possidere, oporteret prius agere petitorio iudicio: nam statutum supponit quod agere uolens possideat; hęres igitur scriptus ante aditam hæreditatem, & factam apprehensionem non posset uti hoc remedio idem uidemus in aliis actionibus; nam si quis uelit agere familię herciscundę, & negetur cohęres, debet prius agere petitorio.

I Stud remedium uidetur posso intentari, & per illum, qui uendidit prętia denuntia aduersus consortem respondentem uelle acquirere bona iuri quotę obnoxia, & isto casu considerandum erit utrum consors iste habens ius quotę, obtulerit emere pro pretio expresso in denuntia, uel pro pretio extimando per extimatorem, uel extimatores *Sta. c. 434 vol. 1.*

matores Mediolani, quia si obtulerit velle emere pretio expresso, & recusaret emere, & soluere pretium obtulatum, tunc poterit cogi officio Iudicis, vt emat bona, & soluat pretium, quando verò pretium deberet æstimari, tunc si dictus offerens habens ius quotæ, recusaret soluere necesse erit liquidari facere: vel ante, vel in medio causæ pretium, & deinde petere vt suus aduersarius cogatur emere, & soluere pretium extimatum, & latere suo offerat facere venditionem seu alienationem de bonis prædictis, cum debitis promissionibus defendendi in forma communi & iuris, & cũ aliis promissionibus, & clausulis in similibus instrumentis apponi solitis constituendo ipsum aduersarium in mora, & quòd periculum rei ad illum spectet.

Secundò loco intenti potest per illum, qui prætendit habere ius quotę in, & super bonis alienatis sine denuntia, aut licentia, & consensu ipsius Domini Consortis, vel aduersus ipsum Consortem sic alienantem, quando agitur de contractu inter viuos; Vel aduersus possessorem, idest in quem alienatio ipsius quotæ facta fuisset autore Iudice, vel delegato, aut subdelegato, per viam dationis in solutum, siue in executione alicuius vltimæ voluntatis quãdo iste aliàs non esset successurus ab intestato de iure.

Idem si habens quotam partem, concessisset in emphyteusim alicui alij, quàm habenti quotam sine denuntia, vel habens vtile dominium, & naturalem possessiouem tãtùm vendidisset, vel in emphyteusim cõcessisset alij, quàm domino directi sine denuntia. nisi si tenens aliam quotã partem haberet solum vtile dominium, & habens directũ dominium illius quotæ partis non vellet acquirere aliam quotam partem, quæ vellet alienari, quòd habens vtile dominium poterit acquirere. Et primo casu quando scilicet agitur de contractu inter viuos, qui prætendit iure quotæ auocare bona alienata sine denuntia, tenetur, vel offerre pretium iam æstimatum, vel æstimandum per æstimatorem communis Mediolani, quia est in eius electione verum velit emere pretio æstimato, vel æstimando, & tũc citabit alienantem præuia narratione facti ad videndum deponi pretium æstimatum, & in termino faciet ipsum

depo-

depositum, vel illud faciet in actu petitionis ante clausulam, quare cùm prędicta vera sint, & citabit etiam possessorem bonorum, nam licet statutum videatur solum comprehendere alienantem, non tamen excludit possessorem, qui alioquin posset opponere, & contradicere, & tu cogereris nouam litem sustinere, bene verum est, quòd contra illum posset mitti executioni sententia vbi non doceret habere potiora iura alitunde, quàm à victo infra aliquem breuem terminum ex dispos. statut. c. 160. vol. 1.

Sed si ageretur de datione in solutum, vel alienatione in executione alicuius vltimæ voluntatis, tunc acies est dirigenda contra possessorem omisso alienante, quia statuta volunt, quòd possit luere ab eo, & illi dare pretium æstimandum. Si autem essent plures luere volentes, & possentes, præferendus erit primo offerens velle emere dictam quotam, & si fuerint plures eodem tempore offerentes luere, seu acquirere dictam quotam, præferendus erit ille, quem sors prætulerit, & si concurreret Agnatus luere volens vigore statuti de re paterna luenda cum non Agnato habente quotam vt supra luere, seu acquirere volente, præferendus erit ille non agnatus habens quotam. Et istud remedium competit tantum de prędiis vrbanis, & non rusticis, scilicet alicuius domus, hospitii, seu sedimenis, vel cuiuslibet alterius ædificii in ciuitate, vel ducatu Mediolani. Item competit habenti ius quotæ, siue respectu directi, siue vtilis dominii aduersus consortem vendentem, aut in emphyteusim dantem eius quotam partē absque aliqua denuntia, aut licentia consortis habentis ius quotæ, & libellus sic formari posset. Agit A. aduersus B. & C. & vtrumque ipsorum, & contra quamlibet aliam personam &c. dicens non in modum solemnis libelli, sed qualis qualis petitionis, & simplicis facti narrationis, sicuti ipse A. habet & possidet dimidiam partem vnius domus positæ in tali parochia, & alteram dimidiam aliàs tenebat, & possidebat dictus B. & nunc tenet, & possidet dictus C. cui quidem toti domui coheret &c. & ad dictam dimidiā partem dictæ domus accessitur per anditum communem ipsius domus. Quòdque dictus B. alienauit dictam eius medietatem dicto C. pretio scutorum centum apparente publico

blico instrumento venditionis inter eos celebratæ rogato per talem notarium, & hoc nulla emanata denũtia ipsũ A. habenti dictam dimidiam partem, si vellet emere dictam suam partem pro pretio conuento cum dicto C. neque ei A. assignauit terminum triginta dierum intra quos posset respondere, an vellet acceptare, vel ne ad formam statutorum, adeo quòd alienatio facta non seruata dicta forma nullius fuit, & est momenti, & ipsa pars sic alienata ipso iure, & facto applicata fuit, & applicari debet ipsi A. vti habenti dictam dimidiam partem, attento quòd ad eundẽ effectum dictus A. citatis ipsis B. fecit reale depositum de dictis centum penes N. vt patet publico documento talis depositi rogato &c. & quòd licet sæpè, & sæpius interpellauerit dictum B. ad acceptandum dictum pretium, & faciendum venditionem dicto A. de dicta medietate domus cum promissionibus defendendi in forma communi, & cũ aliis clausulis in talibus apponi consuetis, & in omnibus iuxta formam statutorum, & dictum C. ad relaxandum liberè, & expediè possessionem, & tenutam realem, & effectualem dictæ medietatis, hactenus tamen recusauerunt, & recusant, licet indebitè, & iniustè. Quare cum prædicta vera sint, petit, & requirit dictus A. per præfatum Dominum Iudicem &c. declarari dictum A. esse in casu dicti statuti de quota disponente, & dictam alienationem factã dicto C. per dictum B. de dicta medietate dictæ domus fuisse, & esse nullam, & ipsam dimidiam sic alienatam non seruata dicta forma ipso iure, & facto applicatam fuisse, ac applicari debere dicto A. habenti dictam alteram dimidiam attento deposito per eum extimati vtsup. facto, dictumque B. teneri, & obligatum esse facere, & cogendum esse omnibus iuris remediis ad faciendum venditionem pro dicto pretio electo, & depositato vtsupra, cum promissionibus defendendi in forma communi, & cum solemnibus tenore, cessione iurium, & actionum translatione dominii, & possessionis solemni constituto, cõstitutione missi, & procuratoris in rem suam, & positione in ipsius B. locum, ius, & statum, & cum debitis renuntiationibus legũ, & promissionibus, & bonorũ obligationibus, & cum alijs clausulis in talibus apponi consuetis, & in eius contumaciam,

tiam, seu renitentiam declarari venditionem censeri factam, & haberi pro facta cum dictis clausulis, dictum verò C. cogendum esse vt supra, ad relaxandum, & dimittendum libere, & expedite possessionem, & tenutam dictæ medietatis, vnà cum fictis percipiendis per ipsum C. ex dicta medietate ab hodie in antea vsque ad effectualem relaxationem dictorum bonorum, & in eius renitentiam concedi debere opportunum præceptum associandi, apprehendendi, & intrandi corporalem possessionem dictæ domus, & expellendi dictum C. ab eius possessione, & tenuta, & in, & super præmissis &c. ius, & iustitiam fieri, & ministrari &c. summariè &c. non tantùm modo quo supra &c. sequere vt in aliis.

Quandò verò esset agendum contra possessorem tantũ in casibus dictis scilicet, quando alienatio facta fuisset per viam vltimæ voluntatis, vel si datio in solutum facta sit per Iudicem, vel delegatum, aut subdelegatum, vel arbitrum, vel Arbitratorem, vel à lege &c. tunc poteris formare libellum, vel requisitionẽ citato possessore hoc modo. Agit A. contra B. &c. dicens quòd C. dum esset in humanis legauit medietatẽ pro indiuiso vnius domus sitæ &c. dicto B. & instituit N. eius C. fil. in aliis bonis, & qui B. in executione ipsius legati defuncto dicto C. adeptus fuit possessionem dictæ medietatis pro indiuiso prædictæ domus, & de præsenti eam tenet, & possidet. Quòdque ipse A. tãtam tempore dicti legati, quàm de præsenti habebat, & tenebat, & tenet, & habet alteram medietatem pro indiuiso prædictæ domus, & sic eidem, vti habenti ius quotæ, vigore statutorum Mediolani, competit actio luendi, & luere possendi dictam alteram medietatem, attento quod dictus quon. C. nullam transmisit denuntiam, prout tenebatur ex forma statutorum ipsi A. vtrum vellet emere, nec ne dictam medietatẽ, & propterea requisiuit dictum B. vt vellet facere venditionem de dicta medietate ipsi A. pro pretio extimando per extimatorem communem, vel extimatores Cõmunes Mediolani, verùm recusauit, & hodie recusat. Quare cũ prædicta vera sint, concludes prout dictum fuit supra de prædiis fol. 69. videlicet dictum A. esse in casu dicti statuti de quota, & dominium dictæ medietatis ipsõ iure, & facto applicari debere ipsi A. &

dictum B. compellendum regulariter quilibet creditor, ac debitor potest cogi, vt faciat instrumentum solutionis, vẽ ditionis crediti Soarez l. post rem. ff. de re iud. Oltram. pract. forens. lib. 2. tit. 26. obseru. 24. esse omnibus iuris re medii, ad faciendum venditionem de dicta medietate pro indiuiso pro eo pretio, quod extimatũ fuerit per cões extimatores Mediolani, quod quidem pretium dictus A. obtulit, & offert soluere, & hoc cum promissionibus in forma communi, & iuris, & aliis clausulis in similibus apponi solitis; quod si facere neglexerit, seu recusauerit, q̃ facta oblatione, & effectuali depositione de dicto pretio extimando penes aliquam idoneam personam eligendã per præfatum Dominum Iudicem, venditionem censeri tactã solẽniter ipsi A. ipso iure, & facto cum dictis clausulis, & concedi debere præceptum associandi, sequere in reliquis, vt in proximo.

In simili forma erit etiam concipiendus libellus, quando alienatio quotæ facta fuisset per viam dationis in solutũ auctore Iudice.

Si autem decessisset alienans quotam sine denuntia, ere do quòd deberent citari eius defuncti hæredes vnà cum possessore.

De habente duas partes ex tribus: ex const. nou. lib. 4. quæ loqui videntur siue factis, siue non factis diuisionibus.

Ex nou. const. lib. 4. de ædifi eĳs priuatis. c. possidem.

VIdetur congruere prædictis dispositio statuti. c. 441. per quod cauetur quòd si quis habuerit saltẽ duas partes ex tribus alicuius sediminis, vel ædifitii in ciuitate, vel suburbiis Mediolani, & ibi habitet, & habens reliquã tertiam, vel minorem partem, non voluerit ibi habitare, sed eam locare ad tempus, teneatur ad requisitionem alterius habentis saltem duas partes vtsupra, ipsam tertiã, vel minorem partem locare ad tempus ipsi habenti alias partes pro pensione taxanda per extimatorem, vel extimatores Communis Mediolani, vel pro pensione, pro qua alteri locasset in electione habentis alias partes vtsupra.

Istud

Istud ergo remedium statutarium debet intentari per illum, qui habet saltem duas partes ex tribus. Secundò quòd ibi habitet. Tertiò, quod socius habens reliquam tertiam, vel minorem partem, nolit ibi habitare, sed velit locare, aut locauerit ad tempus eius tertiam partem. Quartò, q̃ habens duas partes ex tribus faciat depositum præuia citatione pensionis taxatæ, antequam obtineat tenutam bonorum; sic.n. disponunt nouæ constitutiones, quarũ verba sic sonant possidens, & tenens tertiam partem, vel minorẽ alicuius domus, seu sediminis, & in ea, seu in eo habitare nolens teneatur, & debeat ipsam tertiam partem, vel minorẽ consortibus suis, vel alias duas, vel plures partes habitantibus locare pro tanta pensione, quam ab alio percipere posset, seu proportione per duos amicos communes, vel duos vicinos taxanda; quod si id facere recusauerit, Iudex, facto per prius depositio pensionis taxatæ pro anno vno citata parte, eum inducat ad tenutã bonorum, q̃ depositum de anno in̄ annum, donec habitauerit, reiterandum est. Volens ergo vti hoc remedio poterit præmittere denuntiam, seu interpellationem sub hac formula 1580. indictione die mensis hora

Talis Iudex, cui fuit expositum per A. sicuti habet, tenet, & possidet duas partes ex tribus sediminis, & ædificii vnius siti in tali parochia, & contrata sub talibus cohęrentiis, in quo ipse habitat, & aliam tertiam partem, seu minorẽ (vt in facto) possidet, & tenet infrascriptus B. & quã tertiam partem præfatus B. non habitat, sed nunc inhabitat C. nomine locationis, & ficti simplicis, quæ finem acceptura est in hoc festo Sancti Michaelis proximè futuri, & sicuti ipse A. requisiuit dictum D. vt inhærendo dispositioni statutorum, & nouarum constitutionum Mediolani, ipsi A. habenti dictas duas partes dicti sediminis locare vellet eam tertiam partem ipsius B. ipsi A. pro pensione conuenta cum dicto C. (si noles stare pensioni conuentæ poteris eligere taxationem, & dicere pro pensione taxanda per duos amicos communes, vel vicinos) quod tamen facere recusauit. Iccircò dicto A. sic instante semper cum reseruatione &c. iurium suorum, & maximè iuris quo tę sibi competentis, & non aliter &c. commisit, & com-

mittit N. seruitori &c. quatenus ex eius parte, & præcepto, & ad instantiam suprascriptam vadat quolibet die et feriato ad omnes partes necessarias ad denuntiandum, notificandum, & intimandum, prout tenore præsentis præcepti præfatus Dominus Iudex denuntiando mandat dicto B. personaliter vel &c. quòd ipse A. vult, & intendit quòd sibi locetur dicta tertia pars dicti sediminis vt supr. nunc conducta, & inhabitata per dictum C. pro dicta pensione conuenta cum dicto C. (vel pro pensione taxanda per extimatorem, seu extimatores cõmunis Mediolani, seu duos amicos communes, vel duos vicinos arbitratu tuo) quam obtulit, & offert soluere, & deponere, & ideò dictus B. velit, & debeat termino infrascripto comparere coram præfato Domino Iudice, ad faciendum ipsam locationem cũ debitis promissionibus in ipsum A. paratum se inuestire, & conducere pro dicta pensione aureorum decem cum debita obligatione personæ, & bonorum suorum, & ad accipiendum ipsam pensionem, & hoc pro anno vno, & deinde si placuerit &c. aliter intendit quòd dispositio statutorum, & nouarum constitutionum suum sortiatur effectum, & si quis &c. compareat tali die, & hora coram præfato Domino Iudice ad eius tribunal iuris situm &c. ad allegandum &c. & ad videndum firmari præsentem interpellationem, & fieri quamlibet requisitionem, & depositum, & iurium productionem, & omnia alia &c. aliter &c. mandans interpellando &c. & prædicta fiant cum dimissione copiæ tam dicto B. quam dicto C. inquilino dictæ tertiæ partis ne de prædictis possit prætendere ignorantiam &c. & aliàs ad omnem bonum finem &c. signatur à Iudice, & ab actuario.

In termino clausulæ tu debes comparere, & facere firmationem dictæ interpellationis cum productione iurisi, & itidem facere tuam requisitionem, & tuum depositum hoc modo. Præmisso tempore actus, & præsentia Iudicis.

Comparet A. semper cum reseruatione &c. & maxime iuris quottæ &c. & non aliter &c. in termino clausulæ apositæ in præcepto mentis declaratiuo ad eius comparentis instantiam intimato B. effectus (repeti poterit narratiua præcepti) & prout in eo concesso sub die tali, ad quod

relatio

relatio habeatur, & inhærendo dicto præcepto, & concesso sub die tali, ad quod relatio habeatur, & inhærendo dicto præcepto, & contentis in eo, petiit per præfatum Dominum Iudicem sibi tradi tenutam dictæ tertiæ partis dicti sediminis spectantis dicto B. pro anno vno incepturo in hoc festo Sãcti Michaelis in antea, & deinde &c. & sibi concedi præceptum intrandi tenutam, & possessionem dictę tertiæ partis dicti sediminis, & expellendi, ac eiiciendi ab ea dictum C. cum eius familia, & rebus, & ad eundem effectum ibidem realiter, & cum effectu deposuit, & deponit aureos decem pro pensione ficti vnius annĩ dictæ tertiæ partis dicti sediminis penes N. fil. quondam N. P. P. præsentem, & confitentem habere penes se in depositum, & nomine veri, & realis depositi dictos aureos decem ibidem præsentialiter traditos per dictum A. ad effectum dandi dicto B. facienti dictam locationem de dicta eius tertia parte, in causam dictę pensionis, seu soluendi ipsam pensionem temporibus suis dicto B. deinde præfecto actu depositi subdentur clausulæ salutares cum productioone iurium.

Et tunc si reus contradicet, siue non, vbi non haberes fundatam tuam intentionem per instrumenta, siue respectu quotæ, siue pensionis domus, teneris fundare tuam intentionem per testes, quòd tu possideas duas partes ex tribus, & reus tertiam partem, & quòd non inhabitet, & etiã eligi facere extimatorem ad extimandum ipsa loca, etiam respectu reditus bonorum; & venit etiam viridarium, quia habui in practica in vna causa, quæ mota fuerat per Marcum Antonium Raynerium contra Dominos minores Aresios, & ingenierius extimauit reditus bonorum habita etiam ratione viridarii; sed in causa non obtinuit, quia lite pendente decessit, nec alius prosequutus est me sciente. sed illi opponebatur quòd locatio fuerat facta eo consentiente, & patiente saltem tacitè, & quòd non constabat esse in casu dicti statuti, & nouarum constitutionum.

Quando autem velles conducere pro pensione taxanda, tunc facta narratiua concludes vtsupra, sed loco, & ad eundem effectum vsque ad subdentur clausulæ generales,

dicendum erit, & hoc attento quòd paratus est soluere illã pensionem, quæ taxata fuerit per duos vicinos contratæ dicti sediminis, quos ex nunc eligi petit per præfatum Dominum Iudicem, ad effectum vt possit exinde facere debitum depositum ipsius pensionis, deinde sequere clausulas generales.

Perfecto processu, & fundata intentione Actoris, Iudex concedit præceptum intrandi tenutam dictorum bonorũ cum narratiua facti, & expellendi inquilinum, cuius formulam non subiicio, cum ex aliis præcedentibus colligi possit.

Obiter nota, si domus esset quæ per solaria commode nec diuidi, nec locari posset, vel fundus habens annexam dignitatem satius esset prosequi iudicium adiudicationis per actionem communi diuidendo.

Guido Pap. sing. 639. ex tribus, inquit, commune molendinum habentibus, tertius tenetur stare locationi factæ per duos.

Adest ordo Senat. 1576. vlt. Iunij circa hoc proposito.

Supereffet etiam tractare aliqua, quando ascendens deteriorauit conditionem vnius ex descendentibus meliorando conditionem alterius, quia competit ius petendi supplementum in bonis paternis, & si non adsint, in bonis alterius meliorati.

Cap. 305.

Actione familiæ herciscundæ, siue communi diuidendo, modo non negerut filius, & cohæres licet vnus (nempe conuentus) totum possideat. nec enim hoc casu necesse esset agere petitorio, ita Paulus de Castro. l. si probatũ. C. comm. diuidendo.

Dixit Meliorati. Ergo si melioratus non sit statutũ locũ non habet, verbi gratia reliquit pater vni ex solijs ad pias causas. l. si sponsus sponsæ. ff. de donat. int. vi. Et esset etiã tractandum de eo, qui contraxit cũ filiofamilias in casibus permissis viuente cum patre, quando pater recusaret soluere creditori, quia poterit compelli dictum debitum soluere, aut ipsi filio suo obligato partem legitimæ omnium bonorum suorum assignare, ex qua, & super qua creditor solutionem suam consequatur vsque ad concurrentem quantitatẽ, & si hoc non fecerit pater ipsius filii obligauit possit creditor bona ipsius patris vt supra saxire, & se

Cap. 416.

que.

queſtrare,& conteſtari,robare,& poſſeſsionẽ intrare,ac ſimet pater per ſe obligatus foret. Iure cõmuni filius familias maior prẽterquam in mutuo,obligatur ſine conſenſu patris de peculio,cũ conſenſu inſolidum.l. & ita de facto. §. ſi filiusfamilias. ff.nau.caup.at iure ſtatutario niſi in caſibus expreſsis ſtat.415. Si quis tamen mutuum daret filiosfamilias, vt ſe alter pater de in rem verſo teneretur, omni iure. l.3.ff de in rem verſo.

Idem in caſu ſtatuti de pœna mulieris nubentis cũ hęreditate extra iuriſdictionem.

Non ſuppoſito (& ſuppoſitus non intelligitur qui antequam ei mulier nuberet habitauerit cum maiori parte familię iuriſdictione per decennium ex ſtat. c.311.

Communit Mediolani, cuius diſpoſitione hæreditas, peruenirẽt in Agnatos proximiores, & de multis aliis remediis ſtatutariis,ſed pro nunc omittenda duxi, ne in immenſum creſcat labor,& opus. cap. 311

Qualiter procedatur coram diuerſis iuſdicentibus. Cap. VIII.

COram executoribus Regię Camerę,vel vtroque Magiſtratu, cum agitur de ſolutione functionum Fiſcalium ideſt onerum, vel debitorum; incipitur à dilatione, intra quam præcipitur debitori, vt ſoluat comminata pęna executionis realis, & perſonalis: Tunc debitor ſolet confugere ad Illuſt. Quæſtores cum precibus, quibus ſuas exceptiones proponit, vel petit moratorias, & ſi executores inſtante Fiſco procedunt, eis præſentatur expeditio Magiſtralis etiam Fiſco non citato. Cum autem agitur coram executoribus inter priuatos in caſibus præmiſsis, vel quando partes prorogarunt eorũ iuriſdictionem, tunc creditor citat debitorem ad videndum fieri requiſitionem effectus quòd concedatur opportuna exequutiuo realis & perſonalis contra ipſum citandum, & eius bona pro ſumma ſcutorum cẽtum, de quibus eſt de-

bitor ex causa mutui gratuiti, apparente publico instrumento superinde confecto, rogato per talem Notarium tali tempore cum pacto in forma Cameræ conualidato, & pro expensis &c. & ad videndum produci dictum instrumentum, & alia eius iura, & per ipsos Magnificos Dominos Executores concedi ipsam executionem: Et in termino dictæ citationis actor comparet, & facit eius requisitionem, & petit sibi concedi executionem realem, & personalem, & facit productionem eius iurium, cum clausulis salutaribus; & si reus non comparuerit, lapso biduo vtili, accusatur contumatia sub hora tamen actus, & sine vlla citatione conceditur præceptum executiuum constituto tamen de credito, quod potest concedi, & sub hora citationis, & ex post intra tamen mensem. Si autem comparuerit, & negauerit debitum, tunc si habes instrumentum publicum pro fundamento tuæ intentionis, facis statui terminum puta sex dierum ad probandum (& tunc si vltima dies termini caderet in diem feriatam sequens dies iuridica computatur in termino) quicquid velit in contrarium, quo elapso, & nil in contrarium docto, & ostenso, quod releuet allegantem, citato debitore conceditur executio realis, & personalis, si est conualidatum pactum à Senatu. Aliquando vidi concedi tale præceptum sine citatione lapso termino statuto, & nil in contrarium allegato præuia contumacia, sed id mihi non placet. Si autem tu non habetes fundatam tuam intentionem per iura publica, teneris etiam debitore tuo non contradicente fundare tuam intentionem in termino statuendo citata parte, qui erit communis vtrique parti.

Formula termini.

D. Executor Reg. Duc. Cam. Mediolani, sic instante Iulio Cæs. Glussiano cum reseruatione &c. omnibus modo &c. statuere, & assignauere &c. Antonio de Antoniis &c. terminum dierum proxime futurorum ad deducend. probandum, &c. quicquid vult & intendit quare contra eum, & eius bo-

na concedi non debeat omnis opportuna executio realis, & personalis pro summa lib. de qua in actis. in causa verten. inter dictas partes coram vt supra aliter, &c. Insuper commisere

seruit. &c. quatenus vadat ad intimandum, & dictum terminum statuendum, &c. Datum Mediolani, &c. Signatur à Iudice.

Et si reus feciſſet productionem iurium in genere, citabis ad ſpecificandum in forma, idem faciet reus, quando actor feciſſet productionem eius iurium in genere. Intimato termino ad probandum, reus ſi vide poſſe probare contra Actorem, poterit curare vt Iudex proroget terminum, quia melius ſibi conſulit. quam petendo nouam dilationem, nam prorogatio termini ſi ad mille annos facta eſſet, non inducit pluralitatem dilationem, ſed tantùm eſt vnica dilatio. Factis autem incumbentijs etiam per viam allegationem iuris, emergentibus articulis iuris, & petitio conſilio ſapientis, debent D. Executores aſſumere conſilium ſapientis ideſt, conſultoris iuriſperiti de Collegio Dominorum I. P. Mediolani partibus noti, & non ſuſpecti, & illud ſequi tenentur in cauſis priuatorum, & ſic dantur diffidentes, & ei datis ipſi Domini Executores conſulunt I. P. notum, & non ſuſpectum, & habito conſilio expediunt cauſam parte citata ad videndum eam expediri. Conceſſa autem executione, poterit appellari, & obtineri inhibitio, ne exequatur, eſto quòd obligatio eſſet in forma Camerę, nam Senatus Excellentiſſimus aliàs declarauit, quòd à pacto in forma Cameræ poterat appellari vt ex litteris diei 23. Ianuarij 1572. directiuis Domino Cuticæ tenoris ſequentis. Ad nos cõfugit Io. Iacobus Monicatus, cum alligata ſupplicatione, & cum natura pactorum in forma Cameræ tendat tantum ad conualidandum contractum, non autem aliquid addat, vobis mandamus, vt dicta exceptione pacti in forma Camerę appoſiti, non attenta, vbi aliud iuridicum non obſtet, iuſtitiam faciatis, & in ſecunda parte demonſtrabitur quomodo ſit proſequenda appellatio coram dictis executoribus interpoſita. Sciendum erit etiam, quòd vigore dicti pacti in forma Cameræ, quo quis ſe ſuppo-

nit

nit iurisdictioni dictorũ Dominorum Executorum etiam si renuntiauerit priuilegio sui fori, quòd nihilominus nõ cogetur alias suppositus iurisdictioni alienę puta Nouariæ, Papię, aut Alexandriæ subire eorum forum, nisi prima citatione appareat personaliter ipsum citatum fuisse in Ciuitate Mediolani,& ita etiam pluries declarauit Senatus Excellentissimus, prout ex infrascriptis litteris die 4. Augusti 1573. tenoris sequentis. Exequutoribus Camerę. Ne indebitis impensis afficiatur Gabriel Columbasius cuius sunt inclusæ pręces mandamus vobis cum pacta executiua nil addant, sed ea tantum, quæ acta sunt conualident, vt vbi alias iurisdictio ad vos non spectet quam ex dictio pacta in forma Camerę, eiusque approbatione, quod pactum eam recipit interpretationem, vbi debitor in hac ciuitate reperiatur, causam, & partes ad suos Iudices competentes remittatis. Similes etiam litteræ concessæ fuerunt fratribus de Farris, die 26. Septembris 1571. nec non Baptistę Ochetto, & Consortibus de Romantino sub die 24. Iulij 1574. Hinc Maran. par. 4. cap. vt iuditiũ Mercatorum num. 115. & 117. dicit quòd quando quis promisit soluere, quòd debet, Romæ, & vbique locorum, quòd regulariter intelligitur, quòd possit ibi conueniri, si ibi personaliter reperiatur, quòd limitat in vno casu dicto num. 115 Prædictis adde, quòd dicti Domini Executores non possunt quo ad priuatos, & ex causa priuata concedere exequutionem personalem, & forte etiam nec realem, nisi illud pactum fuerit à Senatu confirmatum, quod confirmari solet in forma, si intra tempus Cancellariæ petatur approbatio, quod tempus antiquitus erat mensis, nunc autem est triennij, vnde non incautè Notarii consueuerunt instrumentis continentibus huiusmodi pacta, vel alias indigentibus approbatione, solent ponere clausulam supplicandi pro conualidatione non obstante lapsu temporis, quia prorogatio iudicis de causa ad causam non videtur per partes fieri posse, à vnde Mar. par. 4. dist. 12. prin. ait quòd iuditium prorogatum est illud, quod vendillatur inter partes coram Iudice non suo principaliter tamen adito de consensu partium, vbi in definitione termini prorogationis dicit num. 3. quòd iste terminus pro-

Et sic ĕt ita dicunt Mag. Philippus Archinus cẽ pares meus obseruandissimus.

roga-

rogationis refertur quandocunque ad iurisdictionem, & quòd ista progatio iurisdictionis fit quatuor modis videlicet: primò, quandoque de persona ad personam. secundò, quandoque de re ad rem. tertiò, quandoque de tempore ad tempus. quartò, quandòque de loco ad locum ponendo exemplum de prima prorogatione, vt quãdo Iudex habet limitatam iurisdictionem in vna Ciuitate, vel territorio, nam si alij de aliena iurisdictione, volunt consentire, quòd causa eorum iudicetur per illum Iudicem cui non sunt subditi potest facere, & sic illa iurisdictio quæ erat limitata inter illas personas illius territorii tantum, modo per consensum partium extendatur ad alias personas sibi non subditas. Exemplum de secunda prorogatione, puta si vnus Iudex habet limitatam iurisdictionem, vt non possit cognoscere nisi de causis à centum aureis infra, possunt facere partes habentes causam maiores summæ, q̃ ille Iudex cognoscat de tali causa, & sic extenditur iurisdictio de summa minori ad maiorem. reliqua non transcribo, quia non faciunt ad casum hunc. benè verum est, q̃ audio etiam per alios Doctores de Collegio Magnif. I. P. Mediolani iudicatum fuisse in contrarium videlicet, Dominos exequutores Camerę, ex tali prorogatione partium non habere iurisdictionem de causa ad causam nisi illud pactum à Principe fuerit approbatum. Sed quando debitor iurauit non contrauenire, nec aliquid in contrarium opponere, sed allegare, an prius debeat obtinere relaxationem a iuramento quàm agat, seu se defendat, hic non refero, ego tamen sentirem vt prius obtineret habilitationem ab ipso iuramento, ne illi opponi posset exceptio periurii quę agentem, vel se defendentem potissima est ad repellẽdum, & ista habilitatio est semper imprimis, & ante omnia obtineuda priusquam agas, secus concessa, seu impetrata non valeret.

Aliquando etiam inter priuatos ipsos ex causa tamen onerum ad instantiam eorum, qui conduxerunt vectigalia vel Deputati sunt ad ea exigenda, quòd etiam procedit in exactionibus onerum Communitatum conceduntur prę-cepta generalia aliquando per ipsos Dominos Executores, interdum per Dominum Iudicem Datiorum, modo

Iudi-

Iudicem Vini minuti,& aliquando per Illustrē Magistratum ordinnarium,& tunc incipitur à dilatione, quæ dicitur auersetur quod intimatur debitoribus,vt termino triū seu quatuor dierum soluant summam in calce auersetur expressam ex causa , quæ similiter exprimitur aliter quòd concederetur executio; & si ille impetrans tale auersetur est forensis,elegit habitaculum in dicto auersetur. Intimato tali auersetur , debitor solet citari facere creditorem domi suæ, vel electi per eum habitaculi in auersetur ad videndū tolli dictum auersetur ; & in termino dictæ citationis fit contradictio, & tunc seruatur,quod supra dictum est;si verò non fuerit contradictū tūc executioni mittitur dictum præceptum generale, & per nouas constitutiones lib. 1. de officio,& iurisdictione,diuersorum Iudicum cautū est per hæc verba omnes iusdicentes huius Dominij, sciāt eis permissum non esse præcepta generalia contra debitores concedere, nec aliquas executiones reales, vel personales, nec famulos in possessionē mittere,nisi casibus à iure,& ex cōstit.permissis. Et tunc in eis eorum debitorū nomina,& cognomina expressè apponenda sunt . Et in omnibus casibus necesse est,q̄ prius de verbo debito legitimè,& parte citata conster, sub pœna Iudici aureorū 25. pro qualibet iure, & grauiori,arbitrio Principis, vel Senatus, & pacti, quę eis præceptis, vel executoribus vtatur, aureorū 10. pro tertia Communitatibus Ciuitatū,& locorū pro tertia accusatori & reliqua Fisco applicanda,& lib. 2. tit.de execationibus & famulis iusdicentium cap. Iudices in fine disponitur, q̄ non possint cōcedere missionem famulorum in possessionē nisi ex causa datiaria, vel publica,verùm hæc missio in possessionē non consueuit concedi,nisi ex vrgētissima causa,& plerumq; vel Illust. Locumtenente,vel Illust. Magistratu mandātibus, & hic ad propositum posset tractari de possessione tædiali,quæ datur cōtra minores, nuntecaptos furiosos,vel bona vacantia,vel contra eos,quibus non datur bannum, sed quia non est in vsu, licet sit optimum remedium, & necessarium quando tutores, vel aguati citati ad formam nouarum constitutionum nolunt comparere , vel defendere minorem,& antiquitus seruabatur,omittere duxi.

For-

Formula præcepti generalis.

D Iudex Douanæ
Mediolani die,&c. fic inſtante

cum reſeruat. &c. commiſit ſeruit. &c. quatenus ex eius parte,& præcepto,& ad inſtan. ſupraſcriptã vadat ad oēs partes,&c. quolibet die,&c. iuxta formã capitulorum Reg. Cam. vna cum famulis duobus, & pluribus,&c. ac Antiano, ſeu Conſule ad robandum, & per vim auferendum,& exportandum,&c. de bonis,& rebus infraſcriptorũ inferius nominatorũ debit. præf. ſociorum ex cauſa dicti datii,& qualibet alia iuxta cauſa, &c. Item ad accipiendũ omnes, & quoſcunq; debitores infra nominatos quolibet die,& in quolibet loco ex cauſa dariaria tantũ,& eos conſignan. &c. & in carceribus conducen. &c. Iré ad robandum,& capiendum debitores debitorũ præfatorũ ſociorum. Item, ad facien. quaſcunq; repoſitiones pro cautione ipſorum Datiariorũ, & ne bona in ſiniſtrũ tranſeant. Item ad frang. &c. Iré ad facien. quaſcunq; inuentiones, & repoſitiones quarumcunq; beſtiarum, vel carnium, quę infragranti crimine reperientur, vel quæ de nocte conducerentur,& ea omnia conſigan. ad officium prefati D. Iudicis iuxta ordines mandan. &c. Ita tamen quòd reſpectu dictarum executionem fiendarum dictis debitoribus, vel perſonalem prius moueantur ipſi debitores in ſcriptis, vel oretenus ante executionem per diem ante vbi moniti non ſint,& de tali monitione relatio fit in actis. Reſpectu verò repoſitionum fiendarum, vel inuentionum fien. vt ſup. illa omnia fieri poſſint abſq; monitione, valiturum per Annum præſentem ſal. &c. qui ſeruitor dimittat. cop. quoties fuerit requiſit. &c.

Quorum

alicuius vniuersitatis simultaneę, vel alicui communi, aut vniuersitati, vel pluribus communibus, vel vniuersitatibus ex eadem causa ciuili, reputetur pro vno banno, vel contumatia quotquot sint banniti, vel contumaces numero, qui banniti vel contumaces non audiantur nisi prius solutis expensis contumatiæ vt proximè dictum est, & per statu: ũ capitulo decimo tertio, cauetur, quòd præteritis octo diebus post terminum comparendi assignatum non possit dari bannum, nec possessio, quę datur loco banni, occasione illius citationis siue termini, infra illos autem octo dies possit dari bannum, siue possessio cõtumaci ad petitionem eius, qui comparuerit in termino, & per c. 15. dicitur, quòd ita possit dari bannum, siue contumatia sicut supra, & si quis Iudice pro Tribunali adhuc sedente comparuit in termino, & reperiatur ipsum esse ea hora in aliquo banno, seu contumatia cridarum, vel scriptum fore, audiatur ipsa crida, vel scriptura non obstante: ipso tamen comparente soluente denarios octo Imperialium parti, & quòd nullus in banno, seu contumatia esse censeatur prętextu citationis vel præcepti, neque possessio tædialis prætextu citationis censeatur esse data contra hęredem, nec minorem, nec aliam personam, nec vniuersitatem, quibus non datur bãnum, nisi relatio seruitoris reperiatur prius esse in actis Iudicis, nec aliter valeant bannum, contumatia, vel possessio tædialis, & quòd bannum ciuile, & bannum fideiussorium, & bannum fugæ, siue suspectę personæ possint cassari si placuerit actori, vel suis hæredibus, & quòd in causa ciuili non possit in aliquo banno addi verba, de quo banno eximatur, vel aliud æquipollens, nisi sit bannum, q datur propter Iudicis præceptum continens aliud, quàm quòd simpliciter compareat coram Iusdicente non seruatum, & per cap. 17. quòd nullus qui habebit debitorem suum in banno, in quo fuerit præteritus donec in eo fuerit, faciet pro eo debito aliud bannum cridari per requisitionem, vel terminum collocatum, &c. & cap. 165. volum. primo cauetur quòd vigore solius cõtumatię datę contra citatum non comparente, non concedatur præceptum robandi, contestandi, vel in depositum ponendi, vltra valorem librarum decem Imperialium, & si robatio semel fa-

cta fuerit, non concedatur amplius præceptum robandi, & vtsupra, nec etiam vigore præcepti concessi possit fieri alia executio, nisi elapsis octo diebus, ita tamen quod illa die qua data fuerit cõtumatia, exequutio ipsa non concedatur neque fiat sed comparente contumace vtsupra, & soluente expensas reuocetur præceptum, & cancelletur contumatia. In possessionibus verò tedialibus, quę dantur contra minores, mentecaptos, furiosos, vel bona vacantia, vel contra eos, quibus non datur bannum, ex cap. 14. cautum est, quòd seruentur disposita in statuto cap. 10. in quo etiam ad sunt verba sequentia, & disposita in præsenti statuto non habeant locum vbi agatur per viam libelli, petitionis, seu supplicationis summarie, vel voluntarie, & hactenus de contumatiis.

Supereſſet etiam hic agere quomodo coram Dominis Abbatibus Dominorum Mercatorum Mediolani, & etiam cęteris paraticis, nec non coram Senatu Excellentiſſimo, & aliis diuersis Iusdicentibus, vtroque Magistratu procedendum esset, sed pro nunc omitto, & forte alibi dicam.

De intimatione sententiæ.

Notandum, quod pars cui intimatur sententiam debet esse diligens in appellando, & curare debet (actor scilicet quiue habuit pro sententiam) vt pars notitiam habeat appellationis. Quòd si pars procederet ad executionem sententię, & fortasse apprehendere bona excusaretur ab expensis, licet postea præceptum apprehendendi deberet reuocari, vti attatatum sicut audio iudicatum anno 1573. 22. Iun. coram dd. consulibus.

LAta Sententia debet intimari per actum publicum parti principali, & ad cautelam eius procuratori, si per procuratorem litigatũ fuisset, vel procuratori effecto Domino litis, personaliter, vel ad domum eius habitatio nis, ad effectum vt illi curat terminus, siue tempus quatri dui appellandi, vel petendi r[illegible]ionẽ, vel dicendi de nulli tate, quod quidẽ tempus de iur. alias erat decem dierum

Const. lib. 2. de appel. Hennig. Go den rub. 31 Papien. in actio. reali num. 12. &

alicuius vniuersitatis simultaneę, vel alicui communi, aut vniuersitati, vel pluribus communibus, vel vniuersitatibus ex eadem causa ciuili, reputetur pro vno banno, vel contumatia quotquot sint banniti, vel contumaces numero, qui banniti vel contumaces non audian ur nisi prius solutis expensis contumatiæ vt proximè dictum est, & per statu: ũ capitulo decimo tertio, cauetur, quòd præteritis octo diebus post terminum comparendi assignatum non possit dari bannum, nec possessio, quę datur loco banni, occasione illius citationis siue termini, infra illos autem octo dies possit dari bannum, siue possessio cõtumaci ad petitionem eius, qui comparuerit in termino, & per c. 15. dicitur, quòd ita possit dari bannum, siue contumatia sicut supra, & si quis Iudice pro Tribunali adhuc sedente comparuit in termino, & reperiatur ipsum esse ea hora in aliquo banno, seu contumatia cridarum, vel scriptum fore, audiatur ipsa crida, vel scriptura non obstante: ipso tamen comparente soluente denarios octo Imperialium parti, & quòd nullus in banno, seu contumatia esse censeatur prętextu citationis vel præcepti, neque possessio tædialis prætextu citationis censeatur esse data contra hęredem, nec minorem, nec aliam personam, nec vniuersitatem, quibus non datur bãnum, nisi relatio seruitoris reperiatur prius esse in actis Iudicis, nec aliter valeant bãnum, contumatia, vel possessio tædialis, & quòd bannum ciuile, & bannum fideiussorium, & bannum fugæ, siue suspectę personæ possint cassari si placuerit actori, vel suis hæredibus, & quòd in causa ciuili non possit in aliquo banno addi verba, de quo banno eximatur, vel aliud æquipollens, nisi sit bannum, q datur propter Iudicis præceptum continens aliud, quàm quòd simpliciter compareat coram Iusdicente non seruatum, & per cap. 17. quòd nullus qui habebit debitorem suum in banno, in quo fuerit præteritus donec in eo fuerit, faciet pro eo debito aliud bannum cridari per requisitionem, vel terminum collocatum, &c. & cap. 165. volum. primo cauetur quòd vigore solius cõtumatię datę contra citatum non comparente, non concedatur præceptum robandi, contestandi, vel in depositum ponendi, vltra valorem librarum decem Imperialium, & si robatio semel fa-

ta fuerit, non concedatur amplius prçceptum robandi, & vtsupra, nec etiam vigore prçcepti conceſſi poſſit fieri alia executio niſi elapſis octo diebus, ita tamen quod illa die qua data fuerit cõtumatia, exequutio ipſa non concedatur neque fiat ſed comparente contumace vtſupra, & ſoluente expenſas reuocetur prçceptum, & cancelletur contumatia. In poſſeſſionibus verò tçdialibus, quę dantur contra minores, mentecaptos, furioſos, vel bona vacantia, vel contra eos, quibus non datur bannum, ex cap. 14. cautum eſt, quòd ſeruentur diſpoſita in ſtatuto cap. 10. in quo etiam ad ſunt verba ſequentia, & diſpoſita in prçſenti ſtatuto non habeant locum vbi agatur per viam libelli, petitionis, ſeu ſupplicationis ſummarie, vel voluntarie, & hactenus de contumatiis.

Supereſſet etiam hic agere quomodo coram Dominis Abbatibus Dominorum Mercatorum Mediolani, & etiam cçteris paraticis, nec non coram Senatu Excellentiſſimo, & aliis diuerſis Iuſdicentibus, vtroque Magiſtratu procedendum eſſet, ſed pro nunc omitto, & forte alibi dicam.

De intimatione ſententiæ.

Notandum, quod pars cui intimatur ſententiam debet eſſe diligens in appellando, & curare debet (actor ſcilicet quiue habuit pro ſententiam) vt pars notitiam habeat appellationis. Quòd ſi pars procederet ad executionem ſententię, & fortaſſe apprehendere bona excuſaretur ab expenſis, licet poſtea prçceptum apprehendendi deberet reuocari, vti attatatum ſicut audio iudicatum anno 1573. 22. Iun. coram dd. conſulibus.

LAta Sententia debet intimari per actum publicum parti principali, & ad cautelam eius procuratori, ſi per procuratorem litigatũ fuiſſet, vel procuratori effecto Domino litis, perſonaliter, vel ad domum eius habitatio nis, ad effectum vt illi currat terminus, ſiue tempus quatri dui appellandi, vel petendi r[illegible]one, vel dicendi de nulli tate, quod quidẽ tempus de iur: alias erat decem dierum

Conſt. lib. 2. de appel. *Hennig. Goden rub. 31* *Papien. in actio. reali.* *num. 12.* &

seq. & in for. appell. Bal. sua pract. 9. cã appl nu 2. Oria n 99. de interloc. & appell. Plo. in l si quando. C. vndè vin. §26.

& quod quidem tempus non currit nisi à die intimationis sententiæ in scriptis; de iure tamen incipit currere a die latæ sententiæ, si præsens fueri, eius prolationi, secus à die eius scientiæ secus si per mille annos retarderetur intimatio sententiæ, non curreret illud quatriduum ad appelandum, vel dicendum de nullitate, aut petendum reuisionem & in ea intimatione solet, imò debet inseri tenor de verbo ad verbum talis sententiæ, vel arbitramentorum, ad hoc vt possit scire substantiam, & omnes eius qualitates, quo possit deliberare an expediat appellare, nec ne, & vt inducatur certa scientia: sunt tamen aliqui. qui non intimant sententiam de verbo ad verbum, sed citant partem, vt compareat coram Iudice, ad videndum concedi executionem sententiæ, quia vel executionem, vel missionẽ in possessionem vel prout in facto, & ad videndum produci, & in actis dimitti ipsam sententiam, & in termino faciunt fieri formationem talis denuntiæ, & producunt talem sententiam in specie, ad inducendam scientiam ipsius sententiæ, quæ videtur sufficere ex forma statutotum cap. 137. vol. 1. Vide etiam Lancell. de attentatis p. 2. cap. 12. limit. 50. num. 158. Hæc cautela non passim vsu recipitur, quia est captiosa, & aliquando in actis non dimittitur intra illud quatriduum, vel si dimittitur non potest haberi illius exemplum debito tempore, vt possit corã Iudice, à quo appellare, & eius copia debet, etiam tradi expensis partis, & quicquid sit de iure ciuili ex dispositione nouarum constitutionum requiritur intimatio sententiæ, & sic dicere possumus ipsam intimationem esse de forma, quæ seruari debet, & ista intimatio putarem, quòd deberet fieri de mandato illius Iudicis, qui tulit sententiam, si est in prima instantia, & ordinarius vel delegatus à Principe, ad effectum vt coram eo possit interponi appellatio, si verò per Iudicem appellationis, coram eodem ad effectum, vt supra tamen contrarium passim seruatur in Mediolano, quia video huiusmodi intimationes fieri per quoscunque Iusdicentes, nam si iudicatum sit per Magnificum Prætorem, vel eius Vicarium intimatio eius sententiæ intimabitur de mandato Dominorum Consulum Iustitiæ, vel alterius ex iusdicentibus ad signum Equi, vel

Gal-

Galli,& sic de alijs,& in omnẽ casum talis intimatio debet fieri de mandato alicuius Iusdicentis iurisdicentis iurisdictionem ordinariam habentis, & intimatio sine fiat de mandato qui iudicauit, siue de mandato alterius, appellatio tamen erit interponenda coram illo Iudice,qui eam tulit, vt sequenti libro dicam. & sic concipi poterit talis intimatio.

Formula intimationis sententiæ, siue arbitramentorum.

1580. die mensis talis Iudex.sic instãte A. semper cum reseruatione,&c. commisit N. seruitori &c. quatenus ex eius parte,& mandato, & ad instantiam, suprascriptam vadat ad omnes partes necessarias ad denuntiandum intimandum, & notificandum tenorem sententiæ latæ per N. Iudicem, de quo infra de verbo ad verbum, B. personaliter, vel &c. ad effectum, ne dictus B. de prædicta sententia aliquam prætendere possit ignorantiã, nec se sub prætextu, vel velamine alicuius ignorantiæ excusare valeat,sed constituatur in omni mora, & negligentia, ad omnem alium bonum finem, & effectum, &c. Mandans intimando, &c. & prædicta fiant cùm dimissione copię, &c. Cuius quidem sententiæ tenor sequitur videlicet ponatur tenor, & talis intimatio debet subscribi, & à Iudice, & ab Actuario secus non diceretur intimatio in forma fidem faciente, & credo quòd posset impugnari.

De instantia causa principalis.
Cap. I X.

NEruus iuditij est instantia,nam ea perempta,ferri nõ potest sentẽtia pro Actore. Ex ordine Senatus non dantur litteræ vt prius cognoscatur super lapsu instãtię,nisi facto deposito: potest tamen qualibet prosequi hanc exceptionem absque literis Senatus & onere depositi parte

citata ad eligendum calculatorem petendo absolutionem ab obseruatione iudicij, cuius formula sequitur.

Christi nomine inuocato.

Absoluimus, & liberamus. N. ab obseruatione iudicii præsentis attento lapsu instantiæ, & Titium condemnamus in omnibus expensis, præsentibus pro testibus N.N.N. omnibus notis & idoneis, &c.

Lata; facta, pronuntiata ac promulgata fuit suprascripta sententia seu absolutio, & condemnatio in modum suprascriptum per prefatum D. Prętorem pro trib. seden. super solito eius banco iuris, sito super palatio, dicti communis in Burgo Canobii vbi more solito iura, redduntur, ac lecta vulgarizata fuit per me Iulium Cęsarem Glussianum Notarium infrà scriptum ac Notarium & Cancellarium prefati D. Prętoris de ius, mandato anno Domini 1600. Indictione 13. die martis, sexto mensis Iunii, pręsentibus suprascriptis testibus proximè

pręsente

Antonio de Antoniis suo, & nomine quo supra acceptante prędictam sententiam seu condemnationem, & absolutionem sic vtsupra latam per præfatum D. Prętorem in partibus fauorabilibus, & in pręiudicialibus dissentiente, quinimmo se suo. & dicto nomine appellante, & aggrauan. à dicta sententia, seu condemnatione, & absolutione in illis partibus vt supra, & à prędicto D. Prętore ad potentiss. Hispan. Regem, Mediolani, Senatum, & Comitem Renatum Borromeum Canobii, & pertinentiarum dominum, & ad eius Iudices super appellationibus deputatos, seu deputandos, &c. & ad quoscunque alios iudices ad quos melius præsens appellatio deuoluitur, seu deuolui potest de iure, tam quam contra Deum, ius, & iustitiam ac æquitatem latam, &c. petens apostolos, & litteras dimissorias sibi tradi aliter protestante de iniustitia, & grauamine contra prędictum D. Prętorem, & de aliis penis iuris, &c. & petente prædicta recipi, & admittidebere, &c. aliter, &c.

Præ-

Præsente Meuso procuratore, & procuratorio nomine suprascriptę N. per instrumentum procurę rogatum à publico Notario, & de quo offert fidem facere, acceptante prædicta, & in partibus, &c. & gratias agente præfato D. Præfatori de iustitia bene administrato, &c. & perseuerante, &c. saluo iure, &c.

Qui præfatus D. Prętor prædictam appellationem admisit, & admittit si & in quantum, &c. præsentibus suprascriptis testibus proxime præfat. Ego præfati D. Prætoris Notarius, & Cancellarius in fidem subscripsi, & in actis est, &c.

Itaque secundum dispositionem Nouarum Constitutionum, & statutorum debet causa expediri intra tempus instantię, scilicet, quadraginta dierum vtilium sub pęna etiam centum aureorum centum Iudici, in quam pęnam incurrisse intelligitur eo ipso, quòd causa parte instante, & debitas sportulas soluente, vel deponente pęnes Notarium causę, non fuerit in eo termino expedita, exceptione aliqua non obstante quòd si Iudex legitimam ex causationem differendi prętendat, eam coram Senatu ante finem instantię deducere habet: verùm cum damuo multorum non obseruatur hęc constitutio, & hic aliqua subnectemus de instantia. Itaque instantia dicitur illa exercitatio iudicii a lite contestata, vsq; ad sententiam inclusiue, qua durante, vel prorogata tempore debito omnia agitata valent, & res controuersa alienari vti litigiosa non potest, è contra ea peremptа, pereunt etiam acta iudicii, tendentia ad litis ordinem, & etiam omnes satisdationes receptę in eo iudicio, puta de stando, parendo iuri, & indicato solnendo. Acta verò causæ, puta, probatoria non pereunt. Hinc sciendũ erit quòd acta alia dicuntur acta causæ, alia acta iudicii. Acta iudicii dicantur, quæ tendunt ad litis ordinem, puta, libellus, litis cõtestatio, termini probatorii, satisdatio, & alii similes actus. Acta verò causæ dicuntur, quæ tendunt ad litis decisionem, prout sunt depositiones testium, instrumenta, confessiones, & alia similia acta probatoria, & vlterius instantia perẽptа. Reus debet absolui ab obseruatione iudicii, cuius absolutionis formula sequitur.

Const. lib. 1. & 2. de iud. stat. c. 21. vol. 1. de iure vero & trienn.

Ex Maran. & Asinio.

Mar pa. 4. pag. 1. vol. 2 stat. c. 69 vol. 1.

Stat. eo. n. 55.

dicendum erit, & hoc attento quòd paratus est soluere illã pensionem, quæ taxata fuerit per duos vicinos contratæ dicti sediminis, quos ex nunc eligi petit per præfatum Dominum Iudicem, ad effectum vt possit exinde facere debitum depositum ipsius pensionis, deinde sequere clausulas generales.

Perfecto processu, & fundata intentione Actoris, Iudex concedit præceptum intrandi tenutam dictorum bonorũ cum narratiua facti, & expellendi inquilinum, cuius formulam non subiicio, cum ex aliis præcedentibus colligi possit.

Obiter nota, si domus esset quæ per solaria commodè nec diuidi, nec locari posset, vel fundus habens annexam dignitatem satius esset prosequi iudicium adiudicationis per actionem communi diuidendo.

Guido Pap. sing. 639. ex tribus, inquit, commune molendinum habentibus, tertius tenetur stare locationi factæ per duos.

Adest ordo Senat. 1576. vlt. Iunij ibi hoc proposito. Supereffet etiam tractare aliqua, quando ascendens deteriorauit conditionem vnius ex descendentibus meliorando conditionem alterius, quia competit ius petendi supplementum in bonis paternis, & si non adsint, in bonis alterius meliorati.

Cap. 305. Actione familiæ herciscundæ, siue communi diuidendo, modo non negetur filius, & cohæres licet vnus (nempe conuentus) totum possideat. nec enim hoc casu necesse esset agere petitorio, ita Paulus de Castro. l. si probatũ. C. comm. diuidendo.

Dixit Meliorati. Ergo si melioratus non sit statutũ locũ non habet, verbi gratia reliquit pater vni ex solijs ad pias causas. l. si sponsus sponsæ. ff. de donat. int. vi. Et esset etiã tractandum de eo, qui contraxit cũ filiofamilias in casibus *cap. 416.* permissis viuente cum patre, quando pater recusaret soluere creditori, quia poterit compelli dictum debitum soluere, aut ipsi filio suo obligato partem legitimæ omnium bonorum suorum assignare, ex qua, & super qua creditor solutionem suam consequatur vsque ad concurrentem quantitatẽ, & si hoc non fecerit pater ipsius filii obligauit possit creditor bona ipsius patris vtsupra saxire, & se

que.

queſtrare,& conteſtari,robare,& poſſeſsionẽ intrare,ac ſimet pater per ſe obligatus foret. Iure cõmuni filius familias maior prẽterquam in mutuo,obligatur ſine conſenſu patris de peculio,cũ conſenſu inſolidum.l. & ita de facto. §. ſi filiusfamilias. ff.nau.caup.at iure ſtatutario niſi in caſibus expreſsis ſtat.415. Si quis tamen mutuum daret filiosfamilias, vt ſe alter pater de in rem verſo teneretur, omni iure. l.3.ff de in rem verſo.

Idem in caſu ſtatuti de pœna mulieris nubentis cũ hẽreditate extra iuriſdictionem.

Non ſuppoſito (& ſuppoſitus non intelligitur qui antequam ei mulier nuberet habitauerit cum maiori parte familię iuriſdictione per decennium ex ſtat. c.311.

Communit Mediolani, cuius diſpoſitione hæreditas, peruenisſet in Agnatos proximiores, & de multis aliis remediis ſtatutariis,ſed pro nunc omittenda duxi, ne in immenſum creſcat labor,& opus. cap. 316

Qualiter procedatur coram diuerſis iuſdicentibus. *Cap. VIII.*

COram executoribus Regię Camerę,vel vtroque Magiſtratu, cum agitur de ſolutione functionum Fiſcalium ideſt onerum, vel debitorum; incipitur à dilatione, intra quam præcipitur debitori, vt ſoluat comminata pęna executionis realis, & perſonalis: Tunc debitor ſolet confugere ad Illuſt. Quæſtores cum precibus, quibus ſuas exceptiones proponit, vel petit moratorias, & ſi executores inſtante Fiſco procedunt, eis præſentatur expeditio Magiſtralis etiam Fiſco non citato. Cum autem agitur coram executoribus inter priuatos in caſibus præmiſsis, vel quando partes prorogarunt eorũ iuriſdictionem, tunc creditor citat debitorem ad videndum fieri requiſitionem effectus quòd concedatur opportuna exequutiuo realis & perſonalis contra ipſum citandum, & eius bona pro ſumma ſcutorum cẽtum, de quibus eſt de-

bitor ex causa mutui gratuiti, apparente publico instrumento superinde confecto, rogato per talem Notarium tali tempore cum pacto in forma Cameræ conualidato, & pro expensis &c. & ad videndum produci dictum instrumentum, & alia eius iura, & per ipsos Magnificos Dominos Executores concedi ipsam executionem: Et in termino dictæ citationis actor comparet, & facit eius requisitionem, & petit sibi concedi executionem realem, & personalem, & facit productionem eius iurium, cum clausulis salutaribus; & si reus non comparuerit, lapso biduo vtili, accusatur contumatia sub hora tamen actus, & sine vlla citatione conceditur præceptum executiuum constituto tamen de credito, quod potest concedi, & sub hora citationis, & ex post intra tamen mensem. Si autem comparuerit, & negauerit debitum, tunc si habes instrumentum publicum pro fundamento tuæ intentionis, facis statui terminum puta sex dierum ad probandum (& tunc si vltima dies termini caderet in diem feriatam sequens dies iuridica computatur in termino) quicquid velit in contrarium, quo elapso, & nil in contrarium docto, & ostenso, quod releuet allegantem, citato debitore conceditur executio realis, & personalis, si est conualidatum pactum à Senatu. Aliquando vidi concedi tale præceptum sine citatione lapso termino statuto, & nil in contrarium allegato præuia contumatia, sed id mihi non placet. Si autem tu non haberes fundatam tuam intentionem per iura publica, teneris etiam debitore tuo non contradicente fundare tuam intentionem in termino statuendo citata parte, qui erit communis vtrique parti.

Formula termini.

D. Executor Reg. Duc. Cam. Mediolani, sic instante Iulio Cæs Glussiano cum reseruatione &c. omnibus modo &c. statuere, & assignauere &c. Antonio de Antoniis &c. terminum dierum proxime futurorum ad deducend. probandum, &c. quicquid vult & intendit quare contra eum, & eius bo-

na concedi non debeat omnis opportuna executio realis, & personalis pro summa lib. de qua in actis. in causa verten. inter dictas partes coram vt supra aliter, &c. Insuper commisere

seruit. &c. quatenus vadat ad intimandum, & dictum terminum statuendum, &c. Datum Mediolani, &c. Signatur à Iudice.

Et si reus feciſſet productionem iurium in genere, citabis ad ſpecificandum in forma, idem faciet reus, quando actor feciſſet productionem eius iurium in genere. Intimato termino ad probandum, reus ſi vide poſſe probare contra Actorem, poterit curare vt Iudex proroget terminum, quia melius ſibi conſulit. quam petendo nouam dilationem, nam prorogatio termini ſi ad mille annos facta eſſet, non inducit pluralitatem dilationem, ſed tantùm eſt vnica dilatio. Factis autem incumbentijs etiam per viam allegationem iuris, emergentibus articulis iuris, & petitio conſilio ſapientis, debent D. Executores aſſumere conſilium ſapientis ideſt, conſultoris iuriſperiti de Collegio Dominorum I. P. Mediolani partibus noti, & non ſuſpecti, & illud ſequi tenentur in cauſis priuatorum, & ſic dantur diffidentes, & ei datis ipſi Domini Executores conſulunt I. P. notum, & non ſuſpectum, & habito conſilio expediunt cauſam parte citata ad videndum eam expediri. Conceſſa autem executione, poterit appellari, & obtineri inhibitio, ne exequatur, eſto quòd obligatio eſſet in forma Camerę, nam Senatus Excellentiſſimus aliàs declarauit, quòd à pacto in forma Cameræ poterat appellari vt ex litteris diei 23. Ianuarij 1572. directiuis Domino Cuticæ tenoris ſequentis. Ad nos cõfugit Io. Iacobus Monicatus, cum alligata ſupplicatione, & cum natura pactorum in forma Cameræ tendat tantum ad conualidandum contractum, non autem aliquid addat, vobis mandamus, vt dicta exceptione pacti in forma Camerę appoſiti, non attenta, vbi aliud iuridicum non obſtet, iuſtitiam faciatis, & in ſecunda parte demonſtrabitur quomodo ſit proſequenda appellatio coram dictis executoribus interpoſita. Sciendum erit etiam, quòd vigore dicti pacti in forma Cameræ, quo quis ſe ſuppo-

nit

nit iurisdictioni dictorũ Dominorum Executorum etiam si renuntiauerit priuilegio sui fori, quòd nihilominus nõ cogetur alias suppositus iurisdictioni alterę puta Nouariæ, Papię, aut Alexandriæ subire eorum forum, nisi prima citatione appareat personaliter ipsum citatum fuisse in Ciuitate Mediolani,& ita etiam pluries declarauit Senatus Excellentissimus, prout ex infrascriptis litteris die 4. Augusti 1573. tenoris sequentis. Exequutoribus Camerę. Ne indebitis impensis afficiatur Gabriel Columbasius cuius sunt inclusæ prędes mandamus vobis cum pacta executiua nil addant, sed ea tantum, quæ acta sunt conualident, vt vbi alias iurisdictio ad vos non spectet quam ex dictio pacta in forma Camerę, eiusque approbatione, quod pactum eam recipit interpretationem, vbi debitor in hac ciuitate reperiatur, causam, & partes ad suos Iudices competentes remittatis. Similes etiam litteræ concessæ fuerunt fratribus de Farris, die 26. Septembris 1571. nec non Baptistę Ochetto, & Consortibus de Romantino sub die 24. Iulij 1574. Hinc Maran. par. 4. cap. vr iuditiũ Mercatorum num. 115. & 117. dicit quòd quando quis promisit soluere, quòd debet, Romæ, & vbique locorum, quòd regulariter intelligitur, quòd possit ibi conueniri, si ibi personaliter reperiatur, quòd limitat in vno casu dicto num. 115 Prædictis adde, quòd dicti Domini Executores non possunt quo ad priuatos, & ex causa priuata concedere exequutionem personalem, & forte etiam nec realem, nisi illud pactum fuerit à Senatu confirmatum, quod confirmari solet in forma, si intra tempus Cancellariæ petatur approbatio, quod tempus antiquitus erat mensis, nunc autem est triennij, vnde non incautè Notarii consueuerunt instrumentis continentibus huiusmodi pacta, vel alias indigentibus approbatione, solent ponere clausulam supplicandi pro conualidatione non obstante lapsu temporis, quia prorogatio iudicis de causa ad causam non videtur per partes finiri posse, à vnde Mar. par. 4. dist. 12. prin. ait quòd iuditium prorogatum est illud, quod ventillatur inter partes coram Iudice non suo principaliter tamen adito de consensu partium, vbi in definitione termini prorogationis dicit num. 3. quòd iste terminus pro-

Et sic ĕt iudicauit Mag. Philippus Archinus cẽ paret meus obseruantissimus.

roga-

rogationis refertur quandocunque ad iurisdictionem, & quòd ista progatio iurisdictionis fit quatuor modis videlicet: primò, quandoque de persona ad personam. secundò, quandoque de re ad rem. tertiò, quandoque de tempore ad tempus. quartò, quandòque de loco ad locum ponendo exemplum de prima prorogatione, vt quãdo Iudex habet limitatam iurisdictionem in vna Ciuitate, vel territorio, nam si alij de aliena iurisdictione, volunt consentire, quòd causa eorum iudicetur per illum Iudicem cui non sunt subditi potest facere, & sic illa iurisdictio quæ erat limitata inter illas personas illius territorii tantum, modo per consensum partium extendatur ad alias personas sibi non subditas. Exemplum de secunda prorogatione, puta si vnus Iudex habet limitatam iurisdictionem, vt non possit cognoscere nisi de causis à centum aureis infra, possunt facere partes habentes causam maiores summæ, & ille Iudex cognoscat de tali causa, & sic extenditur iurisdictio de summa minori ad maiorem. reliqua non transcribo, quia non faciunt ad casum hunc. benè verum est, & audio etiam per alios Doctores de Collegio Magnif. I. P. Mediolani iudicatum fuisse in contrarium videlicet, Dominos exequutores Camerę, ex tali prorogatione partium non habere iurisdictionem de causa ad causam nisi illud pactum à Principe fuerit approbatum. Sed quando debitor iurauit non contrauenire, nec aliquid in contrarium opponere, sed allegare, an prius debeat obtinere relaxationem a iuramento quàm agat, seu se defendat, hic non refero, ego tamen sentirem vt prius obtineret habilitationem ab ipso iuramento, ne illi opponi posset exceptio periurii quę agentem, vel se defendentem potissima est ad repellẽdum, & ista habilitatio est semper imprimis, & ante omnia obtinenda priusquam agas, secus concessa, seu impetrata non valeret.

Aliquando etiam inter priuatos ipsos ex causa tamen onerum ad instantiam eorum, qui conduxerunt vectigalia vel Deputati sunt ad ea exigenda, quòd etiam procedit in exactionibus onerum Communitatum conceduntur prę-cepta generalia aliquando per ipsos Dominos Executores, interdum per Dominum Iudicem Datiorum, modo

Iudi-

Iudicem Vini minuti,& aliquando per Illustrē Magistratum ordinnarium,& tunc incipitur à dilatione, quæ dicitur auersetur quod intimatur debitoribus,vt termino triū seu quatuor dierum soluant summam in calce auersetur expressam ex causa , quæ similiter exprimitur aliter quòd concederetur executio; & si ille impetrans tale auersetur est forensis,elegit habitaculum in dicto auersetur.Intimato tali auersetur , debitor solet citari facere creditorem domi suæ, vel electi per eum habitaculi in auersetur ad videndū tolli dictum auersetur ; &in termino dictæ citationis fit contradictio, & tunc seruatur,quod supra dictum est;si verò non fuerit contradictū tūc executioni mittitur dictum prçceptum generale, & per nouas constitutiones lib.1. de officio,& iurisdictione,diuersorum Iudicum cautū est per hęc verba omnes iusdicentes huius Dominij, sciāt ei⁹ permissum non esse præcepta generalia contra debitores concedere, nec aliquas executiones reales, vel personales, nec famulos in possessionē mittere,nisi casibus à iure,& ex cōstit.permissis. Et tunc in eis eorum debitorū nomina,& cognomina expressè apponenda sunt . Et in omnibus casibus necesse est,q̄ prius de verbo debito legitimè,& parte citata constet, sub pęna Iudici aureorū 25. pro qualibet iure, & grauiori,arbitrio Principis, vel Senatus, & patti; quę eis prçceptis, vel executoribus vtatur, aureorū 10. pro tertia Communitatibus Ciuitatū,& locorū pro tertia accusatori & reliqua Fisco applicanda,& lib.2. tit.de execationibus & famulis iusdicentium cap. Iudices in fine disponitur, q̄ non possint cōcedere missionem famulorum in possessionē nisi ex causa datiaria, vel publica,verùm hæc missio in possessionē non consueuit concedi,nisi ex vrgētissima causa,& plerumq; vel Illust. Locumtenente,vel Illust. Magistratu mandātibus, & hic ad propositum posset tractari de possessione trædiali,quæ datur cōtra minores, nuntecaptos furiosos,vel bona vacantia,vel contra eos,quibus non datur bannum, sed quia non est in vsu, licet sit optimum remedium, & necessarium quando tutores, vel aguati citati ad fotmam nouarum constitutionum nolunt comparere , vel defendere minorem,& antiquitus seruabatur,omittere duxi.

For-

Formula præcepti generalis.

D Iudex Douanæ Mediolani die,&c. fic inſtante

cum reſeruat. &c. commiſit ſeruit. &c. quatenus ex eius parte,& præcepto,& ad inſtan. ſupraſcriptã vadat ad oẽs partes,&c. quolibet die,&c. iuxta formã capitulorum Reg. Cam. vna cum famulis duobus, & pluribus,&c. ac Antiano, ſeu Conſule ad robandum, & per vim auferendum,& exportandum,&c. de bonis,& rebus infraſcriptorũ inferius nominatorũ debit. præf. ſociorum ex cauſa dicti datii,& qualibat alia iuxta cauſa, &c. Item ad accipiendũ omnes, & quoſcunq; debitores infra nominatos quolibet die,& in quolibet loco ex cauſa datiaria tantũ,& eos conſignan. &c. & in carceribus conducen. &c. Itẽ ad robandum,& capiendum debitores debitorũ præfatorũ ſociorum. Item, ad facien. quaſcunq; repoſitiones pro cautione ipſorum Datiariorũ, & ne bona in ſiniſtrũ tranſeant. Item ad frang. &c. Itẽ ad facien. quaſcunq; inuentiones, & repoſitiones quarumcunq; beſtiarum, vel carnium, quę infragranti crimine reperientur, vel quæ de nocte conducerentur,& ea omnia conſigan. ad officium præfati D. Iudicis iuxta ordines mandan. &c. Ita tamen quòd reſpectu dictarum executionem fiendarum dictis debitoribus, vel perſonalem prius moueantur ipſi debitores in ſcriptis, vel oretenus ante executionem per diem ante vbi moniti non ſint,& de tali monitione relatio fit in actis. Reſpectu verò repoſitionum fiendarum, vel inuentionum fien. vt ſup. illa omnia fieri poſſint abſq; monitione, valiturum per Annum præſentem ſal. &c. qui ſeruitor dimittat. cop. quoties fuerit requiſit. &c.

Quorum

Quorum debit. nomina sunt ista, videlicet.

Coram Capitaneo Iustitiæ, & eius Vicario, nec non coram Illustribus Senatoribus proceditur instar causarum summariarum scilicet per viam petitionis, & dilationum de quibus supra dictum fuit, & quando vel Capitaneo, seu eius Vicarius, vel aliquis ex Illust. Senatoribus iudicauit appellatur ad Senatum Excellentissimum, quando tamen potest appellari, sed si Senator iudicaret vti edoctus de mente Senatus, tunc non potest appellari, sed petenda esset reuisio seruata forma nouarum constitutionum. Vtrũ autem illi Iudices, coram quibus solet procedi summariè, &c. & solet procedi per viam dilationum possint concedere quandocunque dilationes ad probandum lapsis etiam temporibus limitatis in procedendo in causis ciuilibus ordinarijs, vel summarijs, & vtrum possint dare dilationes excedentes terminos limitatos in procedendo in causis ordinariis, vel summariis, de iure relinquo hoc os rodendum doctoribus, in practica verò videmus eos esse solitos concedere. Quo verò ad Iudices inferiores ordinarios, puto, quòd non, esto quòd sit summariè procedendum, neq; possint concedere dilationes excedentes terminos limitatos in procedendo, sed benè possint eos abbreuiare, quod innuunt, & statuta, & nouæ constitutiones, de quibus supra dixi.

In causis breuib. quæ iter proce-ditur.

In causis verò breuissimis videlicet à summa lib. decem inclusiuè infra quilibet potest conueniri coram quolibet iusdicente, sed frequentius coram Magnifico Domino Vicario Prouisionum. & sic proceditur, quòd oretenus de mandato ipsius Domini Vicarii, per vnum nuntium vulgo bianco rosso, citatur debitor ad instantiam alterius vt sistat certa hora coram ipso Magnifico Vicario, & si reus non comparet in termino, tunc præuia relatione citationis, accusatur contumatia contra debitorem, & sequenti die conceditur præceptum cum famulo, nam eo die quo accusatur contumatia non conceditur sic disponẽte statuto quod exinde explicatur. Si coram alijs iusdicentibus

idem,

idem, sed citatio illa fit in scriptis. Si autem reus comparuerit, tunc ambo causam suam proponunt coram iudicente, & si in negatiua alterutrinque persistatur, tunc negotium dirimitur per viam iuramenti, quod quidem iuramentum debet deferri legaliori ipsorum ligantium arbitrio Iudicis, nisi aliter ex litigatoribus obtulerit se contrarium probaturum eius, quod altera pars dixit, vel respondit, & tunc quod Iudex statuerit, in actis redigitur. Accusata contumatia, vel concesso dicto præcepto cum famulo altera pars etiam post exequutum dictum præcepum, poterit citata parte cõparere, & facto prius deposito expensarum contumatialium, ponere eius exceptione, & tunc purgata contumatia, Iudex decernit quæ iuris ex duxerit, sed plerumque huiusmodi prætensiones deciduntur vt vulgo dicimus, da star in piede, ideſt sine scriptura, & adhunc locum duxi referre dispositionem aliquorum statutorum disponentium de contumacibus, & bannis. Et primo per statut. cap. 7. vol. 1. cauetur, quòd si quis in scriptis citatur fuerit pro diuersis causis, & in actis de omnibus eodem contextu non fuerit facta expressio, quòd non reputetur citatus contumax respectu dictarum causarum seu causæ quæ tunc in scriptis, & actis expressè non fuissent à citari faciente, &c. decimò q; si quis bãnitus, vel contumax fuerit de ipso banno non cancelletur, nec audiatur contra eum, ad cuius instantiam fuerit bannitus, vel in contumatiam constitutus etiam si dicat se paratum soluere debitũ, nisi prius restituerit actori omnes expensas citationis, & aliàs sequentes pro relatione banni, vel contumatiæ, & vsque ad suam comparationem inclusiuè, & purgata dicta contumatia, vel banno poterit audiri, & se facere cancellari de dicto banno, vel contumatia, in quo banno, vel contumatia citari faciens pariter constituitur ad petitionem citati, Actore non comparente in termino, & maior est cõtumatia actoris, quam Rei, & citatio ipsa habeatur pro circumducta, & non audiatur Actor nisi prius per eum solutis expensis modo, & forma suprascriptis de expensis citati. Item quòd bannum & contumatia data diuersis personis pro vno debito, vel causa ciuili simultanea, vel Consulibus, Sindicis, Procuratoribus, vel singularibus personis

De contumatia, & banno.

ali-

alicuius vniuersitatis simultaneę, vel alicui communi, aut vniuersitati, vel pluribus communibus, vel vniuersitatibus ex eadem causa ciuili, reputetur pro vno banno, vel contumatia quotquot sint banniti, vel contumaces numero, qui banniti vel contumaces non audian ur nisi prius solutis expensis contumatiæ vt proximè dictum est, & per statu ū capitulo decimo tertio, cauetur, quòd præteritis octo diebus post terminum comparendi assignatum non possit dari bannum, nec possessio, quę datur loco banni, occasione illius citationis siue termini, infra illos autem octo dies possit dari bannum, siue possessio cōtumaci ad petitionem eius, qui comparuerit in termino, & per c. 15. dicitur, quòd ita possit dari bannum, siue contumatia sicut supra, & si quis Iudice pro Tribunali adhuc sedente comparuit in termino, & reperiatur ipsum esse ea hora in aliquo banno, seu contumatia cridarum, vel scriptum fore, audiatur ipsa crida, vel scriptura non obstante: ipso tamen comparente soluente denarios octo Imperialium parti, & quòd nullus in banno, seu contumatia esse censeatur prętextu citationis vel præcepti, neque possessio tædialis prætextu citationis censeatur esse data contra hęredem, nec minorem, nec aliam personam, nec vniuersitatem, quibus non datur bānum, nisi relatio seruitoris reperiatur prius esse in actis Iudicis, nec aliter valeant bannum, contumatia, vel possessio tædialis, & quòd bannum ciuile, & bannum fideiussorium, & bannum fugæ, siue suspectę personæ possint cassari si placuerit actori, vel suis hæredibus, & quòd in causa ciuili non possit in aliquo banno addi verba, de quo banno eximatur, vel aliud æquipollens, nisi sit bannum, q datur propter Iudicis præceptum continens aliud, quàm quòd simpliciter compareat coram Iusdicente non seruatum, & per cap. 17. quòd nullus qui habebit debitorem suum in banno, in quo fuerit præteritus donec in eo fuerit, faciet pro eo debito aliud bannum cridari per requisitionem, vel terminum collocatum, &c. & cap. 165. volum. primo cauetur quòd vigore solius cōtumatię datę contra citatum non comparente, non concedatur præceptum robandi, contestandi, vel in depositum ponendi, vltra valorem librarum decem Imperialium, & si robatio semel fa-

cta fuerit, non concedatur amplius pręceptum robandi, & vtſupra, nec etiam vigore pręcepti conceſſi poſſit fieri alia executio niſi elapſis octo diebus, ita tamen quod illa die qua data fuerit cõtumatia, exequutio ipſa non concedatur neque fiat ſed comparente contumace vtſupra, & ſoluente expenſas reuocetur pręceptum, & cancelletur contumatia. *In* poſſeſſionibus verò tędialibus, quę dantur contra minores, mentecaptos, furioſos, vel bona vacantia, vel contra eos, quibus non datur bannum, ex cap. 14. eautum eſt, quòd ſeruentur diſpoſita in ſtatuto cap. 10. in quo etiam ad ſunt verba ſequentia, & diſpoſita in pręſenti ſtatuto non habeant locum vbi agatur per viam libelli, petitionis, ſeu ſupplicationis ſummarie, vel voluntarie, & hactenus de contumatiis.

Supereſſet etiam hic agere quomodo coram Dominis Abbatibus Dominorum Mercatorum Mediolani, & etiam cęteris paraticis, nec non coram Senatu Excellentiſſimo, & aliis diuerſis Iuſdicentibus, vtroque Magiſtratu procedendum eſſet, ſed pro nunc omitto, & forte alibi dicam.

De intimatione ſententiæ.

Notandum, quod pars cui intimatur ſententiam debet eſſe diligens in appellando, & curare debet (actor ſcilicet quiue habuit pro ſententiam) vt pars notitiam habeat appellationis. Quòd ſi pars procederet ad executionem ſententię, & fortaſſe apprehendere bona excuſaretur ab expenſis, licet poſtea pręceptum apprehendendi deberet reuocari, vti attatatum ſicut audio iudicatum anno 1573. 22. Iun. coram dd. conſulibus.

LAta Sententia debet intimari per actum publicum parti principali, & ad cautelam eius procuratori, ſi per procuratorem litigatũ fuiſſet, vel procuratori effecto Domino litis, perſonaliter, vel ad domum eius habitatio nis, ad effectum vt illi curtat terminus, ſiue tempus quatri dui appellandi, vel petendi r..ionę, vel dicendi de nulli tate, quod quidẽ tempus de iur: alias erat decem dierum

Conſt. lib. 2. de appel. Hennig. Go den rub. 31 Papien. in actio. reali num. 12. &

seq. & in for. appell. Bal. sua pract. 9. cã appl nu 2. Oria n 99. de interloc. & appell. Plo. in l si quando. C. vndè vin. 526.

& quod quidem tempus non currit nisi à die intimationis sententiæ in scriptis; de iure tamen incipit currere a die latæ sententiæ, si præsens fueri, eius prolationi, secus à die eius scientiæ secus si per mille annos retardereiur intimatio sententiæ, non curreret illud quatriduum ad appelandum, vel dicendum de nullitate, aut petendum reuisionem & in ea intimatione solet, imò debet inseri tenor de verbo ad verbum talis sententiæ, vel arbitramentorum, ad hoc vt possit scire substantiam, & omnes eius qualitates, quo possit deliberare an expediat appellare, nec ne, & vt inducatur certa scientia: sunt tamen aliqui. qui non intimant sententiam de verbo ad verbum, sed citant partem, vt compareat coram Iudice, ad videndum concedi executionem sententiæ, quia vel executionem, vel missionẽ in possessionem vel prout in facto, & ad videndum produci, & in actis dimitti ipsam sententiam, & in termino faciunt fieri formationem talis denuntiæ, & producunt talem sententiam in specie, ad inducendam scientiam ipsius sententiæ, quæ videtur sufficere ex forma statutotum cap. 135. vol. 1. Vide etiam Lancell. de attentatis p. 2. cap. 12. limit. 50. num. 158. Hæc cautela non passim vsu recipitur, quia est captiosa, & aliquando in actis non dimittitur intra illud quatriduum, vel si dimittitur non potest haberi illius exemplum debito tempore, vt possit corã Iudice, à quo appellare, & eius copia debet, etiam tradi expensis partis, & quicquid sit de iure ciuili ex dispositione nouarum constitutionum requiritur intimatio sententiæ, & sic dicere possumus ipsam intimationem esse de forma, quæ seruari debet, & ista intimatio putarem, quòd deberet fieri de mandato illius Iudicis, qui tulit sententiam, si est in prima instantia, & ordinarius vel delegatus à Principe, ad effectum vt coram eo possit interponi appellatio, si verò per Iudicem appellationis, coram eodem ad effectum, vt supra tamen contrarium passim seruatur in Mediolano, quia video huiusmodi intimationes fieri per quoscunque Iusdicentes, nam si iudicatum sit per Magnificum Prætorem, vel eius Vicarium intimatio eius sententiæ intimabitur de mandato Dominorum Consulum Iustitiæ, vel alterius ex iusdicentibus ad signum Equi, vel Gal-

Galli,& sic de alijs,& in omnẽ casum talis intimatio debet fieri de mandato alicuius Iusdicentis iurisdicentis iurisdictionem ordinariam habentis, & intimatio sine fiat de mandato qui iudicauit, siue de mandato alterius, appellatio tamen erit interponenda coram illo Iudice,qui eam tulit, vt sequenti libro dicam. & sic concipi poterit talis intimatio.

Formula intimationis sententiæ, siue arbitramentorum.

1580. die mensis talis Iudex.sic instãte A. semper cum reseruatione,&c. commisit N. seruitori &c. quatenus ex eius parte,& mandato, & ad instantiam, suprascriptam vadat ad omnes partes necessarias ad denuntiandum intimandum, & notificandum tenorem sententiæ latæ per N. Iudicem, de quo infra de verbo ad verbum, B. personaliter, vel &c. ad effectum, ne dictus B. de prædicta sententia aliquam prætendere possit ignorantiã, nec se sub prætextu, vel velamine alicuius ignorantiæ excusare valeat,sed constituatur in omni mora, & negligentia, ad omnem alium bonum finem, & effectum, &c. Mandans intimando, &c. & prædicta fiant cùm dimissione copię, &c. Cuius quidem sententiæ tenor sequitur videlicet ponatur tenor, & talis intimatio debet subscribi, & à Iudice, & ab Actuario secus non diceretur intimatio in forma fidem faciente, & credo quòd posset impugnari.

De instantia causa principalis. Cap. IX.

NEruus iuditij est instantia,nam ea perempta,ferri nõ potest sentẽtia pro Actore. Ex ordine Senatus non dantur litteræ vt prius cognoscatur super lapsu instãtię,nisi facto deposito: potest tamen qualibet prosequi hanc exceptionem absque literis Senatus & onere depositi parte

citata ad eligendum calculatorem petendo absolutionem ab obseruatione iudicij, cuius formula sequitur.

Christi nomine inuocato.

Absoluimus, & liberamus. N. ab obseruatione iudicii præsentis attento lapsu instantiæ, & Titium condemnamus in omnibus expensis, præsentibus pro testibus N.N.N. omnibus notis & idoneis, &c.

Lata; facta, pronuntiata ac promulgata fuit suprascripta sententia seu absolutio, & condemnatio in modum suprascriptum per prędictum D. Prętorem pro trib. seden. super solito eius banco iuris, sito super palatio, dicti communis in Burgo Canobii vbi more solito iura, reddntur, ac lecta vulgarizata fuit per me Iulium Cęsarem Glussianum Notarium infrà scriptum ac Notarium & Cancellarium prefati D. Prętoris de ius mandato anno Domini 1600. Indictione 13. die martis, sexto mensis Iunii, prędentibus suprascriptis testibus proximè

prędente

Antonio de Antoniis suo, & nomine quo supra acceptante prędictam sententiam seu condemnationem, & absolutionem sic vtsupra latam per præfatum D. Prętorem in partibus fauorabilibus, & in prędiudicialibus dissentiente, quinimmo se suo. & dicto nomine appellante, & aggrauan. à dicta sententia, seu condemnatione, & absolutione in illis partibus vt supra, & à prędato D. Prętore ad potentiss. Hispan. Regem, Mediolani, Senatum, & Comitem Renatum Borromeum Canobii, & pertinentiarum dominum, & ad eius Iudices super appellationibus deputatos, seu deputandos, &c. & ad quoscunque alios iudices ad quos melius præsens appellatio deuoluitur, seu deuolui potest de iure, tam quam contra Deum, ius, & iustitiam ac ęquitatem latam, &c. petens apostolos, & litteras dimissorias sibi tradi aliter protestante de iniustitia, & grauamine contra prędatum D. Prętorem, & de aliis penis iuris, &c. & petente prædicta recipi, & admittidebere, &c. aliter, &c.

Præ-

Prefente Meuſo procuratore, & procuratorio nomine ſupraſcripte N. per inſtrumentum procure rogatum à publico Notario, & de quo offert fidem facere, acceptante prædicta, & in partibus, &c. & gratias agente præfato D. Prefatori de iuſtitia bene adminiſtrato, &c. & perſeuerante, &c. ſaluo iure, &c.

Qui prefatus D. Pretor prædictam appellationem admiſit, & admittit ſi & in quantum, &c. preſentibus ſupraſcriptis teſtibus proxime preſat. Ego præfati D. Prætoris Notarius, & Cancellarius in fidem ſubſcripſi, & in actis eſt, &c.

Itaque ſecundum diſpoſitionem Nouarum Conſtitutionum, & ſtatutorum debet cauſa expediri intra tempus inſtantie, ſcilicet, quadraginta dierum vtilium ſub pena etiam icutorum centum Iudici, in quam penam incurriſſe intelligitur eo ipſo, quòd cauſa parte inſtante, & debitas ſportulas ſoluente, vel deponente penes Notarium cauſe, non fuerit in eo termino expedita, exceptione aliqua non obſtante quòd ſi Iudex legitimam ex cauſationem differendi pretendat, eam coram Senatu ante finem inſtantie deducere habet: verùm cum damuo multorum non obſeruatur hec conſtitutio, & hic aliqua ſubnectemus de inſtantia. Itaque inſtantia dicitur illa exercitatio iudicii a lite conteſtata, vſq; ad ſententiam incluſiue, qua durante, vel prorogata tempore debito omnia agitata valent, & res controuerſa alienari vti litigioſa non poteſt, è contra ea perempta, pereunt etiam acta iudicii, tendentia ad litis ordinem, & etiam omnes ſatiſdationes recepte in eo iudicio, puta deſtando, parendo iuri, & indicato ſolnendo. Acta verò cauſæ, puta, probatoria non pereunt. Hinc ſciendū erit quòd acta alia dicuntur acta cauſæ, alia acta iudicii. Acta iudicii dicantur, quæ tendunt ad litis ordinem, puta, libellus, litis cōteſtatio, termini probatorii, ſatisdatio, & alii ſimiles actus. Acta verò cauſæ dicuntur, quæ tendunt ad litis deciſionem, prout ſunt depoſitiones teſtium, inſtrumenta, confeſsiones, & alia ſimilia acta probatoria, & vlterius inſtantia perépta. Reus debet abſolui ab obſeruatione iudicii, cuius abſolutionis formula ſequi-

Conſt. lib. 1. & 2. de ind. ſtat. c. 21. vol. 1. de iure vero & trienñ. Ex Maran. & Aſinio.

Mar pa. 4. pag. 1. vol. 2 ſtat. c. 69 vol. 1.

Stat. eo. n. 55.

tur. vide supra n. & condemnari pars in omnibus expensis. Et instãtia incipit currere in causa principali post terminum deliberandi siue Reus responderit siue non, & sic à die litis contestatæ, vel pro contestata habita statut. cap. 22. & instantia litterarum Ducalium incipit à die legitimæ præsentationis ipsarum litterarum Ducalium coram ordinario Dellegato, vel subdelegato, cap. 191. vol. 2. In causis autem interrogationum incipit currere à die factæ responsionis interrogationum cap. 74. vol. 1. In causis compromissorum necessariorum à die facti, & de iure acceptationis dicti compromissi cap. 120. vol. 1. In causis cridarum à die commissionis confidenti factę, quę debet fieri lapsis sex mensibus, post publicationem cridarum, & temporibus probatorijs, & reprobatorijs intra decem dies vtiles, semper instantia currit, nisi in quibusdam causis, quæ vel non habent instantiam ex dispositione ordinum, vel in suspenso remanent tam in causis vertentibus coram Senatus Excellentissimo, vtroque Magistratu Quæstoribus, Consilio Secretiori, Capitaneo Iustitiæ, & eius Vicario Conseruatoribus Sanitatis, Collateralibus generalibus, Executoribus Camerę, Vicario Prouisionum Mediolani, Referendarijs Ciuitatum occasione Datiaria, Iudicibus Datiorum, Piorum locorum elemosinarum, & pauperum personarum, quando onus spectat ad eos sustinendi instantiam ex Decreto Senatus diei 11. Iunij 1548. & hi dicuntur pauperes, & miserabiles, pro quibus ita attestatum fuerit, mediante iuramento de credulitate per parochum, & duos ex Deputatis Hospitalis Magni illius portæ habitationis talis miserabilis. Neq; causæ Fiscales habent instantiam, neq; compromissorum voluntariorum, quia quod placuit partibus seruandum, est neque Abbatum Notariorum Mediolani. In sequentibus verò casibus instantia non currit videlicet. Quando causa introducta est coram Senatu. Item facto compromisso siue voluntario, siue necessario per partes, vel Iudicem durantibus eius probationibus. Item durante absentia, vel valetudine Consultoris, siue Delegati, siue Compromissarij, siue ex causa Reipublicæ, vel facto Principis per diestriginta tantum. Item pendente commissione articuli, vel

Blancus de cõpromissis p. 9. n. 34. & seq. Cõst lib. 2. & stat. c. 464 vo. 1. quibus casibus non currat instantia.

gra-

grauaminis ab interloquutoria per dies quindecim. Item termino statuto ad probandum per testes extra terminum. Item durante termino ad nominandum Dominum in iudicium statuto ad denuntiandum litem seruatis seruandis. Item durante termino ad probandum quem non esse constitutum in officio publico. Item durante disputatione super forma sacramenti in iudicio delati. Item durantibus ferijs mestium, quę se extendunt ad dies quindecim ante, & totidem post festum Sancti Petri Apostoli, & vindemiarum, quę durant dies quindecim ante, & totidem post festum Sancti Michaelis, demptis tamen tribus illis diebus Mercurij, Iouis, & Veneris, in quibus ius redditur, nisi fuerint feriati in honorem Dei, vel Sanctorum. Item in diebus Vigiliæ Beatæ Mariæ Virginis. Item in diebus festiuis ex iussu Principis (nam si supputatione instantiæ subducuntur præfati casus, & dies ab illis diebus vtilibus, nisi quando dies quęlibet esset vtilis vt causis cridarum, quo casu tamen dies festiui in honorem Dei, vel Sanctorum subducendi sunt. Item tempore Lętaniarum, & Quadragesimæ duo dies pro vna die vtili computandi sunt, nisi fuerint feriati, vtsupra; & quando sit facienda computatio dictum vtilium statuta in volumine secundo declarant videlicet, in causis, vbi de iure, vel ex forma statutorum, vel decretorum, vel ordinum Mediolani, vel etiam ex forma compromissorum, procedi potest quolibet die feriato, & non feriato, seu ferijs non obstantibus, seu non attentis, dies vnaquaque sit vtilis, & singula dies pro vtili numeretur, exceptis diebus in honorem Dei, vel Sanctorum, qui non commemorantur in diebus vtilibus, & aliis causis, vbi semel in die tantum ius redditur duo dies, qui non sint feriati in honorem Dei, vel Sanctorum vtsupra, pro vna die vtili numerentur.

In aliis verò causis summariis, vbi ex forma statutorum, vel ordinum vtsupra, ius reddi debet in mane tantùm, vbi non protestatur de non causando per partes, vel alteram earum, si ante protestationem de non causando aliqui dies in feriis decursi fuerint, ipsi decursi numerentur pro media die vtili vsque ad diem protestationis de

non causando exclusiue, quę quidem protestatio antiquitus vsu etiam erat, vt infra dicã,& hic obiter animaduertere volui, quòd si libellus diuum vtilium discreparet à statutis vel nouis constitutionibus quòd attendi debent statuta, & nouæ constitutiones tamquam lex publica, & matrix, & non libellus, quod iuuat scire in supputandã instantia, quia statuta potius & nouæ constitutiones erunt attendenda, non libellus ille. Sunt & alii multi casus, in quibus de iure instantia non currit, vt latius videre est apud Maran.& Asin.& hęc instantia de iure communi durat triennium, sed per decreta status Mediolani,& statuta reducta fuit, & variata secundum subiectam materiam causarum, & Iudicum; nam causarum vertentium coram Abbatibus Mercatorum Mediolani, est tantum dierum viginti vtilium, libelli prędentorii quindecim vtilium cridarum triginta vtilium (sed vna quęlibet dies, nisi feriata vtsupra, habetur pro vna die vtili (commissionum, quę sunt de voluntate partium in mediatores super contractibus trium mensium continuorum. cęterarum verò causarum, & coram aliis Iudicibus, siue ordinariorum,siue delegatorum,vel de sui natura summariarum,vel ex forma statutorum,vel rescriptorum Principis,& compromissorum necessariorum,sine termino factorum est dierum quadraginta vtilium.

Deprorogatione instãtiæ.

At quia causę in dicto termino quadraginta dierum vtilium expediri non poterant, vel ob maximas iuris difficultates, vel etiam partium in curia, aut impossibilitate, aliisque diuersis causis, vt consultum esset indemnitati litigantium, placuit Principi indulgere beneficium prorogationis dictę instantię statutarię; & eam concedere partibus, etiam in hoc dispositione iuris communis obstante. Quare ista prorogatio facienda erit ante lapsum instantię per diem, vel saltem per horam, & talis prorogatio incipit curtere finito tempore ipsius instantię, sed requiritur certa forma, nam quando prorogationes procedunt de voluntate partium, non est opus aliquo iuramento ipsarum partium, nec etiã Iudicis subscriptione, & tunc possunt fieri per illud tempus,quod ipsis partibus placuerit, & poterunt etiam fieri per Procuratores

tores constitutos, si principales fuerint absentes, vel valetudinarii, aut mulieres, vel pupilli, vel qui scribere nesciũt aut petere non possunt, & deferuntur ad Cancellariam Senatus Excellentissimi, in manibus Cancellarii ad id deputati termiño quatridui. imò, & octo dierum ex vrbanitate deputati. Si autem pars aduersa recusaret consentire prorogationi, tunc fiunt binæ prorogationes vnius mensis pro qualibet, & vna suspensio mensis, & binę quatuor dierum, si in ciuitate, & duodecim, si extra Ciuitatẽ ad petitionem alterius partis, sed tunc ipsa pars, vel procurator ad causas generalis tenetur se subscribere cum Iudice causæ, tali prorogationi, & iurare formaliter, q̃ non per calumniam, vt res protrahatur, sed ex necessitate causam prorogari postulant, & q̃ prorogatio, seu suspensio, est necessaria pro cognitione, & decisione causæ. Successiuè deferuntur intra biduum ad manus Cancellarij Senatus Excellentissimi, vel Notarii causæ ad id rogati. deinde fit auisetur parti per vnum Hostiarium Senatus, quando ad Cancellariam Senatus deferuntur de dictis prorogationibus, & si extra Ciuitatem, Cancellarius edit intimationẽ, & vt practica habeatur, subiicitur formula.

Forma prorogationis, & suspensionis instantiæ, ad instantiam, vel vnius vel vtriusque partis.

1580. Die mensis

prorogetur (si est suspensio dicitur, suspendatur) terminus, tempus, & instantia causæ petitionis (hic dicatur qualis petitio, & si fuerit causa appellationis dicitur libelli appellatorii, vel reuisionis arbitramentorum) si pars contradixerit addes, & assertarum exceptionum, vel cõtradictionis, prout in facto (& deinde, & omnis, & cuiuslibet causę vertentis inter A. ex vna, & B. ex altera coram N. tali Iudice (si erit commissa ad consulerdum addes, & commissæ ad consulendum Magnifico I.C.D.N. de Collegio I. P. Mediolani (si de consensu partium ponitur tempus, si autem ad instantiam alterius partis dicitur) per

men-

menſem vnum proxime futurum à die hodie, ſeu à fine termini dictæ inſtantiæ in antea (ſi erit de conſenſu partium addes) & hoc de conſenſu partium ſi verò non dices) & hoc attento quòd tam dictus A. quàm dictus N. Iudex iurando affirmant, quòd non per calumniam, & vt res protrahatur, ſed ex neceſſitate cauſam prorogari (ſiue ſuſpendi) poſtulant, & quòd prorogatio (ſiue ſuſpenſio) eſt neceſſaria pro cognitione, & deciſione cauſæ, & in omnibus, & per omnia iuxta formam nouarum conſtitutionũ. Deinde ſubſcribitur, ſi de partium conſenſu dicitur. Ego N. prorogo, vtſupra. Ego B. prorogo vtſupra, ſi verò non accedit vtriuſque partis conſenſus ſic N. Conſultor iurat, vtſupra.

A. ſupplicans iurat vtſupra, ſi erit Procurator, dicet Procurator ſupplicantis.

Ex nouar. conſt. lib. 2 & ex ordinibus.

Sed in dictis binis prorogationibus, & trinis ſuſpenſionibus ſi non fuerit expedita cauſa, tunc petitur à Senatu prorogatio per ſupplicationem, in qua debet exprimi tẽpus cẽptæ litis. Item ſi emanarum eſſet peremptorium ſignatum à Iudice. Item cauſa, ob quam petitur prorogatio, puta, quòd Iudex non ſit clarus, quia non viderit iura partium, & prout in facto, & Iudex, & ſupplicans ſubſcribant ſupplicationem iurando cauſam expreſſam verã eſſe, & iuramentum in aliis prorogationibus expreſſum ſi adderetur, non vitiaret actum, & tunc à die porrectæ ſupplicationis non currit tempus vſque ad earum expeditionem, & præſentationem, quod eſt in Ciuitate termino dierum decem, & extra duodecim, intra quod reſpectiuè Reus debet citari ad videndum preſentari litteras, eisque lapſis inſtantia currit. Hic agendum eſſet de tranſmiſſione inſtantiæ, nam non tranſit in fideicommiſſarium vniuerſalem timore colluſionis: nec in ſingularem ſucceſſorem; in Fiſcum tranſit; videndus Carpanus cap. 221. nu. 17. Agendum quoque eſſet de cauſis quæ habent inſtantiam: maximè appellationum etiam interpoſitarum ab ordinationibus Executorum Cameræ commiſſis Doctorib. de Collegio, etiam licet ſint executiuæ quando requirunt aliquam cauſæ cognitionem Caſtrenſ. l. 1. C. de iureiur. imò quilibet acticulus cognitionem requirens. Affl. dec. 346.

Nota

Nota quòd per ſtatuta diſponitur, quòd ſi contingat prorogari, vel ſuſpendi aliquam cauſam, vel inſtantiã alicuius cauſæ principalis non appoſito aliquo termino in ipſa prorogatione, vel ſuſpenſione, vt etiam appoſito termino, & durante termino talis prorogationis, vel ſuſpenſionis labatur tempus ipſius limitatum ex forma ſtatutorum, aut iuris, ad proſequendum cauſam ipſam, quòd intelligatur tale tempus prorogatum, vel ſuſpenſum, vſque ad tempus ipſius prorogationis, vel ſuſpenſionis, ſeu tantum, quantum durabit ipſa prorogatio, vel ſuſpenſio, & dicto appoſita in prorogationibus, vel ſuſpenſionibus intelligitur incluſiuè, niſi aliter ex tenore appareat, & alibi, q quando eſt data poteſtas prorogandi compromiſſa nõ poſſunt prorogari vltra dies quadraginta vtiles, & appoſtilla ad dictum ſtatutum dicit, quòd prorogatio non debet eſſe maior primo termino, & ſtatut. cap. 115. vol. 1. cauetur, quòd ſi contingerit tempus inſtantiæ, banni, termini, ſiue delationis, vel aliud tempus prorogari, tunc tempus prorogationis, incipiat currere finito termino ipſius inſtãtiæ, banni, termini, vel dilationis, vel alterius tẽporis &c. Cap. 192. volu. 2. & 120. vol. 1.

Hic aliquid dicendum fuit de prorogatione Compromiſſi. Data autem facultate arbitris prorogãdi toties quoties, non tamen vltra duas aut tres vices ad ſummum licebit prorogare. Iaſ. l. fi. C. de ſacroſ. eccl.

Forma ſupplicationis pro obtinenda prorogatione inſtantiæ.

SEreniſſime Rex, & Dux. Fid. M. V. ſeruit. A. eidem exponit, ſicuti à menſe N. proximè præterito citra vertitur cauſa petitionis, & aſſertę contradictionis inter ſupplicantem Actorem ex vna, & B. Reum conuentum ex altera in actione perſonali ex cauſa depoſiti, & licet factæ fuerint debitæ prorogationes ex ordinibus limitatæ, attamen Iudex in illis non potuit expedire cauſam, quia adhuc non eſt clarus de iuribus partium: nã hactenus haud potuit deguſtare merita cauſæ, (ſeu prout in facto) prout iuramento ſuo tam ipſe iudex, quàm ſupplicans affirmatunt,

runt, quòd causa superius expressa est vera, & quòd non per calumniam, & vt res protrahatur, sed ex necessitate causam prorogari postulant, & quòd prorogatio est necessaria pro cognitione, & decisione causæ. Quare cum de præsenti labatur instantia ipsius causæ, ne defectu temporis supplicans sua iura amittat ad M. V. confugere decreuit; supplicando, vt attento præfato iuramento dignetur mandare dicto Iudici, quatenus instantiam proroget per mensem vnum proximè futurum à fine in antea, & decernere quòd interim nullum tempus currat à die hodie, quo præsens supplicatio præsentata est vsque ad eius præsentationem iuxta ordines, quòd speratur &c. Sequitur rescriptum.

Philippus &c.

Dilecte noster attenta fide vestra volumus, vt durante instantia de qua in precibus eam per mensem à fine prorogatis demptis memoratis feriis decernendo à die 22. præsentis mensis. N. nullum tempus labi vsque ad harum præsentationem quatriduo faciendam Mediolani &c.

Successiuè expeditis litteris fit citatio intra aliud quatriduum, quod est in litteris appositum ad videndum præsentari dictas litteras prorogationis, & ipsam prorogationem fieri, & in termino dictæ citationis, Iudex prorogat instantiam hoc modo. post factam præsentationem dictarum litterarum. Qui præfatus Mag N. causæ cõmissarius exequendo dictas litteras) & sequentia inclusa non suot de stilo, sed de iure, viso quòd instantia viger, & seu saltẽ vigebat tempore porrectæ supplicationis) dictam instantiam prorogauit, & prorogat per mensem vnum proximè futurum à fine in antea, & in omnibus, & per omnia, iuxta formam dictarum litterarum, non solet Iudex subscribere, relinquitur tantum locus subscriptionis, deinde additur, præsente A. & acceptante &c.

De restauratione instantiæ.

ET si fortè incuria partium instantia laberetur, tunc poterit instantia causæ principalis dumtaxat restaurari; & hæc restauratio poterit fieri vno de quatuor modis videlicet, vel per modum restitutionis in integrum, quæ competit minoribus, mulieribus, Ecclesiæ, & similibus, aut per repilogationem Actorum de partium consensu, vel per insufflationem vitæ à Principe, qui potest nedum semel, sed bis, & ter, & pluries eam instantiam restaurare. Verum in litteris restaurationum additur clausula refectis prius expensis, quæ de iure, quando autem in supplicatione dicitur supplicantem esse pauperem, additur, in fine litis, vbi pauper sit. Sic nota Senarum non instaurare instantiam in causis appellationis, nisi ex vrgenti causa, & id habita ratione expensarum, quæ tamen reseruantur in fine litis, constito de paupertate. Hinc aduertendum erit, quòd refectio expensarum cessat in certis casibus, puta si stetit per Iudicem, vel ob necessitatem absentiæ, vel ob infirmitatem, vel ob aliam similem iustam causam. Item in illis personis, quibus iura concedunt beneficium restitutionis in integrum.

Vide Marant. par. 1 in princip. nu. 46.

Per restitutionem in integrum instauratur instantia minoribus, vel maioribus ex clausula generali si qua mihi iusta causa &c. Ex capite verò minoris ætatis infra 18. annum ex Statuto Mediolani. cap 452. volumine primo. nam de gestis post ann. 19. non datur restitutio cum sint facta in ætate maiori Afflict. in constitut. regn. de restitution. minor. rubric. 38. parte secunda. numero quarto. Quartò loco fit restauratio per inceptionem causæ de nouo, sed differt à præcedentibus, nam in illis restituitur eadem instantia, quæ erat perempta, & illa acta, quæ erant celebrata legitime remanent in suo robore, & non est necesse de nouo illa reficere, sed senten-

tia

tia potest ferri ex illis primis actis, in isto verò Actor tenetur reficere expensas, & à principio litem, & probationes inchoare, & nota quòd licet acta facta in vno iuditio faciant fidem in alio, tamen fallit quando non sunt publicata, & supplicatio, qua petitur restauratio, sic fieri cõsueuit. Serenissime Rex, exponit M.V. fid. seruit. A. sicuti vertebatur quædam causa coram N. Iudice inter ipsum supplicantem Actorem ex vna, & B. reum conuentum, ex altera, in actione personali ex causa depositi, sed incuria Procuratoris supplicantis (vel prout in facto) lapsa est instantia ipsius causæ principalis, quare ad vlteriora in causa procedi non potest sine beneficio M.V. ad quã propterea confugit; rogando vt illa dignetur mandare dicto Iudici, vt ad vlteriora in dicta causa procedat, & iustitiã faciat, allegato instantiæ lapsu non obstante, quod speratur &c. & litteræ superinde expeditæ præsentantur parte citata in termino citationis hoc modo. 1580. indictione octaua productæ die &c. mensis &c. in &c. per A. semper cum reseruatione iurium suorum &c. petentem dictarum litterarum executionem, & pro earum executione quatenus præfatus Iudex velit ad expeditionem causæ deuenire, & iustitiam facere, & in omnibus, & per omnia, iuxta formam dictarum litterarum, reproducendo ad eũdem effectum processum in causa agitatum in parte, & partibus sibi, & eius iuribus fauorabilibus tantùm, offerens se ex nunc soluere affertas expensas, præuia debita taxatione, & ex nunc deposuit penes me Notarium infrascriptum soldos quinque Imperialium dandos parti aduersę, promittens plus dare, & soluere, si plus taxatum fuerit, aliter protestatus fuit &c. & hęc omnia in termino citationis. pars aduersa nil aliud opponere potest, quod releuat, nisi impedire processum ad vlteriora donec fuerit purificata conditio in litteris apposita, videlicet soluantur expensę prius. sed quia debent prius taxari, & si sit excessus in taxatione, petitur reuisio, Iudex solet ad vlteriora procedere aliquando superinde interloquendo, quòd detur fideiussio de soluendis expensis, & expensæ illorũ actorum, quibus pars aduersa vti voluerit in iuditio non refi-

ciun-

ciuntur, & à die dictę præsentationis incipit currere noua instantia dierum quadraginta vtilium. Vide decretum Senatus, dici 29. Ianuarij 1546. de instantia causarum cridarum.

His addo formulã protestationis de non causando propter ferias hominum factæ per partem, vel partes.

In nomine Domini anno &c. die &c. mensis &c. hora &c. Coram N. pro Tribunali sedente &c. comparuerunt, vel constituti erant in iuditio A. parte vna, & B. parte altera, & de mutuo eorum consensu dixerunt, & protestati fuerunt, & dicunt, & protestantur, quòd intentionis ipsarum partium, vt vtriusque earum fuit, & de præsenti est, quòd durantibus præsentibus ferijs Sancti N. non procedatur, nec processum sit in causa vertente inter dictas partes, & quòd durantibus ipsis feriis nullum tempus, nullaque temporis instantia currat, nec labatur, nec currere, nec labi debeat in causa prædicta vertente vt supra, & quòd ipsæ partes voluit, & intendunt vti beneficio ipsarum feriarum, & statut. super his editorum, & sic in omnibus, & per omnia, etiam interloquendo, & in omnibus modo, iure, via, & forma, quibus melius potuit, & potest, pronuntiauit, & pronunciauit dict is Dominus Iudex sedens vt sup. præsentibus, & vtraque earum. Hęc protestatio potest etiam fieri per denuntiam intimandam alteri parti, vt colligo ex Formulario antiquo.

Illud quidem postremo omnium author cuperet, vt inueniretur aliquis modus, quo breuitati expeditionum causarum, & indemnitati litigantium consuleretur cautelis, & cauillis Procuratorum occurreretur. quod ea ratione assequi posse putaret, si Venerandum Collegium Notariorum, & Causidicorum stabiliret aliquem stylum communem causarum Ciuilium fori Mediolanensis, iuxta genuinam mentem, & obseruantiam statutorum inconcussè obseruandum sicuti video factum in aliquibus aliis Ciuitatibus. in eoque negotio absoluendo onus imponeretur aliquot Causidicis vsu, & scientia prædictis, qui plures, & multi sunt, nec arbitror tales hunc laborem recusaturos ob vtilitatem publicam,

&

& decorem tanti Venerandi Collegii, in quo florent tot Notarii, quorum minimus ego sum, & tot Causidici. Quod etiam placeret Serenissimo Regi, nostro sapientissimo, & opus gratum, & meritorium in conspectu Dei nostri altissimi, ante cuius Tribunal in die illa tremendi iuditii, omnes stabimus recepturi vnusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum, cui sit honor, & gloria.

Transeo nunc ad secundam partem de appellationibus &c.

ACTVARII PRACTICÆ CIVILIS

LIBER SECVNDVS.

Iudicia Domini vera iustificata in semetipsa.

a Nov. Constit. lib. 2. de appell. stat vol. 2. c. 151. fol. 46 at. Plot. in rep. t. 5. q. cap vnde vi. nu 526 Spect tit de appe §. restat videre nu. 1. Lanf. or. de appell. num. 90. Mar par 6 num. 213. 215. Pap. nu 12 in gl app. & Hen nig Goed. rub. 29.

De tempore ad appellandum.

Quo durante nihil est innouandum; quia regulariter pendente quacunque dilatione semper iudicis, officium cõquiescit. l. siue pars. C. de dilat.

Cap. I.

NVnc postremò est agendum de tempore appellandi, & exequendi sententias, quod hoc secundo volumine quoad breuius fieri poterit, complectemur.

Itaque intimata sententia definitiua, siue mixta habente vim definitiuæ volens appellare, & nullam dicere, tenetur ex forma Nouarum Constitutionum intra quatriduum à die eius intimationis appellare, & nullam dicere, de iure verò intra decendium à die scientiæ latæ sententiæ tenebitur appellare, vel nullam dicere. Idem si præsens esset grauatus tempore prolationis sententiæ de iure, quod etiam videtur innuere Statutum Mediolanense, cap. 131. vol. 1. reducens tamen tẽpus decendij ad quatriduum. a

Idem respectiuè ab interloquutoria si appelletur, à qua de iure tamen appellari possit. nam in tribus casibus videtur permissa appellatio ab interloquutoria, nempe quando grauamen non posset reparari per obtentum in definitiua. secundò, si interloquutoria habet vim definitiuæ. Tertiò verò quando sequi non speratur aliqua definitiua, verbi gratia cum Iudex pronunciat se Iudicem incompetentem, nec talem declarationem ille Iudex posset reuocare, & interloquutoria non consueuit intimari, nisi habeat vim definitiuæ. *b* habemus & stat. cap. 150. à quibus interlocutoriis non liceat appellare.

b Sfor. ca. 166. fol. 62. vol. 2. Prædicti ōēs Doct et Paul. Cast. in l. ante sententiæ. ff no. de appell. recip. vel non.

Coram quibus, & quando sit appellandum.

Auditores feudatariorum non cognoscunt de causis appellat. ex ordinatione Senatus 1548. Ian. 11.

c Mar. n. 130. 134. 36. et 137 par. 6. Oria. num. 83. et 116 Pap. vsu. & in gl coram vobis. num. 11. Castr. in l. libel. qui. ff. de appel. recip. nu. 2 Orian. nn. 96. & 174 Guid Pap. decis. 436. num. 64. Spec. pro doct. §. iā ds effectu. ver sed ad quos app. & titul. de appell. ver. cæterum

CVm ergo fueris in casu appellandi, siue ab interloquutoria, siue à definitiua. id faciendum erit coram eo Iudice, qui tulit sententiam hoc modo. quòd si ille Iudex fuerit Delegatus, appellandum erit coram eo in quocunque loco inuentus fuerit, vel in loco vbi iudicauit, vel in domo eius solitę habitationis, vel vbicunque fuerit inuentus, si verò fuerit ordinarius, poterit appellari ad eius Tribunal iuris ipso tamen sedente, aut ad Cameram eius audientiæ, & vbi periculum esset in mora, vbicunque inuentus fuerit. *c*

Si verò ipsorum Iudicum respectiuè præsentia haberi non posset aliquo respectu humano, puta propter metum, vel absentiam, siue interim mortem, vel locum, quia non sit tutus accessus; sufficit adire superiorem Iudicem, ad quem deuoluitur de iure appellatio, & infra tempus limitatum ad appellandum, libellum appellationis porrigere, vel appellandum erit coram successore, si de ordinarij mortui sententia agatur, vel coram bonis viris, & honestis personis proposita protestatione impedimenti, vel timoris, vel loci non tuti, & secundum aliquos sufficeret appellare

pellare coram Notario talis Iudicis ordinarij. & istę honestę personę,& boni viri sunt presbyteri, Doct. Notarij, vel officiales,sed tamen sunt multi casus, in quibus licet appellare in absentia Iudicis,& tunc(si aliàs est legitima) nihilominus valet, & tenet, & suspendit iurisdictionem Iudicis in illa causa, si tamen Iudici facta fuerit intimatio,& cum intimatione quòd petiti fuere Apostoli,quando peti debent, vel quando parti appellanti non potest imputari, quare appellationem non intimauerit, seu Apostolos non petierit, vt infra latius dicam. Pap. tamen dicit. eatenus coram honestis personis appellandum esse quatenus non posset haberi prę sentia Iudicis superioris. Si quis tamen alium pro alio appellarit, error ei non nocet, satis enim est appellare. l. 1. §. penul. ff. de appell.

sciendū §. 2. Pap. in glos coram vobis nu. 11. infor. appel.

Si tamen per plures Iudices iudicatum fuisset, erit appellandum secundum Papiens. coram singulis communiter, vel separatim, sed secundum Orian. sufficiet si coram maiori parte,& si maior pars haberi non posset, corā vno saltem ex eis,& honestis personis loco Iudicum deficientium proposita pariter protestatione secundum Lanfran. Orian. num. 134. & Marantam, qui docet qualiter practicari debeat ista appellatio coram honestis personis. num. 133. videlicet quòd in Instrumento talis appellationis coram honestis personis prę mittatur narratiua, quòd vna cum N.N. & alijs personis, & Notario accesserat domum N. qui tulit sententiam, vt coram eo appellare posset, & sibi responsum fuit per habitantes in ea domo, illum non esse in domo,sed ab esse à Ciuitate, & prout in facto, & propterea coactus est vti beneficio iuris,ne dicta sententia transeat in iudicatū, vnde coram N.& N. in hac parte bonis viris,& honestis personis. Idem dicendum si ob metum Iudicis non auderes appellare, vel ob locum non tutum, sed tunc exprimenda erit causa metus, vtpotè,quòd sit Iudex terribilis,seuerus,& solitus carcerari facere appellantes ab eius sententijs &c. Orian. 176. & sequentibus, vel degat in arce,in qua habitant tui inimici, & secundū Placentinum talis appellatio sic formatur, retentō proemio vtsupra. Constitutus A. non valens habere prætentiam dicti Domini Iudicis absentis à Ciuitatis Mediolani cau-

sa,& occasione assertę sententię, (si sententiæ nomen meretur) vt asseritur per ipsum Dominum Iudicem latæ sub asserta die tali, tenoris sequentis videlicet & prout fit, vel aliter per similia, vel diuersa verba in asserta sententia asseritur contineri instrumento breuiato per N. Notarium, & Actuarium banci præfati Domini Iudicis, ad quam, & asserta in ea contenta relatio habeatur citra tamen præiuditium, & dixit, & dicit ipse A. quòd dicta asserta sententia fuit, & est nulla, & nullius valoris, & in quantum esset, vel fuisset aliqua, quod tamen non creditur, fuit & est iniqua, & iniusta iniquè, & iniustè lata, & contra Deũ, ius, & iustitiam, & in enormem læsionem, & damnum dicti A. & reuocanda fuit, & est, & infringenda remedio appellationis, & dictionis nullitatis, & prout melius fieri, & esse possit, & hoc multis rationibus, & causis suis loco, & tempore deducendis, & allegandis, & propterea ipse A. non intendens approbare quod nullum est, à dicta asserta sententia, & assertis in ea contentis, & coram ipsis Dominis bonis viris non valens habere præsentiam dicti Iudicis vtsupra, & ipse A. in scriptis, & in his scriptis pronocauit, & appellauit, & appellationem, & nullitatis dictionem simul succcssiuè, & deperse, & prout melius fieri, & prodesse possit, interposuit ad Serenissimum Regem Hispaniarum Mediolani Ducem, eiusque Senatum Excellentissimum, & ad quemcunque alium ad quem huiusmodi nullitas, & appellatio melius deuoluitur, & deuolui potest, & deber de iure, & Apostolos petiit, & iterum petijt, semel bis, ter, & pluries, sępe, sępius, & sępissimè, instanter, instantius, & instantissimè, & cum quanta potuit, & potest instantia petiit, & petit ipsos Apostolos sibi dari, & tradi subiiciens se, & iura sua protectioni, & defensioni prælibati Domini Nostri, & cuiuscunque alterius super huiusmodi appellatione, & nullitate deputandi, & protestatus fuit, & protestatur nil noui fieri debere in eius prę-iudicium hac sua appellatione, & nullitate indecisa pendente (in aliquibus locis vidi iurari non dolo, nec calumnia appellasse, vel nullam dixisse, sed credens iustam fouere causam, verùm Mediolani tale iuramentum non solet pręstari, nisi in libello appellatorio, vt infra dicam si

tamen

en iuraretur non ob id actus vitiaretur.)
Quam quidem appellationem, nullitatis dictionem,
ottolorum petitionem, protestationem, & alia de qui-
supra ipse A. fecit, & interposuit, & per me Notariũ
i fecit, ad plenam audientiam, & intelligentiam supra-
iptorum bonorum virorum, non valens habere præsen
m ipsius Iudicis, quibus similem copiam dedit, & dimi
in scriptis, & de prædictis &c.
Nota quòd poterit etiam appellari coram probis viris
grauaminibus, & interloquutoria mutatis mutandis, sed
ista appellatione erunt inferendę cautę, & alia obser-
anda, quæ disponunt statuta. sed an isti boni viri possint
eferre, nec ne appellationi, hic non dico, sed Castr. in l.
ost appell. ff. no. de libel. dimis. dicit quòd dandę erunt
itteræ testimoniales ab istis personis. nume. 2. Pap. dicit
quòd illa practica sibi non placet, qua aliqui vtuntur.
nempe quòd acceduntad domum solitæ habitationis ip-
sius Iudicis si sit delegatus, vel ad solitum Tribunal, si sit
ordinarius, & ibi protestantur de absentia Iudicis, & per
Notarium faciunt scribi eorum appellationem, quam ex
inde prosequitur coram superiore, quia dicit quòd debet
reiterari ipsa appellatio coram ipso superiore. Hic au-
tor omisit dicere de aliis remedijs, quibus succurritur læ-
sis aduersus imperitiam vel iniquitatem iudicum; in qui-
bus est remedium vulgatum ex cap. 149. vol. 1. super cu-
ius statuti interpretatione vidi excitari multas difficulta-
tes super eo versic. ET SI CONTINGAT. &c. cuius
sensus hic est, quod si ab interlocutoria appello, ac dein-
de sine prejudicio appellationis interpositæ, peto eam cõ-
trario imperio tolli, si non tollatur, potero totam causam
introducere coram Iudice ad quem, Guido Papæ singul.
382. fallit, ex statuto nostro, nisi petens eam contrario re-
uocari imperio, succubuerit, quia eo casu sub-
latum est remedium appel-
landi.

Quomodo sit appellandum.

Mar. nu. 136. 137. Orian. nu. 83. 116. Pap. in gl. in his scriptis. Gui. Pap. decis 436. num. 11. Castr. in l. lib. quo ff. de app. recip. num. 2 Pap vtsu. Mar. num. 136. & 153. cum seq. Oria. num. 116. 117. & 118. Guid. deci. 436. num. 11. & 19. Castr. in l. præcipim⁹. nu. 4. de ap pel. & con sul. & in l si quis. ff. de appell. recip. Spec. §. nūc trad.

APpellandum igitur erit hoc modo, quòd si ille, qui voluerit appellare, fuerit præsens prolationi sententiæ definitiuæ, poterit appellare viua voce incontinẽti, ideſt adhuc sedente Iudice pro Tribunali, & non digresso ad extraneos actus, puta ad prandium vel in Camerã, & scribi faciendo per Actuarium Iudicis ista verba appello viua voce, quod idem est, quod vsu nunc receptum est præsente A. & acceptante in partibus fauorabilibus tantum in partibus verò præiudicialibus appellante, & de nullitate dicente viua voce.

Sed quando pręsens non esses prolationi dictæ sententiæ definitiuæ, sed tibi intimaretur, vel si præsens in continenti viua voce non appellasses, vel si ageretur de sententia interloquutoria esto, etiam quòd tu præsens esses dictę sententię interloquutorię, etiam habenti vim definitiuę debes a dea respectiuè appellare in scriptis, ideſt p instrumentum publicum, & respectu interloquutoriæ, aut quando appellares à tribus sententiis, vel à sententia contra confessum, teneris exprimere causam secundum Lanfran. Orian. num. 116. & 17. & sequentibus. Item teneris exprimere nomen appellantis, nomen Iudicis à quo, sententiam à quà, & nomen Iudicis ad quem sub dignitate tamen tantum, secundum aliquos, qui iudex ad quem debet esse superior iudicantis gradatim de iure, non autem inferior cum par in parem non habeat Imperium; sed de iure canonico videtur contrarium cautum videlicet quòd possit appellari immediatè ad superiorem omisso medio; Ab ordinatione delegati appellandum erit ad Delegantẽ quando est immediate à Principe, vel ab eius Magistratu superiori Delegatus. Quando autem esset subdelegatus à Delegato ordinariam iurisdictionem habente, vel delegata, tunc ad ipsum mediatè delegantem. verbi gratia. Titius fuit delegatus a Principe, iste subdelegauit Seium, à sententia Seii appellandum erit ad audientiam dicti Titij. si autem Titius iure iurisdictionis ordinarię, puta q̃ sit Prętor Mediolani, & delegauerit Scio aliquid de medio

dño processus, tunc ad ipsum Prætorem erit appellandũ, sed Pap. num. 10. dicit vt consultè agatur, appelles generaliter ad quemcunque Iudicem competentem, ad quem appellatio, & nullitas melius de iure deuoluitur, seu deuolui potest, quia tunc intelligitur gradatim appellatum per notata in practica obser. forens. titu. 26. obseru. 7. de appellat. vbi referuntur Doctores.

Maran. n. 368 & 380. 386. & 132. Oria. num. 133. Pap in gl. & ad quẽcunq; Iudicem comp. Guid. Papa. decis. 436. num. 41. & per totum.

Qualiter deuoluantur appellationes iure decretorum.

VNde ex dispositione decretorum Status Mediolani, à sententia Exequutorum Cameræ, quando lis est inter priuatos appellationes à sententiis D. Executorum Reg. Cam. Commissę Doctorib. de Collegio habent instantiam. nam licet coram D. Execut. causę non habeant instantiam, tamen cum appellationes ab eorum sententiis tractantur coram Doctoribus Collegii coram quibus causę subiacent statutis de instantia, seruanda sunt statuta de instantia, quæ respiciunt ordinem iudicii Bart. l. cunctos populos. l. de summa Trin. vbi Ias. 1. lect. nu. 20. & ita intelligo fuisse iudicatum ann. 1546. 27. Octob. & aliorum Iudicum Ducatus Mediolani cognoscentium de causis datiariis, si gradatim appellandum erit ad quæst. ord. red. & si per ipsos Quęstores, vel Capitaneum Iustitię appellandum erit ad Senatum Excellentissimum representantẽ personam Principis, idem à sentẽtia Senatoris. Et (obiter) Castr. dicit quòd quando appellatur à sententia Vicarii Potestatis, vel Episcopi, non appellatur ad ipsum Potestatẽ, vel Episcopũ, sed ad superiorem Potestatis, vel Episcopi, ad quem appellaretur, si sententia lata esset à Potestatẽ, vel ab Episcopo, quia censetur idem Tribunal. Maran. distinguit videlicet, ꝙ quando appellatur à Vicario Potestatis, siue Episcopi delegati tantum, & non iure communi, ꝙ tunc poterit appellari ad ipsum Episcopum delegantem; & qñ Exequutores Regię Camerę cognoscerent inter priuatos vigore pactorum, ꝙ tunc appellandum erit non ad Quæstores ord. sed ad Principem. Verùm tamen hæc

No Const. lib. 1. de Senatu, & officio Quæst. ord.

difficultas cessat in Ciuitate, & Statu Mediolani, ex eo q Mediolani consueuere partes appellantes per supplicationem appellare coram Principe, & etiam cæteri subditi de Dominio (si voluerint) quia coram Principe tot solemnitates non requiruntur, prout in his appellationibus, quæ iure ordinario interponuntur.

Apostoli quando petendi.

Ubis est Doct. sententia.

NAm in appellando iure ordinario ad validitatem ipsius appellationis, etiam de necessitate requiritur, quòd instanter petantur Apostoli, secus appellatio transiret in iniudicatum hinc est, quòd ferè in quacunque appellatione videbis apposita verba petens instantissimè, bis, ter, & quater &c. protestans per se non stare &c. Benè verum est quòd secundum aliquos, licet in actu appellationis non peteres Apostolos, eos posses petere intra triginta dies post latam sententiam secus si appellãs veram notitiam sententiæ habuerit post scientiam, quod lata fuit sententia, & sic post intimationem definitiua ex for. const. & Apostoli nil aliud sunt nisi quas appellamus litteras dimissorias loco quarum nũc successit admissio, vel reiectio appellationis.

Quo tempore possit appellari.

ET appellatio interponi poterit quolibet die feriato, & in honorem Dei, & etiam admitti parte non citata, in omni appellatione interponenda non est necessaria præsentia aduersarij cum non sit actus iudiciarius, & recipere Apostolos infra terminum dierum sibi præfixum à Iudice. Item etiam de nocte poterit appellari à sententia, licet libellus appellatorius qui parti offertur, produci non possit nisi die iuridica.

Appellatio formula coram Principe.

Et quando appellatur in scriptis iure ordinario, dixi de forma in Formulario Instrumentorum in forma appellationis, & supra de appellatione coram honestis personis ad quas recurrere poteris. hic autem subiicitur modus appellandi coram Principe.

Se-

Sereniſſime Rex. In cauſa olim verſa inter A. Actorem ex vna, & B. reum conuentum ex altera in actione reiuendicatoriæ coram Magnifico Iudice ad ſignum Galli, Mediolani. Idem Dominus Iudex viſus fuit iudicaſſe, & ſententiaſſe ad fauorem dicti B. rei conuenti ſecutus conſilium Magnifici N. I. C. cui cauſa ipſa commiſſa fuerat conſulenda. Quare ipſe A. ſentiens ſe ex dicta aſſerta ſententia læſum, & grauatum, & eius iura læſa, & grauata, & dubitans in futurum plus poſſe lædi, & grauari (hic ſi appellaretur ab interloquutoria exprimendæ erunt cauſæ, vel nullitatis, vel iniquitatis) decreuit ab ea appellare, & æque principaliter de nullitate dicere prout, hoc ſupplici libello coram M. V. appellat, & æque principaliter de nullitate dicit. Rogat ideo M. V. velit decernere præſentem appellationem quæ tali die porrigitur habere vim appellationis, & dictionis de nullitate à dicta aſſerta ſententia, & contentis in ea, & mandare Magnifico Domino Vicario Prætorio Mediolani, vt cauſam ipſam appellationis, & dictionis de nullitate committat vni confidenti partium de Collegio Magnificorum I. P. huius Ciuitatis, vel vnius in contumatiam alterius, qui de iuribus dictæ appellationis, & dictionis de nullitate cognoſcat, procedat, & iuſtitiam faciat, prouidendo interim, ne quid appellatione pendente innouetur, & ſi quid innouatum fuerit in priſtinum reſtituatur, quod ſperatur, &c. & iſta ſupplicatio datur Senatori qui ponit ſuper ea diem præſentationis, & decretat in forma. Quæ quidem forma ſic concipi ſolet per Cancellarium, ſi cauſa de qua in occluſis precibus A. eſt appellabilis, vel in ea de nullitate dici poteſt, debitoq; tempore appellationis, & dictionis de nullitate cõmittatis confidenti partiũ de Collegio Dominorum I. P. huius Ciuitatis, vel vnius in contumatiã, vel renitentiam alterius, qui de iuribus ipſius appellationis, & dictionis de nullitate cognoſcat, & iuſtitiã faciat dubio (dubium dicitur de quo ſapientes diſputãt inter ſe) in ſententia. n. de rebus ferenda ſequi debemus iudicium ſapientũ, atque ita intelligi debet, q̃ dicitur dubiũ fieri, & dici ibi eſſe vbi cauſæ cognitio requiritur, nẽpè vbi requiritur ex ſententia ſapientis. Iaſ. l. cauſa cognita. C. de tranſact.

Pap.

P.p. forma lib. execut. sent. ver. sapiens.) verò emergente, articulum commitatis vtsupra, termino decem dierum omnino decidendum omni appellatione remota (qui terminus decendij solet semel tantum prorogari ex more Cãcellarię) prouidendo interim ne quid pendente dicta appell. (aliquando tempore ad appellandum) innouetur, & si quid innouatum fuit in præiuditium ipsius appellationis illud in præstinum iure medio restituatur. decernentes præsentes preces nobis oblatas die

præsentis mensis habere vim appellationis, & dictionis de nullitate vbi tempore debito porrectæ fuerint. Dat. Mediolani, &c.

De tempore dicendi de nullitate ab interloquutoria, vel petendi reuisionem arbitramentorum necessariorum, & voluntariorum.

Vide statutum c. 149 vol. 1.

QVo verò ad grauamen præcepti, vel interloquutoriæ lati, vel latę per aliquem Iudicem sine consilio sapientis de Collegio Mediolani petens illud, vel illam reuocari contra tio Imperio per illum Iudicem, qui illam, vel illud tulit, tenetur infra duos dies vtiles à die illatigrauaminis, vel interloquutoriæ latæ petere reuocationem, & dicere de grauamine, & intra quatriduum appellare si non reuocetur per ipsum, vel per consultorem eligendum. de quo dictum est supra.

Stat. c. 117 Respectu autem arbitramentorum latorum inter eos, qui sponte compromissum fecerunt, & alias ex forma statutorum compelli non poterant, quæ possunt dici nulla, iniqua, & iniusta, volens ea allegare nulla, iniqua, & iniusta, tenetur id facere intra decem dies vtiles à die scientiæ dictorum præceptorum, & arbitramentorum coram Iudice competente, idest ordinario, qui dicitur bonus vir, hic obiter sciendum est, quòd quando arbitramentum producit, actionem, quòd tunc adeundus est Iudex ordinarius Arbitratoris, non autem litigantium secundum Lanfran. Orian. de arbitr. cap. reductio, sed alij Doctores

tenent,

tenent, quòd sit adeundus ille Iudex coram quo litigare debebant non facto compromisso.

Quòd attinet ad præcepta, arbitraria, arbitraméta quæ dici non possunt iniqua, scilicet quæ sunt lata inter compulsos de necessitate statuti, siue nouarum constitutionum volens petere reuisionem arbitramentorum faciat intra quindecim dies vtiles à die scientiæ factorum arbitramentorum coram Senatu Excellentissimo, etiam de forma statuti 240. & scientia latæ sententiæ, vel aliquorum arbitramentorum præsumitur ex intimatione in publica forma facta secundum Plor. nu. 226. vbi inquit quòd si centum anni lapsi essent, quibus sententia, & in solutum datio, & subastatio latæ, & factæ essent, & non intimatæ nunquam curreret tempus ad appellandum. Et forma petendi reuisionem arbitramentorum inter compulsos hac frequentius vti consueuimus. *Stat. c. 116*

Sereniſſime Rex. A. Arbiter electus per, & inter B. ex vna, & C. ex altera compulsos in causa eidem compromissa ad formam statutorum, & nouarum constitutionum de nonnullis differentiis inter ipsos compulsos vertentibus visus fuit tulisse eius arbitria, & arbitramenta, per quæ supplicans enormissimè (enormis, & grauis læsio dicitur in sexta Guid. Pap. 519. at Menochius ait hoc esse arbitrarium) læsus remanet, prout in processu causæ demonstrabitur vnde cogitur petere, prout petit à M. V. benefitium reuisionis ipsorum arbitramentorum ad quam proinde (ei enim reseruata est concessio dictæ reuisionis arbitramentorum) confugit supplicando vt illa dignetur concedere dictam reuisionem arbitramentorum, & omnem eius effectum alicui Doctori confidenti partium ex doctoribus Collegij Mediolani, vel vnius in contumatiam seu renitentiam alterius, qui in ea procedat cognoscat, & moderari possit ipsa arbitramenta, & iustitiam faciat decernendo præsentem supplicationem habere vim petitionis reuisionis arbitramentorum, & ea pendente nihil innouari debere, quod speratur.

Tunc Senator ponit diem præsentationis, & decernit in forma, quæ forma hæc esse consueuit, si debito tempore petita fuit reuisio arbitramentorum narrata in inclu-

sa

sa supplicatione N. mandamus vobis, vt eam confidenti partium de Collegio,&c. vel vnius in contumatiã reniten tiam ve alterius cõmittatis, qui si arbitramenta ipsa nulla esse cognouerit,declaret, sit verò aliqua,& læsionem saltẽ vltra sextam in se continere illa moderetur,& ad arbitriũ boni viri reducat seruatis ordinibus in materia reuisionis arbitramentorũ æditis. decernentes supplicationẽ ipsam porrectã die vim petitionis reuisionis arbitramẽtorum habere,vbi eo die tempus ad eam petendam duraret.

Forma autem petendi reuisionẽ arbitramentorum, quæ possunt dici iniusta,iniqua,vel nulla desumi poterit ad formam libelli appellatorii mutatis mutãdis, & congrua cõgruis referendo,& in conclusione dices. quare cum prędicta vera sint pronuntietis,& declaretis per vestram sententiam definitiuam prædicta asserta arbitramenta, si sic dici possunt,fuisse, & esse nulla, nulliusq; valoris, efficatiæ, & momenti,& non valere,nec tenere, nullum quæ effectũ sortiri posse,nec debere,& casu quo aliqua, fuisse reperiãtur, quod tamen nõ creditur,petit ipse B. & requirit à præfato Magnifico Domino Vicario,pronũtiari, & declarari dicta asserta præcepta, arbitria, & arbitramenta in partibus dũtaxat,punctis, & articulis facientibus, contra ipsum B. & iura sua, & in eius,& iurium suorum præiuditium,& dãnum tantum fuisse, & esse iniqua, & iniusta, & iniquè, & iniustè,& in maximum damnum,ac læsionem,& præiuditium ipsius B. & iurium suorum fuisse, & esse lata, & pronuntiata,& ea asserta arbitramenta, si sic dici possunt,tam quam enormem læsionem continentia fuisse, & esse in istis dumtaxat partibus punctis,& articulis corrigenda, & moderanda, & ad arbitrium boni viri reducenda, & quòd ea asserta præcepta arbitria, & arbitramenta etiam ex officio vestro vtsupra in dictis partibus,&c. modefetis, & reducatis,& reducere velitis,& debeatis ad arbitriũ boni viri, & quòd in, & super. sequere, vt in libello appellatorio.

Nota tamen quòd huiusmodi libellus debet fieri, & porrigi coram Iudice ordinario.

De personis, quæ suo, vel alieno nomine appellare possunt.

VIdeamus modo quæ personæ possint suo, vel alieno nomine appellare, & quidem quælibet pars grauata, & quilibet alius, cui de iure licet appellare, puta cohæredi à sententia lata contra cohęredem, fideiussori pro eius principali. Item fideiussori venditionis victo emptore. Item Domino, si Procurator victus non appellet. Item Tutoribus, Curatoribus, & administratoribus, ac negotiorum gestoribus. Item procuratori, & demum cuilibet alij personæ, pro alio, modo dum appellet, vel infra octo dies (de iure decem) à die talis appellationis interpositę inclusiue satisfet idoneè, quòd ille, pro quo, vel cuius nomine appellauit, vel appellat, ratum, & firmum habebit, & in iuditio stabit, & perseuerabit, & quę iudicabuntur super dicta appellatione attender, & obseruabit, tamen quando appellatio interponitur per supplicationem coram Principe, ille, qui subscribit preces, non satisfat, nec propterea reiicitur appellatio, bene tamen verum est, quòd ex prænominatis soli Tutores, & Curatores, administratores, & negotiorum gestores, & item ex forma statutorum procuratores possunt appellationem prosequi cæteri non: verùm tenentur denuntiare Domino appellatum fuisse.

Stat. c. 131 fol. 47. vol. 1. ne. cõst. lib. 2. de appell. Or. n. 97. et Mar. n. 1. par. 6. Spec. §. ..

Stat. c. 151 vol. 1.

Sed Procurator non poterit petere exequutionem sententię neq; petere taxationem expensarum, nisi expræssè mandatum ad illud se extendat, quia mandatum Procuratoris post sententiam finitur. verum. si fuerit Procurator generalis ad lites præsentes, & futuras, bene poterit petere executionem virtute generalis mandati (videntur requirere speciale mãdatum Doct. soc. Iun. cons. 92. vol. 3.) non ex virtute iuris directi sibi quæsiti per sententiam latam pro eo: & similiter petere taxationem expensarum. vnde cum grano salis in procura ad lites Notarii solent dicere ad lites præsentes, & futuras.

Vide præt. obser for. lib 1. tit. 5. obser. 7. 9. & 13.

Item tertius grauatus, licet in iuditio nõ fuerit, poterit appel-

appellare si sibi afferretur præiudicium quale, vel aliqua leuis præsumptio. nam aliquando res inter alios acta licet tertio non noceat regulariter, tamen fallit in aliquibus casibus veluti est querella inofficiosi testamenti decisa per sententiam, quæ nocet legatariis scientibus secus ignorantibus. secundo fallit vbi defensio primo spectet ad alium, & sciens causam agitare permisit alium subire defensionē, puta debitor permisit alium subire defensionem, puta debitor permisit creditorem experiri hipothecaria contra extraneum possessorem, & in marito permittente vxori vendicare rem dotalem constante matrimonio, quia tunc sententia lata nocebit marito, & debitori, licet nunquam fuerit in iuditio. Circa hunc articulum multa dicit Lanfr. Orian. de appell. n. 98. & seq.

Vide et Ca str. in l. alio condēnato. ff no de ap pell. Guid. Papa decis. 436 n. 71. Mar. n. 1.

Vide etiam Pract foren obser. lib. 2. tit. 5. obser. 10. vbi adduntur aliqua nempè quòd tertius, qui non fuit in iuditio pro interesse suo appellans debet seruare tempora appellationis interponendæ, & ex causa rationabili appellare, & quòd exprimat in appellatione causam aliquam iustificantem eam scilicet, quòd sua interfit, qui tertius poterit pro sua interesse à qualibet sententia lata contra principalem apellare, & si in causa primæ sententiæ latæ in causa principali non appellauit poterit à secunda sententia in causa appellationis lata appellare, satis enim est, q̄ sententia non transierit in rem iudicatam, & si præsens fuerit ille tertius, cuius interest, & causam suam agi permiserit, sed etiam quando ante tertiam sententiam sciuit causam agi, tunc ab ea tertia sententia appellare non poterit, sicut nec reo principali liceret tertio appellare, secus si ignorauit, nam tunc etiam ab ea tertia sententia appellare poterit. Item licet ille tertius non, sed ipse principalis victus tantum appellauerit, siue deinde transegerit cum actore, vel sententiam, a qua appellauit, confirmauerit, vel aliàs à lite recesserit poterit nihilominus tertius, cuius interest talem appellationem à victo interpositam prosequi & de iure suo docere, quia tertius poterit adherere appellationi interpositæ per principalem qua appellatio ipsius principalis iam resoluit sententiam, & omnibus viam generalem aperuit, quibus sententiæ grauamen infert.

Verus

Verus tamen contumax non potest appellare, & ille dicitur verus contumax, qui citatus personaliter respondebit nolle venire. Spec. aliàs personas enumerat, quæ non possunt appellare, puta homicidam, beneficium, adulterũ, insignem latronem, seditiosum Ducem factionis, raptorẽ virginis testibus confessum, & coniunctum, sed hæc puta procedere in causa criminali. *Stat. c 142 vol. 2. Cast. in l & post edictum §. sciendũ vi de Alc vide et Spec. §. huic succeß. Lanfr. Or. n. 101. Mar n. 14. 284. & seq. & Br. in l. vol. Pap. in gl. stat. Lanfr. Or. nu. 9. Mar n. 420 pa. 6. Asin. n. 10. Cast. in l. tẽp. c. de rep. Or. n. 26. decis. Oriã. n. 91 Pap. in glo sup. Guid. Papa decis. 25. Plo in rep. l si quo ca. vnde in n. 150. Mar n. 210 Stat c. 141. vol. 1.*

Quid agendum interposita appellatione.

POstquam autem appellatum tunc erit aduertendum an fuerit appellatum coram Iudice, à quo, vel coram Principe, siue honestis personis. nam si coram Iudice à quo tunc Iudex tenetur deferre, vel reicere appellationem quòd idem est de tradẽdo Apostolos, & debet monere partem comparituram ad certam diem puta die Veneris futura, quæ erit decima, vel infra decem dies ad audiendum responsum, & tunc tu debes in certo termino comparere, vel vltima die termini, sed si dies feriata esset de iure teneris præcedenti die iuridica, & ex forma statutorum Mediolani cap. 104. vol. 1. sequenti die iuridica comparere coram dicto Iudice, & petere litteras dimissorias, quę quidem litterę sunt dandę expensis appell. & adhibebis tecum Notarium, & testes ad hoc vt sint rogati de actis, & si non inueniretur, poteßtari posses de absentia talis Iudicis. si Iudex non daret responsum censeretur detulisse appellationi, aut te remitteret in alium diem, non teneberis vlterius coram eo comparere pro dictis Apostolis. Verum omnes Iudices tenentur in casibus, in quibus de iure seu ex forma statutorum appellari potest, deferre appellationi secus puniuntur. imò ipso iure ex forma statutorum delatum censetur. si tamen Iudex diceret admitto si, & in quantum de iure tenetur, & debet de iure, & non aliter, nec alio modo, nihilominus iurisdictionem à se abdicauit, vnde omnis processus, qui per talem iudicem, à quo fieret post appellationem ipso iure non valeret, si autem in admissione dictæ appellationis vteretur negatiua dicendo

cendo non admitto, nisi si, & in quantum de iure, vel reiceret, tunc tu teneris appellare à reiectione tacita, vel expressa, secus reiectio transire in iudicatum.

Quando autem appellatio interponitur coram Principe, alia tunc ratio succedit, nã ipse Princeps non solet pronuntiare causam appellabilem, vel inapellabilẽ, sed si causa appellationis cognoscenda venit per Doctores de Collegio, Princeps in litteris appellationis addit clausulam, si causa est appellabilis, & vtsupra, in forma. si autem cognoscenda sit per aliquem Senatorem, tũc eidem committitur dicta causa appellationis cũ dicta clausula, si causa est appellabilis, &c. non tamen additur clausula, dubio verò emergente articulus cõmittatur. Et quando causa appellationis cognoscenda est per Doctores de Collegio, tunc litteras ipsius appellationis Princeps dirigit alicui Iudici ordinario (esto quod ipse Iudex sententiam tuliſſet) vt causam ipsam committat alicui confidenti partiũ de Collegio, seu vnius in contumatiã, vel renitentiam alterius. Tũc ille delegatus vigore ipsius cõmissionis, tenetur cognoscere vtrum dicta causa sit appellabilis, nec ne, & si dubiũ oritur, vtrum appellabilis sit, aut non, aut nulla, vel ne, talis Iudex debet cõmittere articulum confidenti partium nec ipse poterit cognoscere vtrum sit appellabilis, quia cenſetur metus executor, in cõmittendo appellationẽ, vel articulum secundum D. Plot. in repet. l. si quando C. vnde vi. n. 155. & seq. vbi prosequendo hanc materiam ait, ℣ Iudex, à quo nõ potest cognoscere de appellatione interposita ab eius sentẽtia, sic minus cognoscere potest, an causa sit appellabilis, vel ne, & debito appellatum tempore, sed quòd tális cognitio spectat ad Iudicem, ad quem, seu saltem ad Iudicem articuli, & ipse interim non poterit aliquid innouare, sed supersedebit donec per Iudicem vel appellationis, vel articuli fuerit pronuntiatum, causam appellabilem, vel non: ego tamen arbitror, & ita video ferè obseruari, ℣ quando sumus in casibus expressis vel à iure, vel ex forma iuris municipalis, in quibus appellatio non admittitur, ℣ Iudex delegatus, siue à quo, impune poterit reijcere appellationem etiam de mente ll. & statut. Mediolani, & quòd poterit exequi sententiam.

Quibus in casibus non appelletur.

HInc non ab re subijciemus aliquos casus, in quibus ex forma Statut. appellatio non datur, & quidem appellari non poterit à sententia lata in causis bannorum, interdictionum administrationum bonorum, vel prædiorum, vel aliarum causarum, in quibus quæstio vertitur vtrum cum vicinis, & vel vtrum cum nobilibus Burghi, vel loci debeat quis sustinere onera, vel non, & in causis alimentorum, quæ debentur pietatis causa tam de præsenti, quàm de futuro, nec non in casibus mercedum non excedentibus summam librarum 50. imper. Item à sententiis interloquutoriis (videretur hoc statutum complecti etiã interlocutorias habentes vim definitiuæ. Rota Bonon. decis. 15.) latis de consilio alicuius de collegio I. P. Mediolani, vel per Iusdicentem de expresso partium cõsensu, aut per aliquem de collegio delegatum, aut arbitrium, vel arbitratorem de collegio, vt supra, in emergentibus, & incidentibus non potest appellari, querelari, nec supplicari, nec aliter de grauamine agi, conqueri, nec excipi, nec officium Iudicis imploratori, nec reductio ad boni viri arbitrium peti neq; ab executione duarum sententiarum conformium datur appellatio, nec dictio de nullitate, neque a sententiis latis à libris decem imper. infra per iusdicentem, sine consilio sapientis, nec à libris 25. infra etiam de consilio Doctoris de collegio, vel per aliquem de dicto collegio delegatum vel arbitrum, vel arbitratorem appellari potest, nec reductio peti, nec grauari. Neque à declarationibus, sentẽtiis, præceptis, & aliis, quæ fient per DD. Abbates Notariorum Mediolani, etiam tanquam Delegatos, non potest appellari, ne de nullitate dici, nec aliter reclamari. Neq; à sententia confirmatoria arbitramentorum appellari, querelari, supplicari, nec de nullitate dici, siue agi, nec quouis alio modo excipi, potest; Neque in sententiis latis in causis criminaliter motis, criminaliterque

Lanfr. Or. n. 102. Spec. §. in quibus aũt, & Man. 278 & 146. Ponit à quib Iudicibus non possit app. Socin. in tract. fal. reg. 24 vt ponit 26 fallentias. Stat. c. 141 vol. 1. Cõst. l. 2. de app et Stat. c. 136. vol. 1. Sta c. 136. vol. 1. Sta c. 245. et 403. vol. 1. Sta c. 116. vol. 1. cõst. l. 2 de arb. Cõst. lib. 4. de accus.

decisis siue interloquutoriè, siue definitiuè etiam respectu interesse partis in ea sententia comprehensi potest appellari, querelari, nec de nullitate dici, nec in integrum restitutio peti, nec alio iuris remedio vti: poterit solummodo habere recursum ad Principem, vel Senatum. Nec in causis vertentibus inter Dominum, & locatorem, & conductorē, & fictabiles, & pensionantes, vel massarios occasione ficti debiti, occasione massarij, vel fictalitię, vel pensionis, vel alia occasione abinde dependenti, vel connexa potest appellari, aut de nullitate dici, vel restitio peti, nec officium Iudicis implorari.

Stat. c. 179 & 180.

Cap. 335. fol. 116. et c. 441. no. 7 C. 337. fol. 128. vol. 2 Cōst. lib. 5.

Neque in materia Statut. de volente ædificare super mutuum communem, & in murus indigeat refectione, vel reparatione, vel ne. Item non appellatur à sententiis, vel condemnationibus, latis in causis damnorum datorum nō excedentibus summam librarum 50. imper. Neque à sententiis latis per Dominum Vicarium prouisionum Communis Mediolani. Neque à sententiis latis super liquidationibus bonorum debitorum fisci, appellatur nec de nullitate dicitur, nec in integrum restitutio peti potest. Neque à declarationibus in causis cridarum factarum de bonis vendendis. Idem in causis cridarum de bonis alicuius condemnati, vel hæreditatis vacantis. Idem à sententiis latis per Ill. Magistratum ordinarium in causa calculatorum siue bonorum fisco spectantium. Neque ab ordinationibus, decretisve, & prouisionibus factis per Senatum, vel Senatorem de mente Senatus edoctum, poterit quoquo modo appellari, prouocarive, nec de nullitate dici, sed suū effectum omnino sortiuntur. Condemnatus tamen in termino à iure præfixo coram eodem Senatu poterit petere reuisionem, parito prius iudicato, & etiam executioni missa sententia ac facto depositio aureorum centum penes secretarium Senatus, quod fisco cedat in casu succumbētiæ. Neq; à præceptis transmissis pro prohibendo testimonio veritatis, & pena comminata, si testis aliàs cogi posset. Itē à sententiis latis super taxationibus expensarum litis, vel super eo, de quo quæstio vertitur, an debeantur expensæ litis, vel non potest appellari, querelari, nec supplicari,

Cōst. l. 4. de iure &c. Cōst. l. 1. de off. Quæst. extra. Const. vtsu pra de off. Quæst. or.

Const. l. 1. de Senato. Stat. c. 93. f. 33. vo. 1.

nec

nec de nullitate agi, nec excipi, nec aliud officium implorari, nec peti reductio ad arbitrium boni viri. Neq; à taxatione expensarum, in quibus quis fuit condemnatus eo quia durante instantia quem conuenit coram diuersis iudicibus ex eadem causa contra formam stat & iuris; expensarum factarum per Iudicem contra bannitum, seu contumacem. Neq; ab abbreuiatione terminorum in causis summariis de sui natura, vel ex forma Stat. vel rescripti. Idem à declaratione an summarie, vel ordinarie sit procedendũ. Neq; condemnatione expensarum in causa libelli prętorii. Neq; à taxatione solutionum, vel depositionum pecuniarum in materia reuisionis arbitramentorum, Neque à taxatione salarii sapientis petit in articulis emergentibus, poterit appellari, querelari, grauari, nec officium Iudicis implorari, minus de nullitate dici. Item à taxatione salarij debiti procuratori pro patrocinio. Neq; à pęna incursa per neg. positiones contrario probato. vide Spec. de appel. §. in quibus casibus, & ex quibus causis appellari possit, & quomodo appellatio teneat, vel non, vbi multa.

Cap. 148 *f.* 51. *vol.* 1. *Ca.* 8 *fol* 4. *vol* 1. *Ca.* 20. *f* 5. *vol.* 1. *Const lib.* 2 *de ind.* *Ca* 25 *fol.* 10. *vol* 1. *Stat.c.* 25 *f* 46. *vo.* 1. *Stat.c.* 46. *f.* 17 *vol.* 1 *Stat.c.* 182 *vol.* 2. *Stat.c.* 58. *f.* 22. *vo.* 1.

Ad propositum etiam hic caderet compendiũ Statut. & Nou. Const. procedentium annullando ob non seruatã formam, vel dispositionem eorum, sed cum id totum referre, prolixum, & laborioſum admodum esset, quædam magis quotidiana referam.

*Stat.c.*432 *f.* 146. *v.* 1. *Ca* 98. *fol.* 33. *vol.* 1.

Itaque citatio cum sequutis exinde nulla est, si non cõtinet nomen Iudicis à quo, instantis, citati, seruitoris, scriptoris, & eorum cognomina. Item certam diem, & horam comparendi, vt dixi in prima parte.

Stat c. 1. *f.* 2. *vol.* 1. *Const. lib.* 2 *de ind.*

Processus factus coram diuersis Iusdicentibus ex eodem negotio durante instantia non valet, nec tenet.

Ca. 8. *f.* 4. *vol.* 1.

Contradictio facienda est coram illo Iudice, à quo manauit executio vel pignoratio, & non coram alio, parte cõtradicente, secus non tenet.

Cap 9 *fol.* 5. *vol.* 1.

Sententia est ipso iure nulla, si feratur absq; consilio sapientis debito tempore petito.

*Stat.c.*37. *f.* 21. *vo.* 1.

Lapso biduo vtili Statuto ad portandum iura extensa, vel actum extensum, & accusata contumacia amplius portari non potest, & si portatas fuerit, non valet.

Ca. 36. *fol.* 13. *vol.* 1.

Cap. 38 fo. Omnes habitantes extra redefossa Mediolani siue agen
14. vol. 1. do, siue defendendo, debent in primo vel secundo actu eligere habitaculum in ciuitate, secus proceditur annul-
Cap. 49. & lando.
50. Commissionibus factis, exceptis casibus reseruatis, alijs,
Cap 61. fo. quàm de collegio, sententiæ procedunt nulliter.
23. vo. 1. et Compromitti, nec cõmitti potest causa aduocato alte-
54. vol. 2. rius partis in ea causa neq; alicui ex consul. d. cons. secus
& c. 413. sententia, & laudum nulla sunt. Idem si aduocato reproba
f 142. v 2 to propter exercitium alicuius artis vilis.
Cap. 66. fo. Iudex forasterius cognoscens de causis hominum suæ
24. vol. 1. terræ, vel prouinciæ parte contradicente, nulliter pro-
Cap. 39 fo. cedit: neque potest cognoscere de causis eorum fideiusso-
14. vol. 1. rum.
Ca. 251. f. Sequestra nulla sunt, si non continent clausulam, saluo
83. vol. 1. q; &c. vel si comparente sequestrato, & decente nolle, aut non posse satisdare, & sequestrare non probauerit eius intentionem in termino præfixo.
4 f. 40. v 1 Datio insolutum facta pro debito non liquido nõ valet nec tenet præceptum pignorandi, vel sequestrandi concessum forensi contra subditum non data fideiussione nullum est.
Ca. 172 f. Executio facta virtute præcepti, in quo non sit appe-
79 vol 1. situs necessarius numerus frangorum, nulla est, neque
Ca. 124. f. potest fieri lapsis triginta diebus a die concessi præce-
60. vo. 1. pti.
Ca. 236. f. Item est nulla si fiat per alios seruitores, quàm habitan-
81. vol 1. tes Mediolani, quando fit in ciuitate, vel per ducatum, vbi
Ca. 201. f. concessa est per iusdicentes Ciuitatis Mediolani. Item
68. eod. nulla est, si non dimittatur copia eiusdem. Idem de alijs
Ca. 187. f. præceptis capiendi: aut expellendi aliquem de possessio-
63. vo. 1. ne, aut robandi, seu pignorandi.

Item copiæ præceptorum executiuorum pro causa pecuniaria, siue sequestrorũ debent intimari illi, in cuius præiudicium fiant tunc temporis, & esse manu Iudicis signatæ, & continere certam diem comparendi, quando apponitur clausula iustificatiua, vel terminus comparendi cap. 187. fol. 63. vol. 1.

Si

Si relationes sequestrorum tempore suo non fient, non valent. *Ca 235. f. 81. vol. 1.*

Processus factus coram aliquo Rectore, vel iusdicente Burgi, loci, capitaneæ, vel vniuersitatis contra statuta nullus est. *C. 97. v. 2.*

Commissiones causarum de Ducatu, vel terris communibus debent fieri Doctoribus de collegio I. P. Mediolani, secus non valent, nec sequuta exinde. *Ca. 226. f. 56. vol. 2.*

Item rescripta principis debent præsentari intra mensem parte citata, secus nulla sunt. *Cõst. lib. 2*

Cautæ contradictionum coram Ill. Magistratu extraordinario sunt expediendæ intra tempora præfixa, secus nullę sunt. *Lib. 1.*

Processus de re datiaria, pedagiaria, vel gabellaria factus coram alio iudice, quàm Datiorum, non valent. *vt supra.*

Probationes ad æternam rei memoriam factæ extra iudicium, ideſt iudice non mandante, non valent. *Lib. 2. vt s.*

Citationes & quæcunque aliæ scripturæ, quę publicantur sono tubæ ad scalas Palatij Communis Mediolani, debent eadem die per copiam ad officium Panigarolarum dimitti. Idem cridæ, citationes, & aliæ scripturę, quæ debent consignari ad officium Gubernatorum Mediolani statut. si saltem intra vnam diem non consignentur, sunt nullę, nullìusque valoris, & momenti. *Lib. 5.*

Item sententia obtenta per sordes est nulla, quòsi si forte illemet, quatenus respiciat fauorem illius, qui per sordes, vel munera, obtinuit in cuius fauorem sententia, aut alia expeditio data pecunia, vel muneribus, vt supra, obtenta fuerit termino duorum mensium rei veritatem in notitiam prius detulerit sententia ipsa, aut expeditio perinde valeat, ac si nullæ sordes interueniſſent, modo alias valida sit. Dicit tamen D. Plot. quòd vbi appellatio, vel nullitas remouetur à lege, statuto, vel decreto, quòd nihilominus poterit appellari, vel notoriè, seu euidenter, vel manifestè constet de nullitate, vel iniquitate, vel si interuenerit dolus, vel lata culpa Iudicis, esto, quòd lex, vel statut. remoueat appellationē Et notorium grauamen potest semper deduci, licet statutū remoueat appellatio- *Cõst. lib. 2 de sportulis, et stat. c. 40. 41. 42. & 43. vol. 2. vbi declaratur quid sit hæc tatoria. Nu. 254. & 255. in rep l. si qñ C. unde vi.*

nem licet adessent sententię conformes Borgn. decis. 12. par. 1. n. 2.

De inhibitione nequid pendente appellatione aut tempore ad appellandum.

Vide Spec. § nouissime et § nūc dicamus n. 8. Alc. Pap. in gl n. 2. Castr. in l. app pēdente ff no. nil noui. Lanfr. Or. n. 127. Mar. num. 164.

Vide D. Quintilianū Mendoeiā de inhibitionibus. Vide etiam Hennigrū. Vide Lancell de attentatis.

INterim autem, donec disputatur super eo an causa sit appellabilis, vel ne, & etiam pendente tempore ad appellandum, ille, contra, quem fuerit iudicatum, si dubitabit, nequid attentetur vel à Iudice, vel à parte, obtinebit prœceptum, seu inhibitionem, ne quid pendente appellatione, vel tempore ad appellandum innouetur; Nam duplex est effectus appellationis, primus quòd suspendit pronunciatum; secundus quia ea pendente ligatæ sunt manus Iudicis, nec vltra potest quicquam agere, siue detulerit, siue non, & si quid innouatum fuerit, debet in pristinum restitui vel per Delegatum à Principe, vel Iudicem appellationis, & ita passim solet Senatus concedere, quòd pendente appellatione, & tępore ad appellandum nihil innouetur, & si quid innouatum fuerit, in pristinum iure medio restituetur. prædicta tamen intelligas procedere in illis casibus, in quibus vel de iure, vel ex form. statut. nil potest innouari; qui enumerantur diffusè tam per Specul. Paul. Castien. Pap. Lanfran. Oria. & Maran. vtsupra inter quos dicit, quòd appellatione pendente poterit Iudex à quo taxare expensas litis principalis instantiæ. Respectu autem interloquutoriæ an sit superledendum, & an possit transmitti inhibitio videantur prædicti qui id latè tangunt præsertim Orian. in dicto num. 127. & Guid. Papa decis. 436. num. 10. inquit quod appellatione ab interloquutoria interposita Iudex poterit procedere quousque sibi per Iudicem ad quem fuerit inhibitum, & ea, quæ fecerit, interim valebunt, & tenebunt, & secundum alios, quòd Iudex poterit procedere, valebitque processus dummodo alias sit rationabilis, nisi talis appellatio esset intima-

mata parti, nam tunc dolus partis scientis appellationem esse interpositam, & procedentis coram Iudice putatiuo ignorante appellationem, facit processum nullum quo ad ipsius partis commodum agitatum, sed quo ad processum contumatiæ punitiuum propter contemptum Iudicis non obest scientia partis quin talis processus valeat vnde si Iudex ignorat appellationem interpositam ad superiorem, vel quando ignorat ab eo appellatum, tenet processus, maximè quando sine causa rationabili fuit appellatum in absentia Iudicis. Si verò esset interposita ex rationabili causa, & non in ideo processus eius non valet, quia quando Iudex scit non habere iurisdictionem in certo casu, quia habet causam de facili elidibilem vel scit se non debere procedere non valet processus, vnde quòd indistinctè propter intimationem non factam Iudici, non impeditur deuolutio causæ appellationis, sed tenebit processus Iudicis ignorantis appellationem sine sua culpa. si autem Iudex esset in culpa quominus sibi fieret intimario, non valeret processus. Rursus quòd quando appellatum est in absentia Iudicis, & appellatio ei non intimatur, quòd tunc ipsa non vitiatur etiam si sine causa sit facta, & ex forma statutorum in causis executiuis, puta si quis prima facie, vel si per apparentem prima facie, &c. vbi in termino quindecim dierum vtilium nil fuerit probatum, vel si non factum foret depositum requisitum, aut adimpleta alia conditio a Il. requisita appellatione non obstante conceditur exequutio, & sic de aliis, & licet Iudex a quo non teneatur supersedere ab omni nouitate pendente, & interposita appellatione, pars tamen poterit innouare, nisi denuntietur appellatio, vel obtineatur inhibitio vt supra, quod quidem præceptum de iure non potest concedi nisi à Iudice superiori, ad quem appellatio deuoluitur, vel per Iudicem, cui commissa fuit appellatio, & sic si pars dubitaret de ali-

Ex tract. pract. obs. lib. 2 tit 15 obser. 6. vbi ad hæc refe runtur Ab ba. in c. fug gestis, & c. si duobus.

qua nouitate facienda per partem antequam causa appellationis esset commissa, debet recurri ad Principem, qui exinde mandat alicui Iudici, vt prouideat, ne quid pendente appellatione, &c. & si quid, &c. & tunc ille Delegatus poterit inhibere ne quid noui fiat. Et si commissa fuerit causa Iudici, ipse etiã poterit inhibere, & etiam innouare, si velit: & nullo modo potest hoc fieri de iure per Iudicem inferiorem vel parem Iudici, qui iudicauit, quia non habent iurisdictionem, sed Mediolani video fere ab omnibus contrarium obseruari, quia interposita appellatione ab ordiuario puta Magnifico Prętore, obtinent præceptum inhibitorium à Dominis Consulibus. Et talis pręcepti formula si posset concipi in substantialibus.

Præceptum nequid pendente appellatione.

1580. Indictione die
mensis in

Magnificus I. C. D. N. (si erit delegatus dices delegatus per litteras Regias Ducales tenoris sequentis videlicet si causæ Commissarius dices causę Commissarius, & Iudex inter infrascriptas partes) cui fuit expositum pro parte A. eius iuribus semper saluis, & non recedendo, &c. quòd B. vociferando vadit velle nouitatem facere in præiuditium dicti exponentis, & eius iurium, prætextu cuiusdam assertę ordinationis, seu sententiæ, (vt in facto) vt dicitur latę in quadam causa olim versa inter ipsas partes coram Domino Iudice tali, quod tamen facere non potest, nec debet de iure, stante appellatione interposita, vel durante tempore ad appellandum à dicta asserta sententia, prout de ea fidem faciet suis loco, & tempore, & volens ante tempus occurrere, quàm post causam vulneratam remedium quęrere. Ideò dicto A. sic instante, &c. commisit, &c. N. seruitori communis Mediolani, quatenus ex eius parte, & pręcepto, & ad instantiam prædictam vadat quolibet die etiam feriato ad omnes partes

ac-

neceſſarias ad denunciandum prædictam appellationem interpoſitam vtſupra,& eius pendentiam,ac præcipiendũ, prout tenore preſentium præf. D Iudex præcipiendo mãdat dicto B. quatenus ſtatim habito præſenti præcepto deſiſtat, & deſiſtere debeat,à dicta vociferatione, & neque audeat,vel præſumat directè, nec per indirectum aliquid innouare in præiudicium dictæ appellationis, ipſa appellatione pendente, (vel tempore ad appellandum) ſub pœna nullitatis omnium attentatorum, & damnorum &c. & ſcutorum centum auri Regiæ Ducali Cameræ applicandorum,& ſi quis &c. compareat &c.ad allegandam cauſas &c.& ad videndum firmari preſens præceptum, & fidem fieri de dicta appellatione, vel potes omittere, & dicere) iura produci cum oblatione copiæ &c.mandans præcipiẽdo &c. & prædicta fiant cum dimiſſione copiæ &c. & præſens præceptum intimetur etiam dicto Magnifico N. Iudici à quo,ne valeat prætendere ignorantiam &c. & in termino facies fieri firmationem tuam cum productione iuriũ in genere,atque relationem intimationis præcepti. Altera pars tenetur,& ipſa,ſi voluerit contradicere,comparere,& allegare tale quid,propter quod non debuerit concedi(vt in facto) & petere reuocationem; & ſi appellatio non eſſet in actis dimiſſa, citabit appellantem ad fidem faciendũ de appellatione termino bidui vtilis,& appellans tunc tenebitur eam oſtendere, vel per inſtrumentum, vel litteras Regias,& iſto caſu tenetur expediri facere litteras appellationis in Cancellaria, & eas deferre in actis ad cautelam citata parte; & ſi litteræ eſſent dirigendæ Senatori, tunc non expediuntur ante tẽpus,ſed habetur fides appellationis pendẽtis corã Senatu ſub die tali ab vno Egregio ex Secretariis. facta fide de appellatione partes cõrendũt de validitate,vel inualiditate ipſius inhibitionis. Iudex deinde pronũciat an ſortiri debeat effectũ,vel nõ,Si quid aũt pendente appellatione fuerit innouatũ, & attentatũ lite pendẽte poterit citari pars ad videndũ attentata reuocari, & in termino citationis fit ſimilis comparitio cum ordinatione.

1600.die N. menſis N. in Veſperis.

Coram dd. Conſulib. Iuſt. Mediolani,ac I. C.d. N. eorum conſultore prorogato.

Com-

Comparet Demosthenes Orator cum reseruatione &c. in termino citationis ad eius instant. transmissæ Isocrati Rhetori effectus prout in ea &c. & non recedendo &c. petit & requirit quatenus præf. dd. consules, & consultor velint, & debeant tollere, & reuocare assertum præceptum apprehendendi per eos, vt dicitur concessum ad instant. ã præfati Isocratis, pro executione assertæ sententiæ, vt dicitur, inter dictas partes latæ de consilio I.C. collegiati d.N. vna cum secutis exinde tanquam innouatum & attentatũ pendente appellatione & nullitatis dictione ab ea asserta sentẽtia interpositæ per præfat. Demosthenem, vt in actis &c. & in eius præiuditium, ac contra ius &c. & hoc etiam cum condemnatione expensarum de quibus protestatur &c.

Qui prędfati dd. Consules, & consultor ordinant omnia innouata per ipsum Isocratem appellatione &c. fuisse & esse in pristinum restituenda &c. prout restituunt & restitui mandant quoad omnem effectum. Signat. Giustianus Consultor prorogatus deinde additur, præsente præf. Demosthene acceptante &c. hic nota, quòd si non vis dare causam parti ad appellandum à pronuncia de exequendo, vel de non admittendo, facias quod Iudex concedat præceptum exequendi sententiam, ita Lanfr. Orian. nu. 102. lit. B. & si rationabilem dixerit, pars teneatur supersedere ab omni nouitate pendente dicta appellatione, & illius prosequutione. Vnde interim appellans poterit silere per debitum tempus concessum à iure, vel à statutis Terrarum ad prosequendum appellationes, quod de iure est anni, & ex causa biennii, & aliquando triennii, Specul. §. nunc breuiter Mar. num. 228. par. 6. Ori. nu. 91. Rol. fol. 417. & ex forma statutorum Mediolani. cap. 131. debet prosequi ad tardius, quod supersint in prima appellatione dies viginti vtiles, & in aliis appellationibus similiter viginti quinque dies vtiles ad complendum annum, vel biennium, aut triennium, si concessum fuerit, quod concedi potest & ex causa iusti impedimenti. Respectu autem interloquutoriarum debet committi causa infra duos dies vtiles proximè futuros post illud quatriduum concessum ad appellandũ confidenti partium. Idem respectu commissionis grauaminis,

Vide prædicta Rosoës decis. quod dicatur iustũ impedimentũ, & Spec. §. vi-

&

& interloquutoriæ consilio sapientis. si per Iudicem non fuerit reuocarum præuio prius depositio salarii sapientis, & librarum sex Imperialium, & hoc quando dictum gratiamen, siue præceptum concessum fuisset, vel interloquutoria lata parte presente, vel absente, legitimè tamen citata per contumatiam, vel etiam non citata parte.

sup. nu. 3. & 4. Stat capit. 196. vol. 2 & cap. 49. vol. 1. Spec. §. eō. Rolā. 417. Sūma Hostiens.

Et tale tempus prosequendæ appellationis incipit à die appellationis interpositæ in antea, sed in aliquibus casibus non currit, puta, pendente compromisso, nec eius prorogatione, neque si petita fuisset commissio ipsius appellationis, & pars contradixisset inculcatim, vel per Iudicem staret, aut penderet causa coram Principe, quia per illud tempus non currit.

Et tempus istud prosequendi appellationē poterit prorogari per illud tempus, quod placuerit ipsis partibus, & etiam abbreuiari, non tamen instantia de iure, sed tamen ex forma nouarum constitutionum. lib. 2. tit. de appellat. poterit prorogari instar instantiæ causę principalis. Non etiam de iure poterit abbreuiari, nec prorogari terminus appellandi.

Mar par. 4 12. plen. de stin. nu 3. vbi dicit quod de cō sensu partium possunt prorōgari tempore appellationum.

Si autem appellatus vellet præoccupare tempus indultum vel à iure, vel ex forma statutorum solet & poterit, (quia id permittitur ex forma statutorum Mediolani) citari facere appellantem ad dandum confidentes in forma pro committenda dicta appellatione, in aliis verò locis, vbi tale statutum non viget, non posset præuenire appellantem nimis cito puta citius mense, vel bimestri ante finē anni, Iudex tamen poterit arbitrari tale tempus congruū secundum Hostiens. qui ad hoc multa distinguit & concordat, aut recurritur ad Senatum qui dat litteras vt committatur dicta appellatio, & hoc frequentius vtimur, & qnando alibi vrgeret statutum, vel præscripta consuetudo restringens ius commune, sed reducens ad certum tempus causas appellationum, pars appellata benefitio Principis solet obtinere reductionem huiusmodi termini, & quando commissio huiusmodi appellationis, & siue articuli esset commissa in contumatiam dumtaxat partis appellantis, tūc erit intimanda dicta commissio ipsi parti appellanti, secus tempus tridui vtile non curreret ad producendum libellum

lum appellatorium, & illum intimandum, nam quandò aliquis actus potest recipere variationem vel diuersitatẽ, tunc debet intimari parti contumaci etiam si facta fuerit eo citato. Vide Stiaticum. cap 7. num. 1. vsque ad 5. & Orian. nu. 10. de dilatio. Qualiter sint faciendæ commissiones in causa appellationis &c.

Cum autem fuerit pronunciatum siue per Iudicem à quò, siue per Iudicem articuli causam esse appellabilem, & aduenerit tempus prosequendæ appellationis, tunc cõmittenda erit dicta causa, sed imprimis aduertendum erit, coram quo appellatio interposita fuerit, & successiuè veniat exercenda, nam si sit appellatum coram Iudice ordinario, vel Delegato, quod solet fieri per instrumentũ, tunc citatur appellatus ad dandum listam eius confidentium &c. de mandato alicuius Iusdicentis ordinarii, quia ex forma nouarum constitutionum tales Iusdicentes censentur delegati à Principe ad committendum causas appellationum &c. Si autem appellatum esset ab ordinario, vel Delegato coram Principe, tunc si causa sit cognoscenda per aliquem Commissarium de Collegio, leuatis, siue expeditis litteris committendæ appellationis, eisque, de more citatis citandis, præsentatis in actis, & datis de more confidẽtibus. Iudex facit eius commissionem confidenti, & statim commissio ipsa originalis defertur tali commissario qũi eam acceptando iurat, & subscribit. Iudex enim ille causæ Commissarius tenetur acceptare dictam commissionem, & iurare iuxta formam nouarum constitutionum. lib. 2. de appellationibus & statut. 131. vol. 1. quòd iustè iudicabit in dicta causa, Deum semper præoculis habendo, eiusque tremendum Iudicium expectando, & iste Cõmissarius solus cognoscet causam absque adiuncto, nisi fuerit de partium consensu, ex dispositione nouarum constitutionum. lib. 2. de appellationibus.

Si verò appellatum fuerit à sententia, vel ordinatione Capitanei Iustitiæ per instrumentum publicum, tunc fit supplicatio per appellantem, qua exponitur sicuti appellatũ fuit, & petitur committi ipsam causam ipsius appellationis alicui ex Illustribus Senatoribus, & super ipsis fit decretum per Senatorem in forma, cuius virtute expedium-

tur

tur litteræ, seu minuta, super qua non apponitur nomen commissarii, sed Illustris Præses dicit, quòd dentur suspecti, & in executione ipsius decreti citatur pars de mandato Senatus Excellentissimi ad dãdum suspectum, & datis hinc inde suspectis si voluerint, Illust. Præses committit ipsam causam, cui maluerit, ex alijs Senatoribus. Si autem loco suspecti deferreretur comparitio, puta, quòd allegaretur, non esse deferendum appellationi, vel aliud huiusmodi iuridicum, tunc secretarius remittit ipsam minutam Illustri Præsidi monens, sicuti loco suspecti delata fuit comparitio, & tunc Illustris Præses solet iubere quòd legantur, & tunc iterum monita parte ad nominandum suspectum de lectoribus ciuilis lecturæ illius mensis, exinde scripturæ deferuntur vni ex ipsis non suspecto, qui, vbi negotium sit arduum solet legere in Senatu, & aliquando solet domi expedire, & frequentius expediuntur litteræ commissoriales in forma, si causa &c. omissa clausula, & dubio emergente &c. & aliquando additur, quòd in primis cognoscatur an sit appellabilis, vel retardari debeat executio.

Et prędicta obseruantur etiam quando appellatum fuit vel à sententia lata per vnum ex Illustribus Senatoribus, vel per Magistratum ordinarium, & Magistratum extraordinarium in casibus tamen permissis.

Expeditis autem litteris dictæ commissionis causæ, ille Senator non solet iurare, prout facit Commissarius de Collegio, sed de eius mandato citatur pars ad videndum præsentari dictas litteras appellationis; & si pars aduersa habitat extra fossa ciuitatis, Citatur quoque ad eligendum habitaculum in Ciuitate, vbi possit intimari libellus appellatorius cum comminatione &c. & in termino fit productio litterarum, & electio habitaculi, & intra tres dies vtiles producitur, & intimatur libellus appellatorius, & citatio solet subscribi à Senatore, & eius Cancellario.

Quando coram Principe appellatum fuit ab aliqua sententia, cuius appellatio sit cognoscenda per Magistratum ordinarium, solent expediri litteræ per Senatum ipsis Quæstoribus instar litterarum, quæ dantur Iudicibus ordinarijs, non tamen additur clausula, dubio verò emergente

gente &c. neque Magistratus solet iurare; & exinde seruatur quod supra dictum est de commissione Senatoris, & illustris Præses ille est, qui signat citationes, libellum, & alia huiusmodi, si verò ipsa appellationis causa mediatè sit introducta coram dictis Quæstoribus ordinarijs, tunc non citatur ad dandum confidentes, quia totum tribunal iudicat, sed tempore suo producitur libellus appellatorius, & intimatur.

Quando verò appellaretur ab ordinatione, seu sententia Dominorum Executorum lata inter priuatos ex alia causa, quàm datiaria, vel Fiscalis, tunc si appellatum fuit per Instrumentum coram ipsis Dominis Executoribus, seruandum erit, quod notatum fuit de commissione appellationis committendę ab ordinario; si verò coram Senatu, diriguntur litteræ Iudici ordinario, vel ipsismet Exequutoribus, vt causam committant alicui Doctori de Collegio; quæ commissa habet instantiam vt supra dictũ fuit.

Causę appellationum à sententiis Dominorum Abbatum, & Consulum Mercatorum Mediolani, si admissę fuerint, vel executioni missę, prius facto depositio expensarum faciendarum in causa appellationis pro eadem summa, pro qua in causa principali condemnatus fuit, debent cõmitti duobus, vel tribus consulibus confidentibus, &c. secus in contumaciam &c.

Const. li. 5.

De Senatoribus.

Et per nouas constitutiones lib. 1. cautum est, quòd condemnatus per sententiam, decretum, vel prouisionem Senatus, in termino à iure præfixo, dierum iure communi decem, at nostro quatuor: quia reuisio ista succedit loco appellationis: at iure nostro appellan. est intra quatriduum. & vide Vin. de Fran. decis. 252. par. 2. vbi etiam ait quod cum Senatores discordant, & paria sunt suffragia Illustr. Præsidem posse alterutri parti adhęrendo litem dirimere, coram eodem Senatu supplicare, reuisionemq; petere possit, quæ per Senatum concedatur, & per eundem Senatum reuideatur parito prius iudicato, & exequutioni missa sententia, ac facto depositio aureorum centum penes secretarium Senatus, quod Fisco cedat casu quo petens reuisionę succubuerit.

Quòd attinet ad reuisionem arbitramentorum necessario-

fariorum etiam si voluntariè facta fuerint, quæ reuisio solet concedi, & obtineri à Principe ideſt Senatu Excellentiſſimo. Poſtquam litteræ dictæ reuiſionis fuerint conceſſæ, tu teneris præſentare dictas litteras Iudici ad quem, parte citata: & ſi in dictis litteris non fuerit derogatum ordinibus editis in materia arbitramentorum, quæ non poſſunt dici iniqua, quod ta ò cõceditur, imò frequẽtius additur de ſtylo clauſula ſeruati, ordinibus in tali materia editis. Teneris etiam ſeruare diſpoſitionem ſtatutorum quæ in effectu concordant cum diſpoſitione nouarum conſtitutionum, quæ mandant, quòd petens ipſam reuiſionem primò, & ante omnia teneatur ſoluere alteri parti omne & totum id, in quo condemnata fuit in ipſis arbitramentis occaſione expenſarum litis, & pro ſalario, & item ex cauſa depoſitis fideiubere de ſoluendis expenſis faciendis in ea cauſa reuiſionis, ac etiam pœna in compromiſſo appoſita ſtatut. debet deponere penes idoneam perſonam, & confidentem, vel vnius in contumatiam alterius omnes expenſas taxandas per Commiſſarium datum per litteras, aliter per Delegatum, cui emanabunt litteræ pro ipſa reuiſione facienda, vel committenda, ita tamẽ, quòd ſi ipſe petens obtinuerit pro maiori parte in cauſa dictæ reuiſionis, eo caſu tale depoſitum reſtituatur illi, qui depoſuerit. Si verò ſuccubuerit, detur parti, contra quam petita erit reuiſio, ſi in tanta parte condemnabitur, nihilominus condemnatio ſi pro expenſis fuerit maior, teneatur etiam ad reſiduum ille petens reuiſionem. Item teneatur deponere illam quantitatem occaſione pœnę appoſitę in compromiſſo, & expenſarum in cauſa reuiſionis faciendarum, de quibus inſpecta qualitate ipſius pœnę, & perſonarum, ac rei qualitate, quæ videbitur ipſi delegato, vel ei, cui facta erit commiſſio reuiſionis per litteras; & prędictę ſolutiones, & depoſitiones fiant, antequam ipſa commiſſio fiat per Delegatum, vel per commiſſarium, antequam ſe intromittat de cognitione ipſius cauſæ. ſi verò litteræ concedantur, aliter vel cum derogatione dictorum ordinum, litteræ ipſę ſeruentur ad litteram, & ſic tunc in prę-ſentatione ipſarum litterarum dictæ reuiſionis, pręuia citatione partis, teneris adimplere adimplenda, ſi in litteris

Stat. c. 117
vol. 1. & 182. vo. 2.
Lib. 2. eo. tit.

non

non in derogatum ordinibus, & sic teneberis in citatione transmittendæ parti ad videndum præsentari dictas litteras reuisionis, dictum aduersarium interpellare ad accipiendum summam expensarum, in quibus fuisti condemnatus, secus ad videndum eas deponi penes Actuarium ét respectu salarii, & item ad videndum per Iudicem eligi depositarium, penes quem fiat depositum expensarum, & in omnibus iuxta formam statutorum in termino facis comparitionem, quæ sic posset concipi.

1580. Indictione die mensis in coram magnifico I. C. D.N. Honorando Iudice Prætorio ad signum Galli Mediolani delegato &c.

Comparet N. semper cum reseruatione quorumcunque eius creditorum, iurium, & actionum, & non animo dicendi, & nec fatendi aliqua sibi præiudicatura, & ita quòd inutile non vitiet vtile, nec per vnam viam alteri derogetur, & non aliter &c. occasione, & in termino citationis ad eius instantiam emanatæ B. effectus, & continentiæ prout in ea &c. ad quam &c. & producit, præsentat, & exhibet litteras Regias Ducales, vna cum supplicatione annexa &c. non vitiatas &c. datas, signatas, & sigillatas &c. tenoris huiusmodi videlicet. Philippus Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c. Dilectè noster si debitor temptore petita est reuisio arbitramentorum, de quibus tractat occlusa supplicatio A. vobis mandamus, vt eam partium confidenti, vel vnius in contumaciam, seu renitentiam alterius de Collegio Doctorum huius Ciuitatis committatis, qui, si arbitramenta ipsa nulla esse cognouerit, nulla declaret, si verò aliqua, & lesionem saltem vltra, sextam continere, illa moderetur, & ad arbitrium boni viri reducat, seruatis ordinibus super reuisione arbitramentorum editis; decernendo supplicationem ipsam habere vim petitionis reuisionis arbitramẽtorum, modo tempore debito porrecta sit, exhibita enim nobis fuit die mensis Datum Mediolani die &c. signatum; à tergo sapienti I.C. Iudici N. Mediolani nostro dilecto sigillatũ &c. Sereniſſime Rex, mensibus præteritis fid. M. V. seruus A. parte vna, & B parte altera sese compromisserunt in Magnificum I.C. D.N. Vicarium Prætorium Mediolani, de differentiis inter ipsas

partes

partes vertentibus, & pro quibus lis cepta erat coram d. D. Vicario Pretorio Mediolani, inter ipsum supplicantē, & B. in causa cuius compromissi ad aures, & notitiam supplicantis deuenit ipsum Dominum Iudicem fecisse eius arbitramenta, per quæ in aliquibus capitibus videtur valde grauasse dictum supplicantem ab eisque in ipsis capitibus ipsum valde læsum esse, vltra quòd dicta arbitramenta in capitibus præiudicialibus prædicto supplicantiæ fuerunt, & sunt iniqua, & annullanda, seu saltem moderanda in dictis partibus, verùm ne in futurum plus grauetur, & lædatur supplicans ipsorum arbitramentorum in partibus ei præiudicialibus tantum reuisionem petit, ac de dictorum arbitramentorum in dictis partibus præiudicialibus tantùm iniquitate dicit, intendens prosequi reuisionem, & iniquitatem ipsorum arbitramentorum ad M. V. cui reseruata est concessio reuisionis arbitramentorum, recurrit ipse A. supplicando dignetur per suas litteras mandare Domino A. Iudici Mediolani, quòd reuisionem, ac iniquitatem, & læsionem ipsorum arbitramentorum committat confidenti partium ex Doctoribus Collegii Mediolani, vel vnius in contumatiam, seu renitentiam alterius, iustitiam facturo inter ipsas partes, & ita &c. Et petit earum exequutionem, & eas exequi; & pro earum exequutione fieri commissionem, & in omnibus, & per omnia, prout dictę litterę mandant, & ad effectum &c. offert dare, & numerare dicto B. si quid ei dandum, & numerandum sit, quod non creditur insuper eligi personam idoneam partium confidentem ipsius A. in contumatiam, seu renitentiam aduersantis, penes quam deponatur illa quantitas denariorum pro expensis faciendis, pro ipsa reuisione & pro expensis verisimiliter faciendis in causa ipsius reuisionis, de quibus pecuniis disponatur, prout statut. mandant, petitque declarari ipsam summam pecuniarum deponendarum, vtsupra, & fieri in omnibus, & per omnia, prout ex forma ordinum requiritur, circa requisitiones, quæ fiunt de reuisione arbitramentorum ad formam statutorum &c. & protestatur, quod per eum non stat &c. & constituit aduersantem in omni mora &c, qui prędictus Magnificus Dominus Iudex, vi-

sa suprascripta comparitione, & compromisso facto inter ipsas partes, & visis videdis elegit, & eligit C. pro idoneo, penes quem deponantur libræ quadraginta Imperialium pro expensis faciendis pro ipsa reuisione, & pro expensis verisimiliter faciendis in tali causa reuisionis, de quibus disponatur ad formam statutorum in tali materia disponentium, & vtiupra, signatur. præsente dicto A. & acceptante.

Si pars aduersa erit citata ad videndum fieri etiam effectuale depositum penes personam eligendam per Iudicem, poteris statim facere dictum depositum ad formam dictæ ordinationis, secus citabitur pars ad videndum fieri depositum effectuale penes talem personam electam, & in termino fiet depositum.

His aptè succedit practica de committi faciendo consultori grauamen illatum, vel interloquutoriam latam parte prçsente, vel citata, vel absente, vel non citata, & placebit subnectere comparitionem, qua petitur taxari salariũ consultoris hoc modo videlicet.

1580. die mensis in coram multo Magnifico I.C. Domino Iudice ad signum Galli Mediolani. Compatet A. saluis iuribus suis &c. & cum protestatione expensarum, & sine præiudicio appellationis, & rei ad eius fauorem iudicatæ, in termino citationis emanatæ B. ad videndum fieri infrascripta, & saluis semper præmissis dicit de nullitate, & iniquitate asserti præcepti continuatorii per prçfatum Magnificum Dominum Iudicem concessi præfato B. in præiuditium ipsius A. & iurium suorum, & ad effectum vt committatur grauamen petitum à dicto prçcepto iuxta formam statutorum Mediolani, sine præiuditio appellationis &c. & vt nihil imputari possit præfato Magnifico Domino A. quominus seruentur seruanda, & ad cautelam petit per ipsum Magnificum Dominum Iudicem taxari salarium sapientis, iuxta formam statutorum Mediolani superinde disponentium, offerens iuxta dictam taxationem facere depositum, & alia sibi incumbentia, & protestans per se non stare &c.

Qui præfatus Magnificus Dominus Iudex visis &c. elegit N. pro idoneo, penes quem deponantur libr̃ N. Imperia-

perialium, pro salario consultoris eligendi, & lib. sex Imperialium dandę aduersario iuxta formam statutorum superinde disponentium.

Succesſiuè, si pars erit citata ad videndum fieri depositū, facies depositum pro ſumma taxata per Iudicem, ſecus citari facies aduerſarium, vel eodem die, vel ſequente iuridica ad videndum fieri depoſitum pro ſumma taxata, quā exprimere poteris in citatione tranſmittenda, & ſi incontinenti facere poſſes depoſitum, puta, quòd ad id citatus eſſet aduerſarius, ſic poteris concipere formam depoſiti. Poſt quam quidem ordinationem præfatus A. eius iuribus ſemper ſaluis, & aliàs ad omnem bonum finem &c. depoſuit, & deponit prędentialiter, realiter, & vere dictas libras N. pro ſalario, & lib. ſex Imperialium pro dando parti iuxta formam ſtatutorum Mediolani, & dictę ordinationis penes N. fil. quon. portę N. & Parochiæ Sancti N præſentem, & eas libras N. Imperialium in depoſitum verum, & reale habere confitęntem, & qui ex cauſa depoſiti conſtituit ſe principalem etiam inſolidum, vtſupra, pignori mihi Notario infraſcripto ſtipulanti nomine cuiuslibet cuia intereſt, & hoc ad effectum vt committatur dictum grauamen illatum dicto A. (ſine præiuditio dictę appellationis, vtſupra) in concedendo præfato B. modo, vtſupra, ſupraſcripto prędepto præfato A. non citato, nec ſeruatis aljs de iure ſeruandis, & contra formam iuris, & ſtante quòd prędfatus A. auctore Prętore continuatus eſt in poſſeſſione, vbi ex Magnificis D. I. P. Mediolani de Collegio &c. & ex nunc prędfatus A. eſt paratus, & offert dare confidentes, in tot numero quot concurrant in vnum, cum confidentibus prędfati Magnifici A. aliter quòd committatur in contumaciam, ſeu renitentiam &c. & exhibet ibidem liſtam confidentium ſuorum ad effectum &c. & conſtituit præfatum aduerſantem in omni, & vltima mora &c. & prout latius &c. ſaluo iure &c.

Video per aliquos obſeruari, quòd antequam fiat ordinatio per Iudicem, & electa ſit perſona idonea, faciunt cōparitionem, & deponunt illam veriſimilem quantitatem ſalarii, quę poſſet dari Conſultori & illas libras ſex, & ſucceſſiuè offerunt deponere maiorem quantitatem, vbi in ma

tori quantitate dictum salarium sit taxatum, & fide iubent de tali deposito faciendo ad effectum ne differatur commissio articuli, id tamen mihi non placet, nam in aliquo offenditur dispositio iuris municipalis, nec pars potest talem actum eligere, non mandante Iudice, & cum lex est certa, non debet interuerti, verba autem statuti sunt hæc, si quis dicere voluerit aliquod præceptum, seu aliquam interloquutoriam latam, seu latum partibus præsentibus, vel vna presente, & altera per contumatiam absente, absque consilio sapientis de Collegio Iudicum Mediolani, contrario Imperio per eundem Iudicem debere reuocari possit, & debeat hoc dicere infra duos dies vtiles à die grauaminis illati, & scientiæ computandos & non vltra. Idem habeat locum in præcepto, seu interloquutoria facto, vel lata parte absente, & non citata in casibus prædictis, & vbi fiat reuocatio, vt supra, teneatur iusdicens ad petitionem cuiuslibet ipsarum partium grauamen ipsum committere partium confidenti, vel vnius in contumatiam alterius infra duos dies vtiles post interpositionem grauaminis videndum, & examinandum, & ipsi iusdicenti consulendum; Qui consultor teneatur consilium suum in scriptis dare infra quindecim dies, à die commissionis sibi factæ exclusiuè: & si in dicto termino non fuerit datum, vt supra, vlterius non audiatur, sine tamen præiudicio iuris appellandi, vbi tamen ius appellandi competat; tunc, si in tempore dixerit, teneatur ipsa die, vel sequenti proximè iuridica salarium sapientis deponere, secundum formam statutorum de sapientibus dandis, & si contingat, aliquem dicere interloquutoriam, seu præceptum contrario Imperio debere reuocari, & succubuerit, amplius ad grauamen prosequendum non audiatur, & succumbens condemnetur in expensis, prout in aliis statutis præsentibus continetur.

Statutum verò de sapientibus dandis sic loquitur. In quibuscunque causis ordinariis, vel extraordinariis etiam summariè motis, seu mouendis in Ciuitate, seu Ducatu Mediolani, coram quocunque iusdicente, etiam si fuerit delegatus, in quibus petituum fuerit consilium sapientis super aliquo articulo emergenti, incidenti, dependenti,

denti, connexo, vel orienti, aut dubio, ac etiam in grauaminibus, quæ interponi contingant, non teneatur, nec debeat iusdicens ipsum consilium dare, nisi processerit de voluntate vtriusque partis, vel nisi altera tantum petens, deponat apud Capsorem idoneum eligendum per Iudicem salarium sapientis requisitis arbitrio Iudicis, coram quo petitum sit taxandum ea die, qua petitum fuerit ipsum consilium, vel die sequenti iuridica, inspecta qualitate facti, vel personarum, & ea die, vel sequenti, vtsupra, deponendum, à qua taxatione non possit appellari, querelari, aggreuari, nec officium Iudicis implorari, nec de nullitate dici, nec alio quouismodo excipi.

Et vltra hoc deponere teneatur, vtsupra, libras sex Imperialium dandas aduersario, contra quem petitum fuerit consilium sapientis, si succubuerit in eo, super quo petitum fuerit consilium. Vlterius idem petens dictum consilium, & succumbens, vtsupra, condemnetur in expensis ea occasione factis, omni exceptione remota; & si ipsum consilium denegatum fuerit, vel non concessum per Iusdicentem, & vtsupra, pro eo, quòd petens consilium prędictis non satisfecerit, nihilominus processus postea factus valeat, & teneat, & Iusdicens, vtsupra, denegans vel non concedens nullam pœnam incurrat.

Si verò de voluntate vtriusque partis petitum fuerit ipsum consilium, vel altera pars ipsum petens prędicta obseruauerit, teneatur iusdicens committere articulum, vel grauamen alicui de Collegio I.P. Mediolani, partium confidenti, vel vnius tantùm, in contumatiam alterius ad sibi consulendum in causa ipsius articuli, vel grauaminis, infra dies quindecim immediatè sequuturos diem factæ commissionis; Qui sapiens nullum socium petere possit, sed ipse solus consulere debeat articulum sibi commissum, & durante tali commissione, instantia principalis causæ stet in suspenso, nec aliqualiter currat tempore ipsius instantiæ, nec probationum faciendarum.

Quod autem attinet ad commissionem appellationis ab interloquutoria, eius verba sunt ista. Appellans à *Statut. 196. vt.* §

merè interloquutoria, à qua de iure, vel ex forma statutorum communis Mediolani, possit appellari, teneatur, intra quatuor dies proximè futuros, post ipsam interloquutoriam, ipsam appellationem interponere, & intra duos dies vtiles proximè futuros, post illos quatuor teneatur ipsam appellationem committi facere confidenti partium, vel vnius in contumatiam alterius per aliquem Iudicentem videndam, & decidendam infra dies viginti à die commissionis exclusiuè, facto prius depositio, ante ipsam commissionem, de lib. lex Imper. penes capsorem, quæ cedant lucro aduersarii, casu quo appellans succubuerit in causa dictæ appellationis, & vbi prædicta non obseruauerit, appellans intelligatur renunciasse dictæ appellationi, & vbi dicta interloquutoria lata fuerit in aliqua causa instantia ipsius causæ, & tempora probatoria stent in suspenso, tenetur appellans citare partem, ad videndum fieri depositum infra illos duos dies vtiles concessos ad committi faciendum appellationem, de lib. sex imperialium penes capsorem, vel poteris citare ipsum aduersarium tuum ad dandũ listam eius confidentium in tot numero, quot in vnum concurrant cum confidentibus tuis, & simul eodem actu ad videndum per te fieri depositum de lib. sex Imperialium penes Capsorem deponendis, ad formam statutorum, & sic in termino petes ad cautelam per Iudicem eligi Capsorem, & penes eum facies depositum effectuale: atque simul exhibebis listam confidentium, & instantissimè petes fieri cõmissionem dictæ appellationis, & constitues aduersarium in omni mora, & negligentia, & protestaberis iteratò per te non stare, quominus dicta commissio fiat; nam ista protestatio operatur, quòd, contradicente parte, commissio non fiat, tempora faciendę dictę commissionis non current, ex dispositione statutorũ, per quę cauetur, quòd in casibus, in quibus ex forma statutorum sit facienda aliqua commissio, & si illa pars, quæ noluerit ipsam commissionem fieri, citari fecerit alteram pro ipsa commissione facienda, & per illam partem, quæ intendit commissionem fieri debere, non steterit, quominus ipsa commissio fiat, tunc tẽpora non currant, sed in suspenso stent donec commissio facta fuerit: quæ tamen commissio fieri possit, suspensione

non

non attenta. Sed si aduersarius nihil contradixerit, esto quòd listam confidentium non exhibuisset, tu tamen teneberis ipsam commissionem fieri facere, secus illa tua protestatio nihil tibi penitus opitularet. Si verò aduersarius contenderet, debes diligentiam facere apud Iudicem pro dicta commissione facienda, & vt apparere possit de tali tua diligentia, transmittes vnam duas, tres, & quot volueris citationes parti, pro tali commissione facienda, & in actis facies comparitiones, petesque fieri commissionem & protestaberis contra Iudicem.

Hoc est aduertendum secundum Orian. in tract. de arbitr. quòd licet tempus exercendę appellationis, seu instantię causę appellationis exercendę, currat de iure communi à die interpositę appellationis attamen disponente statuto, vel decreto, quòd debeat eligi certus Iudex appellationis ex numero confidentium, si post interpositam appellationem partes starent decem annis ad faciendum dari Iudicem appellationis, nunquam currit tempus instantię appellationis, quia non adest Iudex, ad quem possit adiri, vt ipsa appellatio exerceatur à principio.

Aduerte etiam quòd libellus, & satisdatio in prosequutione appellationis interloquutorię non solet frequentius porrigi nec pręstari, sed qualisqualis petitio simplex, & expressio causarum grauaminum; ego tamen si in interloquutoria essem, vim definitiuæ sententiæ habente seruare formam datam per No. Const. quæ generaliter loquuntur & omni appellatione, cautius dumtaxat agendo.

Qualiter sit procedendum in causis appellationum.

FActa respectiue commissionis, siue appellationis à definitiua, siue interloquutoria, siue reuisionis arbitramentorum, erit ad vlteriora procedendum videlicet in causis appellationum à definitiua est producendus libellus appellatorius intra tres dies vtiles immediatè sequentes cõmissionem, & intimandus parti personaliter, vel ad domũ eius habitationis, si habitaret in Ducatu Mediolani, sin ex-

tra, ad domum electi habitaculi, si elegisset, secus ad scalas Pallatii Broleti Noui Communis Mediolani, præcedente interloquutoria Iudicis, vel posses recurrere ad Senatum per prorogationem dicti triduj vtilis per tempus congruũ, vel posses intimari procuratori, qui comparuisset in causa ad dandum suspectum, ideſt confidentem; & puto, quòd ipse procurator deberet habere mandatum, ne intimatio redderetur nulla, & in hoc quisque circumspectus sit, & Actuarii munus esset in ijs casibus non admittere quem ad dandum confidentes pro alio, nisi iuberetur priùs docere, & doceret de mandato, ad hoc ne locus esset decipulæ.

Respectu autem reuisionis arbitramentorum necessariorum non solet offerri libellus, sed fit requisitio, in qua necesse est docere, quòd interuenerit læsio vltra sextam partem in dictis arbitramentis, hoc enim cessante, reuisio de vento seruiret: Nam constitutio vult quòd arbitramenta non moderentur, nisi contineant læsionem, & quòd illa læsio sit vltra sextam partem, & idem vult statut. Mediolani, & in petitione petet dicta arbitramenta moderari, & reduci debere ad arbitrium boni viri.

Forma libelli appellatorij.

PRoductio libelli appellatorii non discordat à productione libelli instantiæ principalis. Ideo omisso proœmio ipsius productionis sic. In Nomine Domini. Amen. Coram multum Magnifico I.C. D.N. si erit Senator addes, Reg. & Duc. Senatore, si erit Magistratus, Illustribus Præside, & Quæstor. ord. rer. Status Mediolani, si Doctor Collegii, de Collegio Magn. I.P. Ciuitatis, & Ducatus Mediolani, deinde clausula communis, Iudice, & Commissario causæ & quęstionis appellatio. nullitatis, & iniquitatis interpositę pro parte inf. ascripti B. ab inscripta asserta sententia, significat, & exponit B. contra, & Aduersus A. & quamcunque aliam personam pro eo, vel eius nomine in iudicio legitime comparentem, & interuenientem, & per eam personam dictum A. quòd Magnifici

Do-

Domini Consulis Iustitiæ Mediolani protulerunt, & pronuntiauerunt quandam prætensam sententiam, si tamen nomen sententiæ meretur, in asserta causa, & quæstione tunc, vt asserebatur, vertente coram dictis Consulibus inter dictum B. ex vna, & dictum A. ex altera si de consilio addes, de asserto consilio, & secundum assertum consilium, vt dicitur, sapien. viri D N. asserti consultoris in dicta causa, in hunc modum, & per hæc verba videlicet, ponitur tenor totius sententiæ, prout sic, vel aliter in ea asserta tenentia reperiatur contineri, ad quam relatio habeatur. Quam quidem assertam sententiam, & omnia, & singula in ea contenta acceptauit, & accèprat in partibus fauorabilibus tantum, in præiudicialibus autem dixit, & proposuit, ac etiam nunc dicit, & proponit fuisse, & esse nullam, nulliusque valoris, efficaciæ, & momenti in illis passibus, punctis, & articulis tantum in quibus lata sit, vel esse reperiatur contra ipsum B. & eius iura: & in quantum esset, seu esse reperiatur aliqua; dixit, & proposuit, ac iterato proponit, & dicit dictam assertam sententiam fuisse, & esse iniquam, & iniustam, & iniquè, & iniustè latam, & pronunciatam in passibus, punctis, & articulis dè quibus supra, & ab ipla tamquam nulla, & iniqua appellauit, prout in dictis nullitate, & appellatione interpositis latius exprimitur. Quare cum prędicta vera sint, petit, & requirit dictus B. à præf. Magn. D. Iudice Commissario antedicto quatenus per eius definitiuam sententiam pronunciet, sentẽtiet, & declaret dictam assertam sententiam in passibus, & capitulis contra eum, & eius iura facientibus, & de quibus supra, fuisse, & esse nullam, nulliusque valoris, & momenti: & in quantum sit, vel esse reperiatur aliqua, fuisse, & esse iniquam; & iniustam in partibus, & capitulis antedictis, & ab ea tanquam iniqua, & iniusta fuisse, & esse benè appellatum, & de nullitate dictum, & intra debitum tempus, & malè, & nulliter iudicatum, & prædicta petit, & requirit per præfatum Dominum Iudicem, & Commissarium fieri, & executioni mandari omnia via, iure, causa, & forma, seu modo, quibus melius fieri possunt, nonobstante contradictione ipsius A. partis aduersę, vel cuiuslibet alterius personæ pro

to

eo in iudicio legitimè internenientis, seu interuenire volentis. Deducendo,&c. (& deducit ipse B. in iudicium omne ius suum, omnemque suam actionem, vndecunq; quomodocunque, & qualitercunque competens, pertinens,& spectans) non se astringens,&c. saluo iure,&c. (ipsi B. addendi, diminuendi, corrigendi, supplendi, mutandi,& emendandi, & omnium alium aliarum suarum petitionum, & rationum,& si contradictor apparuerit, protestatur de omnibus expensis,&c. factis,& faciendis, suis loco, & tempore declarandis, & taxandis. Insuper dictus à iurauit,& iu-

Vide sta c. 121. vo 1. & no cõst. de appell.

rat ad S. D. E. M. S. C. T. S. coram præfato D. Iudice, & commissario, se non dolo, vt supra, nec calumnia, sed credẽs iustam fouere causam appellasse, & nullam (in quodam formulario veteri adsunt sequentia verba iniquam, & iniustam) dixisse, vt supra,& in omnibus, & per omnia, & de verbo ad verbum iurauit,& iurat, prout iurari debere,& requirit secundum formam statutorum constitutionum, decret. statut. & ordinamentorum communis Mediolani, & prout in eis continetur. & vlterius cauit,& promisit, & vadiam dedit,& dat obligando se,& omnia bona sua præsentia,& futura mobilia,& immobilia, pignori, & in manibus præfati Domini Iudicis, & cõmissarii, & mei Notarii infrascripti stipulantium, & recipientium nomine, & vice,& ad partem,& vtilitatem suprascripti A.& cuiuslibet alterius personæ, cuia interest, interit,& interesse, potest,& poterit quomodolibet in futurum, de restituendo alteri parti, seu dicto A. omnia damna, & interesse, ac expensas litis prædictæ, quæ passa fuerit, & quę taxata fuerint per præfatum Dominum Iudicem, & Commissarium, si ipse B. appellans,& nullam, iniquam,& iniustam dicens vt supra, succubuerit in dicta causa appellationis, & nullitatis, ac iniquitatis, vel si ipsam appellationem, nullitatem, & iniquitatem non fuerit prosequutus vsque ad finem, & in omnibus,& per omnia,& de verbo ad verbum iurauit, promisit,& satisdedit,& iurat, promittit,& satisdat, prout iurare, & satisdare requiritur, secundum formam dictorum statutorum decretorum, & ordinum superinde editorum; Et inde pro prædictis omnibus,& singulis attendendis; obseruandis,& soluendis,& adimplendis, vt supra, ad eius in-

stan-

ſtantiam, & preces, & mandata dicti B. & pro eo exiterit fideiuſſor C. qui ſe omni tempore conſtituit principalem debitorem, adimpletorem, & ſolutorem etiam inſolidum, ita quòd inſolidum, & cum effectu conueniri poſſit de toto, & primò loco principaliter, & inſolidum, renunciando nouibus conſtitutionis quarum vna cauetur, quod prius conueniatur debitor, quàm fideiuſſor, altera verò, quod nequis ex reis inſolidum conueniatur, ſi alter fuerit præſens, & ſoluendo, Et Epiſtolę Diui Adriani, & omni alii iuri, & auxilio, legis, & iuris, & facti, quo, ſeu quibus melius ſe tueri, vel iuuare poſſet quomodolibet in futurum, obligando proinde ſe, & omnia bona ſua præſentia, & futura pignori in manibus præf. Magn. D. Commiſſarii, & dicti mei Notarii infraſcripti, & vtriuſque noſtrum, dictis modis & nominibus ſtipulantium, & recipientium, & iurauit, &c. (Nota caſum mirabilem, quòd præſentia Iudicis operatur ſtipulationem, licet nũquam verba interuenerint v. g. aliquis eſt apud acta iudicii ſe obligans, & præſtans fideiuſſorem, eo enim ipſo quod dicit, talis hic præſens meus eſt fideiuſſor de hac re præſente, audiente, & intelligente tali fideiuſſore, dato quòd licet nunquam loquatur ille fideiuſſor, per eius tamen taciturnitatem conſtituitur fideiuſſor, licet ſtipulatio non interuenerit.) *Ex Lanfr. Or de arbi trio.*

Vlterius dictus B. in cauſa dictæ appellationis, & nullitatis ponit, vt infra. in primis quòd dictus A. credit dictam aſſertam ſententiam fuiſſe latam item pronũciatam. Item per dictos DD. Conſulens, vt ſupra. Item de conſilio, & ſecundum aſſertum conſilium dicti D. N. Conſultoris vt ſupra. Item per modum, & formam, & verba ſuperius cõtenta. Item de ea prętenſa ſententia fuit, & eſt rogatum Inſtrumentum. Item per N. Notarium prædictorum DD. Conſulum, vt ſupra. Item die menſis anni

Aliqui ſolent, & benè faciunt (nam ante inhibitionem iudex poteſt procedere ſi non detulit appellationi) annectere dicto libello appellatorio in calce eiuſdem pręceptum nequid pendente appellatione innouetur ſub pœna nullitatis, & ſcutorum arbitrio commiſſarij, quando dubitatur ne vel à Iudice à quo vel à parte aliquid innouetur

in

in prætudicium dictæ appellationis. vnde intimabitur etiam ipsi Iudici, quia tunc non poterit procedere, neque pars innouare.

Mar. pa. 6. n. 210. & seq.

Curabitq; appellans, quòd iste libellus intimetur partiper personaliter, vel ad domum eius habitationis, vel procuratoris qui confidentes in causa dedit ex forma nou. constit. & statutorum. puto etiam, q; valeret intimatio libelli si fieret ad domicilium electum per partem, vel in contumaciã per Iudicem, & multo magis quando appellatur habitaret extra Ducatum.

Quando autem quis iusto impedimento detentus non poterat producere, & intimare libellum intra illud triduũ, vel ex quadam simplicitate rusticana omisisset producere, & intimare: Senatus Excellentissimus aliàs solebat ex æquitate succurrere talium indemnitati ad mittendo eos ad producendum, & intimandum ipsum libellum non obstãte lapsu, secundum quam quidem æquitatẽ oppressos subleuare consueuerat.

Fideiussio de qua sup fol 39

Si quis tamen non inueniret fideiussorem in loco iudicis ad quem, Senatus solet concedere, vt illam præstare possit in loco eius domicilii, & facilius, quando partes sunt de eodem foro, & territorio, & tunc ista fideiussio potest præcedere, vel sequi libellum iuxta dispositionem licẽtiæ Senatus. Si autem ob paupertatem non inueniret fideiussorem, excusabitur à tali fideiussione nec ob id deserta censebitur appellatio.

Pap. in gl. & in quãtum nu 7. Guid Pap. decis 436. n 77 vide et Gab. lib. 2. de app. conc. 6. n 6 Host. intis. de appell.

In termino deliberandi appellatus comparebit, & impugnabit libellum partis allegando generalia, & illum nõ fuisse productum seruatis seruandis, congruis loco, & tempore, neque intimatum intra debitum tempus, & carcere debitis solemnitatibus, & petet declarari bene fuisse iudicatum, & malè appellatum, facietq; productionem ipsius sententiæ in partibus, &c. & petet appellantem condemnari in expensis. Nullo autem modo negabit illas generales positiones annexas libello, nam appellatus negans latam esse sententiam, perdit commodum sententiæ, & debet ei inhiberi ne vlterius ipsa vtatur.

Sed si appellatus preueniendo tempus prosequendæ appellationis, quod facere potest ex forma Statutorum

Me-

Mediolani cap. 131. vol. 1. vel si Iudex statuisset aliquem terminum ad prosequendum appellationem, de iure debet producere libellum, & petere confirmari sententiam. Sed in Mediolani Dominio nō puto esse necessarium, quia statuitur certum tempus appellanti, vel nullam dicenti ad prosequendum ipsam appellationem post factam illam commissionem, secus renunciatum centetur appellationi, & ipsa appellatio remanet deserta, & isto casu appellatus non habet aliud facere, nisi citare appellantem ad allegandum, quare concedi non debeat executio sententię, seu ad videndum mitti executioni sententiam tamquàm transactam in iudicatum. Qui etiam appellatus, & quilibet etiam alius tertius poterit adhærere appellationi interpositæ per appellantem, vel correum, nam appellatio facta per vnum ex consortibus prodest alteri non appellanti, vbi eadem est causa defensionis, & causa non est separata, aliàs non prodesset. hinc potes animad uertere quid operentur illa verba posita in appellationibus nempè in partibus punctis, & articulis contra appellantem, quia appellatio sic diuisim interposita non prodest aduersario, sed quo ad capitula in connexis bene prodierit, & illam prosequi poterit. Tunc autem absque difficultate poteris adhærere, & appellatio prodierit aduersario, si fuerit simpliciter, & absolutè interposita, & supra aliqua dixi circa hanc materiam. sed aliqui sic distinguentes dicunt vtrum res fuerit corporalis, & communis plurium, super qua appellatum est, aut non. Si fuerit communis, & corporalis, & appellauit vnus aut per remedium restitutionis, & tunc non prodest alteri, aut iure communi, & tunc prodest, si verò fuerit incorporalis res, & communis puta seruitus, si quidem sit diuidua, alteri non prodest, si indiuidua prodest. Si verò res corporalis, vel incorporalis non fuerit communis, sed est eadem causa, ex qua duo tenentur puta tutelæ, si est vna, & eadem fuerit defensionis causa, an diuersa. Tunc si est vna & eadem, alterius victoria prodest ei, qui non appellauit: si diuersa, non prodest, vt in duobus tutoribus, si alter tutelam gesserat, & alter non attigerat, & is procurauit, iniquum est eum, qui idcirco cognouit sententiam, quando

Or. n 145. Pap in gl. in passibus Man 374 pa. 6 de appell Cast. in l si quis C. de app. & consul. & in ar. plio. vt sup.

Vide gl. ad Rol in tit. de app fol. mihi 412. Ruin. cās. 121.

scit

scit, gessisse, propter appellationem eius, qui non gesserat, obtinere.

Quicquid sit quando esses in casu adhęrẽdi appellationi tui aduersarii, & velles eam prosequi teneris ea omnia facere, & obseruare quæ de appellante dictum fuit nempè intra triduum porrigere libellum tuum, iuuare, satisdare, & intimari facere parti diuersæ.

Prædicta etiam militant, si separatim prosequaris nullitatem ab iniquitate, vel simpliciter iniquitatem, quia potest dici, & de nullitate separatim, vel coniunctim cum appellatione ex forma iuris, & ex dispositione Statutorum, per quæ cauetur quòd quilibet, qui dicere voluerit sententiam nullam, teneatur dare satisdationem quemadmodum ille, qui appellat, & quòd possit simul & semel appellari, & de nullitate sententiæ dici, & prosequi coram commissario causæ appellationis hoc modo quòd in quantum sit nulla, dicatur nulla, & in quantum aliqua dicatur iniusta. Sed si velles prosequi caput nullitatis, ad cautelam obtinebis à principe litteras Iudici ad quem, vt suspendat fatalia, & omne tempus, & instantiam ad prosequendum caput iniquitatis, nec in hoc solet Senatus se præstare difficilem, quia id est etiam de iure, & melius sibi quis consulit prosequendo caput nullitatis separatim ab iniquitate, quia eo casu deserta causa nullitatis, non censetur deserta causa iniquitatis secus si simul eodem tempore.

Ca. 145 et 146. vo. 1. Vide Lãc. de attenta per. l. 15.

Vnde etiam sciendum erit quod licet appellatio sit deserta, nullitatem tamen prosequi potero, nisi nullitas esset expressa in libello, & si incidenter, non principaliter in causa appellationis veniret. nec non etiam nullitate omissa de principali cognosci poterit, sicuti enim causa appellationis deuoluit ad superiorem causam nullitatis, sic causa nullitatis deuoluit causam iniquitandis vnde iudex cognito quòd sententia sit nulla cognoscere potest de causa principali, quia posito quòd videat sententiam nullam, nõ tamen differre debet neque abstinere reum condemnare si viderit condemnandum, vel ipsum absoluere, si viderit absoluendum, & si acta processus, & sententia sint nulla tunc non ex eisdem actis cognoscet, & pronuntiabit, sed de nouo acta repetentur, si autem sententia tantum nulla

est,

est, tunc pronuntiabit ex eisdem actis, sed si causa nullitatis respicit partem actorum tantum, & sententiam, quia processum est contra aliquem tam in eius vita, quam post mortem eius, & tunc acta in vita firma manebunt, & repetuntur alia, quæ facta sunt post eius mortem, & alias Senatus solebat dare litteras vt vbi sententia ex defectu instantię posset dici nulla, & constaret de bono iure appellantis, eam ex bono iure confirmaret, ita tamen quòd eo in casu talis sententia ferenda pro primâ haberetur, vt patet litteris 12. Ianuarii 1575. pro communitate castri noui Ill. Bellono Senatori regio meritissimo, & ornamento ciuitatis Alexandriæ, Differunt etiam nullitas, & iniquitas. Quandoquidem illa respicit rititudinem processus idest substantia in iuditii puta citationem, & reliqua de quibus supra 1. lib. hæc verò merita causæ.

De probationibus in causa appell.

ET quia appellatio à definitiua poterit iustificari nedum ex agitatis in principali causa, sed etiam ex nouiter reducendis, & probandis, iuxta regulam non probatum probato, & non deductum deducam: Ideo tam ex forma statutorum, quàm nouarum constitutionum limitati termini probandi, & reprobandi hoc modo quod post illud triduum statim, & sine interuallo (statutum addit vlo) statutus sit, & esse intelligitur appellanti, vel constitutio dicit &) nullam dicenti, & appellatis, vel contra quem vel quos nulla dicitur (constitutio, dicit vel his contra quos de nullitate dicitur) terminus octo dierum vtilium probandi, producendi, & ostendendi (statutum addit, & ponendi) tam super nullitate quam iniquitate, (constitutio dicit iniquitate ve, dictæ sententiæ, & aliis ad dictam causam pertinentibus, quicquid (constitutio addit &) ipsę partes, & quęlibet earum (constitutio addit facere) voluerint, ipsoq; stat. dicit ipso termino finito statim omnis agitata, producta, & ostensa (statutum addit in ipso termino) intelligantur stat. (addit, & sint) ipso iure publicata, &

Cõst lib 2 de iud t. d. app. c post hæc. Stat c 232. et 133 vo. 1 Pap. in gl in quas. Mar. par. 6. de appell. nu. 159.

de

de eis vtrique parti fiat copia si requisita fuerit, constitutio, tra demum si perita fuerit. Successiuè verò statim intelligatur, & sit, (statut. addit, & esse intelligatur) ipso iure statutus vtrinque parti terminus sex dierum vtilium reprobandi, impugnandi, & excludendi quæcunque agitata constitutio addit & producta, statutum addit, & extensa in eo primo termino. dicit in dicto primo termino probatorio, & si aliqua partium in ipso termino reprobatorio produxerit articulos, vel capitula, stat. addit tendentia ad reprobandum probata, & producta per alteram partem in primo termino probatorio, capitula ipsa, & articuli producantur, stat. dicit produci debeant, per tres dies vtiles ante finem, stat. addit dicti, termini reprobatorii parte præsente, vel legitimè citata statuti, addit ad hoc, & stat. addit sibi data, vel oblata copia, aliter produci non possint nec admitti. Et tunc liceat statuti addit alteri, parti contra quam producta fuerint, constitutio dicit erunt, & statut. addit cuilibet alteri, cuius interfit, coadiuuare, & corroborare per legitimas probationes probata, & statut. dicit vel producta in eo primo termino. Quo termino statut. addit reprobatorio, elapso omnia agitata in eo, ipso iure publicata sint, verba statuti sũt quælibet agitata, producta, & ostensa in dicto termino intelligantur, & sint ipso iure publicata, & de eis fiat copia, vt supra, & statut. addit quòd omnes exceptiones sint saluæ in fine litis const. addit, vt etiam ex alia constitutione cautum est: statutum sic, & reiectæ intelligantur, &c. prout in ordinibus principalis causæ superius continetur in statuto primo posito sub rubrica de iudiciis. & si haberes testes, vel aliqua iura existentia extra Ducatum, siue iurisdictionem Iudicis, coram quo, facies tempore debito tuám nominationem, & seruabis alia, de quibus dixi supra in prima parte, nam in causa appellationis possunt concedi litteræ subsidiales pro examinandis talibus testibus. Coram autem Illustribus Senatoribus, vtroque Senatu. Et magistratu non solet seruari termini prædicti, sed proceditur per dilationes ita vt etiam lapsis terminis limitatis vt supra quis admittatur ad probandum arbitrio ipsius Ill. Senatoris, siue Magistratus. Si pariter coram Iudice causæ commissario non

po-

potuisses in terminis limitatis, vt supra tua incubentia face re: poteris recurrere ad Principē, & petere dilationem ad probandum, sed seruanda erunt, quæ superiori libro dixi.

Probationes autem fieri poterunt, & regulari iuxta normam in principali causa præscriptam nempè, vel per viam positionum, vel testium, vel iuramenti, & tam in earum receptione, quàm publicatione seruabis admissim præcepta mea. Verum hic esset ponenda illa quæstio an super articulis, siue capitulis productis in principali causa possunt de nouo examinari, & recipi testes in causa appellationis, vnde aliqui dicunt de Iure canonico quod non, sed de iure ciuili sic addentes alii quod clerici seruabunt opinionem canonum in suo foro ecclesiastico, & Laici in suo foro Seculari. Mediolani quoque recipiuntur noui testes super eisdem capitulis. alii sic distinguentes dicunt aut testes producuntur super eisdem articulis, super quibus iam fuerunt recepti, & non possunt recipi, quia timor est subornationis sicut in prima causa, aut producuntur super nouis articulis respicientibus primam, & tunc fieri potest, addentes etiam, quòd alii testes, qui primo fuerunt producti si eorum testimonium sit nullum, poterunt iterum produci post didicita testificata, tam in prima causa, quam secunda item si examinator omittat examinare, vel interrogare testes super aliquibus capitulis per partem sibi productis. Alii verò testes, qui primo non fuerunt producti, quod poterunt produci. (obiter testes simul non debent deponere, examinari, & vnanimiter respondere vel vnus pro tribus licet simul iuuare possint, & quòd non valeat si examinator dicat secundus, vel tertius dicit, vt primus, & dictum secundi, vel tertii non aliter extendit, & quod si dicta testium sunt obscura, & dubia, iudex si vult poterit eos interrogare quomodo intellexerunt, & sic vt declarent, & interpretentur dicta eorum. Item quando ex dictis testium non potest elicere veritatem propter obscuritatem eorum, vel quando non sunt sufficienter examinati, vel ad hoc vt aliquid addant, iudex tunc non potest ex officio adhuc semel examinare testes, non tamen ad petitionem partis propter timorem subordinationis, nih adhoc vt reddat rationē sui

Pap. in gl. iniquā & iniustā & in glos. per tot. in causa spo. & ex pra Ctic obs li. 1. tit 18. de testib. obs. 68. 26. 27

dicti, & tunc talibus testibus repetendis datur hoc consilium: quòd petant tales testificationes ante datas sibi prius exhiberi, vt de dicenda veritate possint informari, etiam si testimonium, quod prius dixerant, non erat adhuc publicatum, quia quo ad ipsos testes eorum testimonium non est secretum, sed publicum semper. hęc per transennam excitata sint. qui abundantius cupit habere hanc materiam recurrat ad D. Gabr. lib. 1. de testibus concl. 21. & 2. de appell. concl. 5. nu 20.

Guid. Pap. Decis. 436 nu. 9. Congrueret etiam huic loco illa quæstio, ad quem pertineat vel ad appellantem probare sententiam malè latam, vel ad appellatum bene iudicatum, circa quod multi multa dicunt, sed aliqui sic distinguunt quod quando quæritur quis debeat probare se iuste appellasse, hoc est appellationem ritè interpositam esse nempè congruo tempore, & similia, tunc ille, qui appellat, probare debet. Quando verò quæritur quis probare debeat, de iniustitia causæ, & tunc aut altera pars tantum prosequitur appellationem altera parte absente contumace, & tunc ille debet probare, qui prosequitur quandoq; vtraq; pars prosequitur, & tunc aduertendum erit, quia quædam est probatio, quæ fit per modum abnegatiuum, verbi gratia dico sententiam latam me non citato, non præcedente causæ cognitione, & hoc vŏlo probare per inspectionem actorum, tunc ei, qui appellat incumbit probare, & debet acta producere, & Iudex habet inspicere. Si autem quæratur de probatione, quæ fit directo per testes, vel instrumenta, tunc ille debet probare in causa appellationis, quę habet probare in causa principali, quia appellatione interposita omnia remanent in eodem statu, sed D. Gabr. lib. 2. de appellat. concluf. 5. latius prosequitur hunc articulum appellatus, an appellans debeat probare, vel acta reprobare in causa appellationis ex forma statutorum Mediolani, acta in principali causa habentur pro productis in causa appellationis, quæ sic disponunt acta verò cuiuslibet causæ habeantur ipso iure pro productis in illa causa, in qua fuerint agitata, & quòd etiam acta facta in causa principali, etiam sententia intelligatur producta ipso iure in causa appellationis, & eodem modo in causa que-

Cap. 37. vol. 1.

relæ,

relæ, nullitatis, & cuiuslibet grauaminis, & etiam actis, & actitata in causa principali, & primæ appellationis ipso iure pro productis habeantur in illa appellatione, & eodem modo in causa cuiuslibet legitimæ appellationis. Et acta facta in causa cuiuslibet compromissi ipso iure habeantur pro productis in causa reuisionis, & eodem modo acta facta in causa cuiuslibet reuisionis, & etiam arbitramenta vna cum actitatis in prima causa compromissi ipso iure habeantur pro productis in causa cuiuslibet appellationis succedaneę.

De temporibus decidendarum interloquutoriarum, & cognoscendarum.

REspectu vero appellationum ab interloquutoriis nõ possunt fieri nouæ probationes, nisi ex gratia principis, sed debent terminari, & ellici ex actis ante agitatis, & statuitur terminus iudici dierum viginti post commissionem exclusiuè factam, & nullum extraneum interferendum est in commissione interloquutoriæ quæstionis. *Stat. c. 41. vol & 196. vo. 2. Lãfr Or. num. 119. Mar pa. 6. num. 161.*

Respectu aũt grauaminis præcepti, seu interloquutorię cõmissi consultori, debet terminari ex agitatis per partes infra quindecim dies à die commissionis sibi factæ exclusiue. iste etiam terminus solet prorogari à Principe.

Quando appellatur à sententia lata super præcepto xv. dierum vtilium, vel alia exequutione concessa, vel impetrata, contra quam exequutionem facta fuit contradictio, vbi ex forma statutorum statutum fuerit vel pro statuto habitus fuerit terminus xv. dierum vtilium, tunc appellatio cognoscenda erit, & decidenda super agitatis in principali causa, nec nouæ probationes admittuntur ex forma statutorum Mediolani, nisi princeps aliud statueret, quia aliquando consueuit concedere, vt nouæ probationes fiãt, sed rarò.

Sunt tamen multi casus, quibus interloquutoria potest iustificari ex nouis actis, & probationib. puta quod appellans ab interloquutoria bene poterit producere nouas probationes super causa antiqua expressa in appellatione *Ma. p 7. e. et quãdoq. app. n. 164 & seq.*

quando illa causa requirit probatione in facto. Item quando causa superuenit de nouo in qua nulla potest imputari culpa appellanti, quare ipsam non deduxit in appellatione, ex quo tunc non suberat. Item quando appellãs obtulisset causas grauaminis, & probationes coram iudice à quo, & non fuit admissus, quia poterit deducere, & probare coram iudice appellationis ex quo non steterit per eum, sed per iudicem. Item quando interloquutoria esset lata contra contumacem, quia tunc potest iustificari ex nouis causis, & ex nouis pobationibus. Item quando interloquutoria continet grauamẽ irreparabile, quia tunc potest ex nouis causis iustificari puta si iudex interloqueretur aliquem esse torquendum, vel aliud simile. Itẽ quando interloquutoria haberet vim definitiuæ, quia potest ex nouis actis iustificari.

De prosequutione arbitramentorum.

Stat c 117 v. 1. uidẽ et Ma pa. 6. qui n 122. et seq tan git multa. necnon D. Blancũ de compro. quæst. 10.

QVod attinet ad ea arbitramenta, quæ possunt dici iniqua, iniusta, vel nulla, volens prosequi ipsa, post terminum illius decendii vtilis dati ad dicendum de nullitate, iniquitate, vel altero ipsorum coram iudice competenti, & sic facta eius petitione præuia citatione parti, quę petitio poterit concipi per verba libelli appellatorii mutatis mutandis, & dispositis aptè disponendis, prout supra ad notatum fuit, tenebitur facere sua incumbentia intra tempora limitata, quæ sic limitata sunt, quòd lapsis illis decem diebus vtilibus intelligitur ipso iure statutus terminus ipsi petenti reuisionem dierum viginti vtilium ad probandum, & probatum habendum, & ostendendum quidquid voluerit de grauamine, & iniquitate ac nullitate ipsorum arbitramentorum, de omnibus suis iuribus, ita tamen quòd dicens arbitramenta iniqua, & nulla, & vt supra teneatur per octo dies vtiles ante finem dictorum dierum vigĩti vtiliũ sua capitula, & alia iura per eum producenda producere, & post aliqualiter produci nequeant, nec admitti, qui terminus viginti dierum vtilium sit etiam communis parti aduersæ ad probandum, & reprobandum, & ostendendum quidquid voluerit pro defen-

fensione sui iuris. Quo termino elapso tenebitur pars quę reuisionem ipsorum arbitramentorum petierit causam ipsius reuisionis committi facere partium confidenti, & sic citato aduersario ad dandum listam confidentium de collegio doctorum Mediolani iuxta prȩmonita in primo libro circa hanc materiam intra duos dies vel vnius in contumatiam alterius quę commissio etiá fieri poterit ad instantiam alterius partis, contra quam petita est reuisio, qua cõmissione sic facta intelligitur ipso iure, & facto statutus terminus decem dierum vtilium iudici causæ reuisionis, ad cognoscendam, & terminandam ipsam causam reuisionis,& puto quòd iste iudex causæ reuisionis tenebitur iure,prout iudex appellationis.

Quo verò ad arbitramenta, quę dici nõ possunt iniqua, facta commissione, quę debet fieri infra octo dies continuos post concessam reuisionem,ad instantiam partis,quę eam reuisionem obtinuit, partium confidenti, vel vnius in contumaciam alterius, currunt termini furius proximè limitati. Bene verum est quod ista tempora respectiuè, & debitè referendo solent aliquando suspendi, & aliquando prorogari per Principem ideſt Senatum Excellentiss. ex aliqua colorata causa. Et pariter si esset probandum per testes extra Ducatum,seu iurisdictionem iudicis, seruabis ea quę circa hanc materiam in primo libro dixi, sed istam nominationem facies in tempore quo teneris dare capitula, scilicet per octo dies vtiles ante finem dictorum viginti dierum vtilium. Et credo etiam quod si Senatu Excellentiss. obtineretur dilatio per litteras ad probandum in forma, quod talis nominatio testium, & iurium existentium extra Ducatum vtsupra,& vtsup. possit fieri & admitti.

Finitis seu elapsis terminis probatoriis,& reprobatoriis & facta seu habita pro facta publicatione agitatorum, & productorum, partes debent comparere, & deferre Iudici causę processus, & omnia acta dictæ causæ nullitatis, & appellationis, & reuisionis in ea agitata, & altera partium negligente deferre eius iura, transmittitur illi prȩceptum ad allegandum, qui si contumax fuerit, habetur recursus ad Principem,qui dat litteras Iudici vt statuat

terminum parti ad deferendum iura, alioquin eo lapso deueniat ad expeditionem causæ proutsupra in prima parte dictum fuit. Hinc Iudex postquam degustauit merita causæ solet excitare, imò tenetur si petitum fuerit motiua aliquando vtrinq; parti prout remanet dubius, & si pars est negligens ad ea accipiendum statuitur terminus arbitrio Iudicis ad ea sumendum, & deferendum responsum. Delatis responsionibus motiuorum, vel si Iudex est clarus decernit peremptorium eius manu, & tandem profert sententiam intra tempus instantiæ, seu eius prorogationem, quam quidem sententiam tenetur proferre inscriptis clarè, & apertè, & sine vlla conditione, vel alternatione concludendo, vel bene, & intra tempus debitum appellatum, vel bene iudicatum, & male appellatum, declarando, & taxando expensas litis, & damna, & interesse in casibus in quibus sit condemnanda in ipsis expésis, dámnis, & interesse, sub pęna lib. cẽtum sexaginta imper. consultori vel Iusdicenti contrafacienti, & omittenti facere proutsupra Ducali Cam. applic.

Quando vero causa est coram Illust. Magistratu, siue iure ordinario, siue delegationis, finitis temporibus probatorijs, & reprobatorijs per dilationes tunc citatur altera pars ad dandum suspectum ex Illust. Quæstoribus mox Ill. Pręses committit causam cui maluerit modo non sit datus diffidens, cui electo deinde deferunt agitata, & coram ipso partes de iuribus suis contendunt, mox peremptoriè citatis partibus ipse relator refert causam in pleno magistratu, qui exinde expedit negotium prius quandoq; auditis aduocatis partium ad petitionem vtriusq; vel alterius ipsarum.

Si verò coram Senatore, post probationes si quæ factæ sunt deferuntur scripturæ ipsi Senatori, qui antequam incipiat vacare causæ facit emanare citationem ad allegandum alteri parti, deinde se accingit cum tempus suppeditat ad visionem processus, quo viso si dubium habet voce vel scripto excitat motiua delatis responsionibus quando clarus est, & vult expedire causam signat peremptorium manu propria, quòd etiam à cancellario debet subscribi, & in termino perhemptorij, vel profert senten-

tiam,

tiam, vel eam facit teneri pro bona à Cancellario, quia non loquitur per verbum Christi nomine inuocato, & dicimus sed per verbum declarauit, & ordinauit sicuti etiam facit Illust. Magistratus, qui etiam solet excitare motiua quando aliquod dubium habet, si tamen à partibus petita fuerint.

De instantia causæ appellationis.

ILlud summoperè animaduertendum est, ne appellationes eorum incuria finant labi instantiam in hisce causis appellationum, quandoquidem instantia perempta non remittitur à Principe, & sic sententia transiret in iudicatum, & appellatio remaneret deserta, esto quod adhuc durarēt tempora fatalia, licet Princeps possit appellationem desertam admittere ex aliqua verisimili præsumptione. Igitur instantia primæ appellationis est tantum dierum viginti vtilium, secundæ verò appellationis viginti-quinque vtilium, quæ instantia incipit currere à die commissionis factæ Iudicibus appellationum ordinarijs, idest Doctoribus de collegio, vel alijs loco talium iudicum electis iure delegationis, sed poterit suspendi, & prorogari, prout instantia causæ principalis, non tamen post fatalia lapsa, nisi ex causa, minori tamen dabitur restitutio in integrum, & de consensu partium poterit prorogari, in quibus prorogationibus, & suspensionibus siue fiant de partium consensu, seu ad instantiam vnius tantum partis iurandum erit prout dictum fuit in prorogatione instantiæ causæ principalis. Sunt tamen aliqui casus in quibus instantia non currit, puta, si coram Ill. Magistratu, item Senatu tam iustitiæ, quam consilij secreti, & Senatoribus. Item in causis pauperum quando ipsi sunt actores, neq; durante compromisso, & eius prorogationibus. Item si causa introducatur in Senatum quamdiu coram eo pendet, neque durante vel infirmitate, vel absentia causa Reipub. vel facto Principis Commissarij. Sunt alij casus de quibus dixi in prima parte cap. 9. & generaliter putarem de iure instantiam non currere in omnibus illis casibus, in quibus fatalia non currunt, licet secus de iure

Sta. c 138 ver. 1. cōſt. lib. 2. de appell. in fi. Guid. Pap. deciſ. 185.

municipali, ex quo aliqui casus tantum sunt exceptanti, extra quos semper currit. Et D. Gabr. lib. 2. de arbitris concluſ. 1111. refert casus quibus fatalia non currrant cum suis ampliationibus, & limitationibus, & etiam D. Lancellotus de attenta. qui videri poterunt, mihi autem sufficit retuliſſe authores vel lector cupidus altius rem attingere, sciat quo confugere, & nota quod Senatus 12. Aug. 1599. censuit fatalia incipere à die interpositæ appellationis.

De appellatione, & dictione de nullitate à sententia lata in causa appellationis.

Const. lib. 2. de app c. lata sentẽtia. stat. c. 136. & seq. vo. 1.

PRæcepta circa appellationem, & dictionem de nullitate à sententia data in causa appellationis, longiori oratione non prosequar, quia hęc eadem seruanda erunt in his se appellationibus, quę in appellatione à definitiua in principali causa, tradita sunt, tam quo ad tempora, quam modum procedendi, & probationes faciendi, saluo quod instantia huius secundæ appellationis est dierum 25. vtilium & hic duxi referre verbamet const. & statutorum per quæ cauetur quod lata sententia in causa appellationis, vel nullitatis in quantum statutum addit, & quatenus confirmata fuerit prima sententia lata in causa principali, non liceat amplius pronocarę, nec appellare à dicta sententia, nec nulla dici, nec eidem aliquo modo statutum dicit aliqualiter contrarii, nec contra eam quidquam excipi, vel opponi constitutio addit possit, sed prout lata fuerit exequutioni mittenda est, statutum dicit mandetur omnibus Iuris remediis. Si verò per ipsam sententiam latam in causa appellationis, vel nullitatis fuerit dicta prima sententia annullata, vel reuocata, vel aliquo modo, statutum dicit aliqualiter reformata particulariter, vel in totum tunc liceat succumbenti in causa appellationis vel nullitatis, & cuilibet alii, statutum dicit alteri, cui de iure licet, statutum dicit licet appellare, vel nullam dicere statutum dicit infra terminum quatuor dierũ

continuorum à die latæ sententię exclusiuè, & non vltrà à dicta tali sententia appellare, & nullam dicere ad Iudicem competentem vtsupra: constitutio verò sic dicit ab ea sententia pro ea parte in qua primæ sententiæ conformis non fuerit, & hoc infra terminum quatuor dierum continuorum à die intimationis sententię, & non vltra ad Iudicem competentem, & intelligantur esse termini limitati in omnibus, & per omnia prout in prima causa appellationis sancitum est (statut. dicit expressum est) congrua congruis referendo (statutum dicit mutatis, mutandis, & congruis referendo. Saluo quo ad instantiam quia instantia ipsius secundæ appellationis durante sententia ferenda est, & quatenus fuerit cõformis omnibus iuris remediis exequutioni mittenda est, verba statuti sunt saluo, quòd instantia dictæ secundæ appellationis duret diebus viginti-que vtilibus, intra quem terminum proferri debeat sententia, quę sententia quatenus fuerit conformis exequutioni mandetur omnibus iuris remediis, constitutio addit instantia causæ appellationis prorogari, & suspendi potest prout etiam in causæ principalis instãtia ex præsentibus constitutionibus sancitum est. Quò verò ad arbitramenta statutum disponit sequentia, & si sententia fuerit confirmatoria ipsorum arbitramentorum in ea parte, in qua fuerit conformis ipsis arbitramentis, mittatur exequutioni omnibus iuris remediis, etiam per inductionem in possessionem, nec possit vlterius appellari, querelari, supplicari, nec de nullitate agi, nec aliquo quouis modo excipi, sed exequutio ipsa omnino sortiatur effectum, & si prędicta omnia seruata non fuerint prima arbitramenta firma remaneant, & exequutioni mittantur vtsupra. Idem in substantia quo ad arbitramenta voluntaria, quia statutum disponit, & si sententia lata fuerit confirmatoria ipsorum arbitramentorum mittatur exequutioni per quemlibet iusdicentem omnibus iuris remediis etiam per inductionem in possessionem in toto, vel pro ea parte, in qua fuerint confirmata ipsa arbitramenta, & si aliter declaratum non fuerit in eo termino ipsa arbitramenta firma remaneant, & exequutioni demandentur omnibus iuris remediis vtsupra, & vtsupra, & per statut. cap. 143. vol.

1. disponitur quòd si quis dixerit aliquam sententiam nullam, & in ipsa causa nullitatis succubuerit, non possit ab ea sententia lata super nulitate allegata, seu dicta vt supra appellare nec de eius nullitate agere, & Magnif. D. Horatius Carpanus dicit hoc statuium intelligi debere de ea nullitate, quæ fuit proposita coram Iudice qui sententiam tulit, sicuti in petente reuocationem contrario imperio tolli. præcepti concessi, in quo succubuerit, quia non debet vlterius audiri ad opponendum de grauamine illo. Videtur tamen aliquo casu audiri, saltem excipiendo (nisi statutum remoueret exceptionem) de dolo malo: ex doctrina iurisconsulti l. non distinguemus. D de recep. arb. ver. libello cuiusdam Imp. rescripsit posse eum vti doli mali exceptione etiam si appellare non possit. Nec dicatur remota exceptio huiusmodi à statuto: nam remota appellatione exceptio non est reiecta, nisi statutum remoueat etiã exceptionem: vt in cap. 150. vol. 1. ver. nec excipi. Cap. 149. vol. 1. disponitur quòd quilibet ex Iudicibus appellationum censeatur, & intelligatur esse maior Iudex illo qui tulit sententiam, quo ad hoc vt appellari possit ad eũ, à sententia lata vel ferenda per aliquem iusdicentem, Cõmissarium, vel delegatum. hinc in appellando etiam poteris, appellare ad Collegium D. I. P. Mediolani, & eius Doctores, & Iudices appellationum. subijcio nunc formulam sententiæ in causa appellationis; quæ omnino est ferenda in termino citationis peremptoriæ.

Christi nomine inuocato.

DIcimus, sententiamus, & declaramus, & per hanc nostram definitiuam sententiam in scriptis pro tribunali sedentes vt infra declaramus in causa libelli appellatorij coram nobis producti per A. appellantem sub die, & responsionis eidem factæ per B. & in omni lite vertente inter ipsas partes coram nobis: visa prius appellatione interposita per dictum A. nec non dicto libello appellatorio, vna cum illius responsione, visoque processu superinde agitato inter dictas partes, nec non etiam visis agitatis

in

in principali causa, hic inde allegationibus in iure factis, & responsis ad motiua excitatis, auditisque plurtes coram nobis ipsis partibus vna cum earum procuratoribus, & aduocatis, & tam simul, quàm diuisim visisque videndis, & consideratis considerandis, & visa citatione peremptoria istis die, & hora cadente, omnibus modo, via, & iure quibus melius fieri potest bene fuisse iudicatum, & malè appellatum: vel benè, & tempore debito appellatum, & malè iudicatum prout in facto. quia sententiandi modus in causa appellationis est, quòd Iudex dirigat verba sententiæ vel ad ipsum actum appellationis pronuntiando benè, vel malè appellatum: vel ad ipsum actum sententię pronuntiando benè, vel malè iudicatum: debet etiam condemnare, vel absoluere ratione expensarum; & si absoluerit, tenetur iurare ad formam ordinum per quos cauetur, quòd omnes iusdicentes, & Commissarii teneantur eorum sententias, & consilia proferre, & dare in scriptis clarè, & aperiè, & in omnibus causis omnino condemnare partes succumbentes in omnibus expensis factis in causa secundum determinationem iuris, nisi habuerit iustam causam litigandi, quo in casu, si absoluerint, teneantur cum iuramento exprimere causam specificam in sententia, seu consilio sub pœna duplicatarum impensarum, in quam incurrant ipso iure, & facto, quarum medietas applicetur fisco, & altera victori. Vbi verò Iudices, & vtsupra ōmittant condemnationem, vel absolutionem impensarum, ipso iure, & facto victus in expensis condemnatus esse censeatur. postea sequitur lata, &c. lecta verò, &c. De ista sententia rogatur instrumentum per Notarium ciuilium adhibitis testibus, nec Iudex se subscribit. Hinc sciendum etiam erit, quòd Iudex poterit reformare sententiam quando perpendit eā de iure reformandam, etiam si non allegetur per partem cum officium Iudicis, ad quem, non versetur simpliciter in pronuntiando benè vel male appellatum, sed poterit ipse Iudex sententiam vel distinguere vel reformare addendo, vel minuendo, prout opus est, & aduertendum erit, q̄ ordinarius maior habens merum, & mixtum Imperium suam potest interpretari sententiam, & ante publicationem reformare, minor autem non potest. quia dicitur fun-

Cōst. lib. 11 de iud cap. om. iusd. ſt & sus c. 55. vol. 1.

Vide Spec. in tit. de cōtūtia. §. vt autem.

Ex lib. pract for. obs. lib. 1. tit. 22. obs 18. c. 2. ob ser. 5. 8. 14

ctus officio. Item delegatus non potest suam sentétiã interpretari, sed eius delegans. sic nec arbiter suum non interpretatur laudum. Item successor poterit interpretari sententiam prædecessoris sui, & quando libellus continet plures articulos, poterit ferri sententia pro parte absolutoria, & pro parte condemnatoria. Fugienda etiam erit nullitas sententiæ, quæ multipliciter contingere potest. puta cum profertur contra minorem xxv. annis de iure, & xviij. ex forma iuris municipalis Mediolani, sine tutoris, vel curatoris auctoritate. (etiam si defensus per curatorem nisi maior annis 11. iuraſſet facta, per eum in iudicio habere rata) vel si profertur contra filium familias sine consensu partis nisi in his in quibus habetur pro patre familias vt in prima parte dictum fuit. Itẽ erit nulla, si falsus procurator interuenit sine mandato, vel si eo imperfecto, vel si eo mandato reuocato sententia lata est. si contra mortuum feratur esto quod lis esset cum eo contestata, vel litigasset per procuratorem, (videtur cõtra cum sit effectus dominus litis) & sciendum est etiam quòd licet sententia lata in personam principalis, quæ non fuit in iudicio, & non in personam procuratoris secundum aliquos sit nulla: tamen hoc non procedit semper, quia non habet locum in tutore, curatore, & Syndico quia potest sententia ferri in pupillum minorem, & Ecclesiam dato quod non fuerint in iuditio sed per tutorem, curatorem, vel Syndicum litigauerint, & vt suppleam quæ desiderari poterant circa sententiam in prima instantia decreui subiicere aliqua de sententia absolutoria ab obseruatione iuditii. Itaque sententia absolutoria ab obseruatione iudicii non dicitur definitiua, sed interlocutoria, habens vim definitiuæ: quantum ad hoc vt requirantur illæ solemnitates, quæ requiruntur in sententia definitiua quo ad solemnitatem tituli C. de sent. ex breui recitan. quia non requiritur, quòd fiat in scriptis. item dicitur interloquutoria quantum ad hoc quia non imponit finem litis totaliter vt de cætero non agatur sicuti facit sententia definitiua, vt si fiat absolutio ab obseruatione iudicii propter libellum malè conceptum, vel quia actor est absens quia tunc iterum agi potest. quandoqs tamen dicitur defi-

Obser. 7.

Obser. 10. li. 1. tit. 22

ni-

nitiua talis sententia ab obseruatione iudicii quia iterum agi non potest, & imponit finem controuersiæ si fuerit lata vt si absoluatur aliquis ab obseruatione iudicii qui alias fuit absolutus in eadem, & quòd potest dici definitiua quia requirit citationem peremptoriam sicuti definitiua. Item si causa non est probata quia dilatio ad probandum danda, non est data, si autem fuit data, & non probata tunc definitiuè fit absolutio à causa. Item fit absolutio ab obseruatione, quando libellus est ineptus, actio, vel intentio agentis inepta. Item quando Iudici de causa non liquet, quia non est bene informatus de quæstione in iure, vel in facto quid iudicare debeat, & instat terminus instantiæ ipsius causæ. Item ob lapsum instantiæ absoluitur reus ab obseruatione iudicii sententia verò absolutoria à causa ferri non potest sine cognitione meritorum, & nisi post contestationem litis. Et quandoque sententia solet impediri sub prætextu quòd contineat expressum errorem iuris; aliquando sententia non continet expressum errorem iuris, sed ex actis apparet expressus error iuris: & tunc aut sententia profertur per relationem ad acta, & tunc dicitur nulla. Quandoque sententia simpliciter profertur, & non continet expressum errorem iuris, nec expressè refertur ad acta: in actis tamen continetur expressus error, ad quem de necessitate semper tacitè refertur sententia, vtputa sententia appellationis confirmat primam sententiam ad quam de necessitate semper tacitè refert se Iudex appellationis: aut pronuntiat benè iudicatum, aut male: sic eius sententia semper refertur ad primam, & tunc sententia dicitur nulla: aut ex actis apparet expressus error iuris, ad quem de necessitate tacitè non refertur sententia, & tunc sentétia valet. hęc desumpta comperies ex tit. xxii. lib. 1. pract. foren. *Obser. 12. li. 1. ti. 22.*

De executione rei iudicatæ.
Cap. II.

QVoniam cum subest res iudicata, quæ rescindi nullo modo potest per appellationem, executioni mit-

mittenda est omnibus iuris remediis idcirco de exequutione ipsius sententię, & arbitramentorum aliqua dicere statuti. Ex statuto Mediolani, cap. 158. vol. cauetur quòd quilibet iusdicens, quocunque fuerit requisitus teneatur exequutioni mandare omnes sententias per quemcunque iusdicentem, vel delegatum latas, vel quę de cætero ferrentur & etiam præcepta arbitraria, vel arbitramenta, quæ in ré transiuerint iudicatam, & quę mereantur exequutionem omnibus iuris remediis etiam per missionem in possessionem elapso termino in sententia arbitriis, vel arbitramentis appositio, vel elapsis triginta diebus si terminus in sententia, arbitriis, vel arbitramentis non fuerit appositus sub pœna iusdicenti librarum quinquaginta Imperialium applicanda pro medietate Communi Mediolani, & pro alia medietate patti requirenti ipsam exequutionem. Idem habet locum in exequutione præcepti xv. dierum, vtilium de quo sit facienda exequutio secundum formam statutorum: saluo quod si quis petierit exequutionem alicuius sententiæ latę, vel præceptorum, arbitriorum, vel arbitramentorum factorum, vel præcepti xv. dierum vtilium trãsmissi a triennio retro, tunc Iudex non debet concedere exequutionem nisi citato eo, contra quem petitur executio, vel eius hęredes, quo, vel eius hærede citato, non comparente, vel legitimam causam defensionis non ostendente infra breuem terminum à Iudice statuendum fiat executio non obstante eius contradictione.

No. Const. li 2. de iud cit. de arbitrit.

Pap. in fo. exec sententiæ. Mar. p. 4. dist. 5. et p. 6. 3. actu n 2. et seq. Cast. l. eos C. de app. n 9 Lanfr. Or. n. 141. de materia execut sen

Hinc videamus qualiter sit facienda executio, & per quem Iudicem, & primo quis sit Iudex competens. In quo sciendum erit, quòd si agitur de executione arbitramentorum, Iudex ordinarius ipse mittet executioni arbitramenta, & non arbiter tam de iure, quàm ex forma statutorum. si verò de executione sententię Delegati, idem ordinarius nisi talis delegatus sit à Principe, nam tunc talis delegatus poterit mittere executioni eius sententiam infra tamen vnum annum, & non vltra. Quòd attinet ad executionem sententię ordinarii, tunc distinguendum erit, quòd aut sententia trãsiuit in iudicatum per desertionem appellationis, & tunc Iudex, qui tulit, eam mittit executioni, aut Iudex appellationis confirmauit ipsam sententiam,

tiam, & tunc ipse erit executor talis eius sententiæ, nam virtus, & vis primæ sententię omnis translata est in secunda sententia.

Qualiter autem sit facienda executio: pariter distinguendum erit an agatur de sententia lata in actione personali, aut lata in actione reali. Primo loco debet de iure seruari talis ordo ex l. à Diuo Pio. videlicet, & primo accipiatur pecunia, si extat, secundo res mobiles, exceptis prohibitis videlicet deputatis ad agriculturam, vel pro victu quotidiano, vestibus vxoris, & filiorum, & aliis de quibus mox, & his deficientibus res immobiles. quarto nomina debitorum, quinto constito ex relatione seruitoris non reperiri in quo fieret executio deueniendum erit ad incarcerationem.

Si autem lata sit in actione reali, tunc conceditur preceptum missionis in possessionem. Et hic ad propositum caderet quæstio illa an, & quando tertius possit impedire, & contradicere executioni, & quando contra tertium possit exequi, quæ cum per Doctores variè tractetur ad eos te remittendum duxi. hic tantùm referam aliqua statuta circa id, & quidem ex cap. 22. vol. 1. cauetur quòd si quis ooc . rit se defensioni alicuius conuenti actione reali, vel . . vel hipothecaria, vel in possessorio sententia inde lata, condemnato defensore, mandetur executioni contra defensorem, Non tamen contra eum qui se tanquam procurato rem obtulit, cum diuersarius sciret cum non habere mandatum. l. qui se obtulit. ff. de pet. hæred.

Item sententia exequitur contra dominum, pupillum, fideiussorem, successorem vniuersalem, licet sit lata contra procuratorem, tutorem, principalem. tertius tamen potest modo res sit integra, dicere appello, contradico, volo audiri ex regula quod res inter alios acta, &c. vt etiam infra Caballinus mox animaduerteret, & in re ipsa, petita, & contra defensorem, donec executio effectum sortita fuerit, & alia cap. 160. vol. 1. quòd sententia lata in actione reali mera, vel mixta, seu in actione in rem scripta, pro actore executioni mandetur contra quemlibet impedientem executionem, nisi impediens docuerit se possedisse tempore litis ceptę, vel in continenti videlicet infra breuem termi-

num

tiæ latis finè habes Asin §. 31 per totũ §. Mar. n vt supra. et cæteri. Pap. n. 2. in for. execut. Ma. n. 83. actu p. 6. vers. 2. Spec de execut sententiæ §. sequitur videre vt ibi multa nota bilia legun tur. Spec. vt supra. Pap. vt sup. Ma. idẽ vide circa hãc materiã elegantes q. D. Spec. § anteposito.

num vt supra, docuerit sibi habere potiora iure aliunde quàm à victo. Item locum habet in arbitriis, seu arbitramentis, quæ in rem transiuerint iudicatam, & executionem merantur c. 161. vol. 1. Idem etiam habeat locum si agitur, seu actum sit licere ingredi vigore pactorum executiuorũ super quibus sit iudicatum, vel arbitratum, & nota quod licet de iure possit appellari à pronuntia de exequendo, tamen quando agitur de sententia arbitramentorum confirmatoria exequenda non potest appellari ex forma statutorum c. 119. vol. 1. Hic etiã subiicienda esset illa quæstio re existente in alieno territorio super qua lata est sententia, qualiter executio sit facienda, & omissa aliorum sententia Pap. ait quòd aliquando officio Iudicis petitur executio sententiæ, tunc ipse Iudex, qui iudicauit, inuocabit auxilium illius Iudicis, in cuius territorio res est, sita scribendo eidem litteras, quod talem sententiam velit mittere executioni, & tunc talis Iudex tenebitur executioni mittere, nec poterit cognoscere de nullitate sententiæ: secus autem si iure actionis petatur executio sententiæ, quia actio ipsa est iudicata, potest sine litteris proponi coram quocunque Iudice competenti ipsius condemnati: hinc vidimus passis obseruari, quòd quando Iudex vult citare aliquem extra eius territorium citat per litteras subsidiales, & de his hactenus, quando vis facere exequi sententiam, citatur pars, ad videndum concedi præceptum iuxta subiectam dispositionem sententiæ, & in termino fit requisitio vt concedatur tale præceptum cum exhibitione sententiæ & Iudex exinde illud concedit cum cognitione causæ, & si sit mittendus in possessionem, concedit præceptum missionis in possessionem.

Forma præcepti missionis possessionẽ de quo tractat Spec. § sequitur videre.

1580. Indictione die mensis hora in

Magnificus talis Iudex, qui prius vidit in lite in qua his de eadem causa fuit iudicatum. duas sententias conformes latas ad fauorem infrascripti B. ac in præiuditium infrascripti A. vnam scilicet per N. Vicarium Prætorium Mediolani, de consilio Magnifici I.C. D. N. Consultoris subdie, &c apparente instrumento rogato, &c. & alteram in causa appellationis, latam per N. Iudicem ipsius causæ ap-

appellationis sub die, &c. apparente publico instrumento rogato, &c. in quibus (v.g.) condemnatus fuit inter cetera, vt infra, & qui vidit factam requisitionem per dictum B. pro executione dictarum sententiarum conformium iuxta formam, & Nouarum Constitutionum, & statutorum Mediolani, ac iuris. Ideo præfatus Magnificus Dominus Iudex, sic instante dicto B. semper cum reseruatione eius iurium, & sine præiuditio, &c. commissit, & committit N. seruitori Communis Mediolani, quatenus ex sui parte, & præcepto, & ad dictam instantiam vadat ad omnes partes necessarias vna cum famulis tribus, & pluribus si expedierit, Notario, & aliis personis nè cessariis, quas secum habere voluerit ad inducendum, mittendum, & ponendum in, & realem, & effectualem possessionem, & tenutam infrascriptorum bonorum immobilium, de quibus fit mentio in dictis sententijs, & de quibus in calce præcepti positumque & inductum manutenendum, & defendendum in dicta possessione, tenuta dictorum bonorum remotis tam dicto A. quam quibuscunque aliis illicitis detentoribus, & occupatoribus dictorum infrascriptorum bonorum, & ad præcipiendum, & quòd præcipiat prout tenore præsentis præcepti ipse D. Iudex præcipit, & præcipiendo mandat quibuscunque fictabilibus colonis inquilinis, emphiteotis, redituariis, & laborantibus, ac tenentibus, quatenus statim habito præsenti præcepto recognoscant ipsum B. in dominum, & possessorem, & locatorem dictorum bonorum eidemque fructus reditus, & peruentus respondeant, & item ad præcipiendum præfato A. & cuilibet alij personæ cui expedierit, quatenus non audeant, nec præsumãt directè, nec per indirectum turbare, molestare, nec turbari, nec molestari facere, aut inquietari præfatum B. in possessione, & tenuta dictorum bonorum, & preceptione fructuum sub pœna turbationis possessionis, & item cuilibet contrafacienti sub pœna scutorum centum applicandorum Reg. Duc. Cam. & plurium, & pauciorum arbitrio præfati D. Iudicis mandans præcipiendo, &c. & prædicta fiant cum dimissione copię. Nota quòd non apponitur clausula grauatoria, quando est in executione rei

Ex stat. c. 187 f 63. vo. 1. cauenitoque bene posset apponi clausula ad videndum firmari dictum præceptum: sed hoc est in arbitrio procuratoris fiquod re- scribitur à Iudice, & actuario, in cuius executione deinde spectu præ accedetur in rem præsentem ad possessionem, & superinceptorũ in de rogatur instrumentum, de quo dixi in formulario instrandi, vel strumentorum: & fit etiam relatio per nuntium in continuan actis.

dimittatur copia illi, contra quẽ concedere- tur execu- tio si habi- uerit in Ciuitate, vel Duca tu Mediolani.

Nota quòd si aliquis tertius pretenderet dictum præceptum de iure non potuisse concedi quo ad bona nominata, & ideo vellet impedire, vel contradicere tali præcepto concesso, vel introitui, si aderit clausula grauatoria poterit comparere in termino eiusdem secus intra biduum vtile, aut quatriduum continuum citari facit partem aduersam ad videndum illud reuocari, & in tali citatione, si adhuc executioni sit mittendum præceptum, faciet apponi clausulam, & interim nil noui fiat, sed supersedeatur ab omni nouitate sub pœna nullitatis, & aliqua etiam pœna pecuniaria hinc in termino contradicendi faciet eius exceptiones deseruientes intentioni suæ, & procurabit obtinere suspensionem dicti præcepti saltem per decem dies intra quos possit videre iura talis tertii an faciãt ad rem, nec ne, & supra retuli statutum circa hoc.

Hinc etiam ad propositum cadit præceptum expellendi emphiteotam à bonis emphiteoticis, quod conceditur cum narratiua agitatorum in causa, de quibus in processu. qua finita subdes ideo sic instante dicto N. semper cum teseruatione eius iurium, & maximè consequendi ficta cessata à die protestatæ caducitatis retro, & gaudimenta infrascriptorum bonorum ab ea citra, & expensas. præfatus Magnificus Dominus Iudex sequendo expressam dispositionem statutorum, & iuris ad executionem promissorum, & aliàs omni meliori modo, &c. commisit vtsupra in alio, ad ponendum, & inducendum positumque, & inductum manutenendum dictum N. seu eius legitimum nuntium, & procuratorem ad corporalem possessionem, & tenutam infrascriptorum bonorum olim emphiteoticorum cum reseruatione semper, & sine prejuditio cuiuslibet alterius iuris præfato N. & ad expellendum dictum B. & quoscunq;

alios

alios detentores inquilinos, & pensionantes à tenuta, & possessione dictorum infrascriptorum bonorum,& ad prę-cipiendum,& quòd præcipiat prout tenore præsentis præ cepti præfatus Magnificus Dominus Iudex pręcipiendo mandat tenentibus, laborantibus, fictabilibus, colonis, & massariis, ac pensionantibus dictorum bonorum vt recipiant solemnem inuestituram à dicto A. per publicum instrumentum cum solemnitatibus debitis, & necessariis secus ad dictos pariter cum eorum familia,& bonis vniuersis expellendum,& excludendum à dicta possessione, & tenuta dictorum bonorum ipsique B. & cuilibet alii occupare, & detinere volenti dicta bona contra voluntatem dicti B. præcipiendum sequere vtsupra in alio vsque ad finem.

Quando autem conceditur ratione iurium, vel vigore pactorum executiuorum, tunc conceditur sub simili forma si sit lata sententia pręmittitur ad cautelam narratio actitatorum dicendo qui vidit instrumentum vnum sententiæ latæ per &c. in qua in effectu declaratum fuit B. debitorem A. de libris centum imperialium, occasione vnius instrumenti obligationis mutui gratuiti,& pro libris pro expensis eiusq; B. bona fore,& esse obligata,& hypothecata ipsi A. pro dictis creditis, & ei relaxari debere in vim pignoris, & hypothecæ vsque ad integralem satisfactionem dicti crediti sui, damnorum,expensarum,& interesse,& illi ideo concedi debere opportunum præceptum ponẽdi ipsum A. in & ad possessionem dictorum bonorum, & prout in ipsa sententia fit mentio lata sub die,&c.& requisita à præfato Domino iudice executione dictæ sententiæ iuxta formam iuris, & statutorum Communis Mediolani :- ea prout in executione prędictorum,& iurium quorumcunque ipsius A. commisit &c. sequere vtsupra ad intrãdum, & apprehendendum corporalem possessionem, & tenutam dictorum infrascriptorum bonorum,& positum,& inductum manutenendũ, & defendendum ipsum A. vel eius legitimum missum nũtium,& procuratorem in possessione effectuali, & tenuta dictorum bonorum. Item ad amouendum à dicta possessione qnoscunque illicitos detentores,& possessores dicta-

Forma præcepti introitus.

rum bonorum inferius descriptorum, & ad eis, & quibuscunque fictabilibus, &c. sequere, vt in primo precepto vsque ad finem. Nota quod illa similia præcepta conceduntur partes citata, & si tertius esset in eorum possessione, & tenuta deberet citari ad videndum illud concedi.

Præceptū exequēdū in re et per sona

Si autem in sententia debitor condemnatus esset ad soluendum in pecunia numerata, quod accidit, quando principaliter intentata fuit actio personalis, & remedium statuti si quis prima facie, aut Nouar. Constitut. si si per apparentem prima facie debitorem, &c. tunc conceditur præceptum executiuum siue fortior executiuo, & hæc solet concipi per sequentem formam præmisso tempore. Magnificus talis Iudex ad petitionem A. &c. commisit, &c. seruitori Communis Mediolani, quatenus vadat ad omnes partes necessarias, vna cum famulis tribus, & pluribus si expedierit, ac Anciano ad detobandum, & per vim auferendum tot de bonis, & rebus B. pro summa librarum mille Imperialium, de quibus est debitor præfati instantis ex causa depositi apparente superinde publico ibstrumento rogato per &c. in causa producto si sit cognitum, & sententiatum addito, & condemnatus fuit per N. etiam de consilio Magnifici N. Consultoris in causa electi, vt in actis, &c. & pro expensis, &c. & hoc attento vel præcepto cum famulo, quod transiuit in iudicatum vel quod lapsa sunt tempora probatoria ex forma statutorum, & nil probatum in contrarium, & constat de credito ipsius A. vel attenta sententia superinde lata vt supra quæ transiuit in iudicatum. Item ad frangendum, & ammouendum quęcunque obstacula præsentem executionē impedientia (si sit concedenda ēt executio personalis additur.) Item ad personaliter capiendum, &c. (extensio, & detinendum dictum B. & detentum coram pręs. D. Iudice pręsentandum, & consignandum, & successiue alio in contrarium nō ordinato per ipsum D. Iudicem ad carceres, & in carceribus includendum, & sequestrandum, & contestandum penes custodes carcerum inde non dimittendum, nec relaxandum sine speciali licētia præfati Domini Iudicis, & nisi satisfacto dicto A. sub pœna dictis

custodibus soluendi de suo tam capitale, quàm expensas, ac omnia damna, & interesse versus dictum A. creditorem, mandans exequendo, &c. & prædicta fiant cum dimissione copiæ, saluo quod vetita, &c. (non pignorentur neue in locis, diebus prohibitis explicentur iuxta formam ordinum,) Aduerte quod aliàs in talibus præceptis apponi consueuerat clausula. Item ad standum in possessione, tam in domo ipsius B. debitoris, quàm alibi expensis tamen ipsius debitoris, & inde non recedendum sine licentia speciali vtsupra, sed nunc non appouitur, nam Nouar. Const. prohibent concedi missionem famulorum in possessionem nisi in causa datiaria vel publica sed etiã neque pro his consueuit concedi nisi vrgens causa subsistat arbitrio vel Principis, vel Magistratus ordinarii nam subditi multum prægrauabantur expensis.

Vide Asin. §. 31. ampliatione reg. 1. & 2. ampliatione tertiæ princ. ampl. vbi & sequentibus declarat quomodo pars auctoritate propria, & cum licentia Iudicis possit exequi rem iudicatam fungendo nuncij officio.

De executionibus realibus, & personalibus, &c.

HInc sciendum erit, quòd primo debet fieri exequutio realis ex dispositione statut. fol. 64. volum. 1. nisi in casibus permissis. Item quod præcepta robandi realiter, & non personaliter debent priusexplicari cum famulo, & seruitore si in Ciuitate, & suburbiis, vel incorporibus sanctis. Idem si in Ducatu ex correctione dicti statuti olim autem cum seruitore, tribus famulis D. Potestatis Mediolani, in Ducatu Pro secunda verò vice seu vicibus vbi semel acta fuerit prohibitio, de qua stetur relationi seruitoris, tunc poterit apponi numerus frangiorum, tum maior, tum minor arbitrio Iudicis secundum qualitatem facti, & personarum sed certus numerus puta quatuor, vel tres ex dispositione No. Const. lib. 2. de fam. iusdicentium cap. Iudices. Item statut. cap. 174. fol. 59. & cap. 204. fol 68. vol. 1. & 205. fol. 66. vol. 2. in tantum q̃ stat. cap.

Ex stat. c. 174. fol. 56. vol. 1. & cap. 205. fol. 67. vol. 2.

117. in fine disponit quod si numerus frangiorum non fuerit appositus, nulla fieri possit executio, & facta non valeat & dicto cap. 204. fol. 69. uol. 1. legitur quòd si vltra numerum taxatum, vel additum famulorum alii famuli iuerint, quòd ille contra quem fit executio, non teneatur ad soluendum supra numerarijs. Item requiritur quòd famuli facientes executiones, siue reales, siue personales pro debitis sint de familia officialium, & iusdicentium Ciuitatis Mediolani, & sint descripti apud officialium collateralium Mediolani, & in aliis ciuitatibus apud iusdicentes tam ex dispositione Nouarum Constitutionum vtsupra, quam statut. cap. 177. fol. 60. vol. 1. Amplius dicti famuli licet descripti si habitabunt in Ducatu, & per Ducatum Mediolani non poterunt explicare præcepta executiua concessa per iusdicentem Ciuitatis Mediolani, sed tantum illa quæ conceduntur per iusdicentes Ducatus. Illi verò famuli, qui habitant Mediolani, poterunt explicare quæcunque præcepta concessa per quoscunque iusdicentes siue sint Ciuitatis, siue Ducatus ex statut. capit. 187. fol. 67. vol. 1. & nouarum constitutionum vtsupra, nec nó eorum copia in actu executionis debet dimitti, aut si est, personalis saltem ostendi licentia ipsa, & ex dispositione nouarum constitutionum, & statutorum sed fieri non poterit in bestiis aratoriis plaustris, aratris nec aliis instrumentis aptis ad colendum agrum, vel ad vsum melendini (quod fallit in colonis, fictabilibus, redditualiis, vel partiarijs, debitoribus, qui ea ad instantiam Domini, vel locatoris poterunt pignorari, & derobari, & quicũque fructus, & reditus qui ea re locata exiuerint nec non quæcũque res mobiles seu se mouentes pro quocunque debito. Item pro blado dato pro semine, & comedendo, & denarijs datis, & manegijs, pallis, & scarionibus vel laboratoribus pro fæno, pro stramine, pro grassa, & pensione sediminis, seu domus locati, vel locatę, & pro alis datis occasione massarii ex cap. 232. fol. 79. vol. 1. Item in libris rationum, vel Ecclesiarum, iuris canonici, & ciuilis, vel alterius maneriei (nisi sint Mercatorum) de licentia speciali, aut sint venales nec in vestibus ad vsum mulierum ipsis ita esse iurantibus nec in lecto ad vsum proprium, vel promiscuum cum suo viro vel libe-

Idẽ de iure secundum Asi. vbi aliud reperitur §. 31. limit. 33. & 37. Const li. 2. de execut. real. et personal. & stat. c. 251 fol. 85. vo. 1. et 252. Vide Asi. Merlin. 36. §. 3. & Cõst. lib. 2.

liberis nec in bonis doralitiis, vel paraphernalibus ex no- *Vide Aſt.*
uarum conſtitutionum ex Statut. cap. 254. fol. 86. vol. 1. *limit.* 32.
cum ſuis tamen limitationibus. Item nec in cupis in tectis *et* 43. *vbi*
vel paratis ad ponendum in tectis, torcularibus, & inſtru *tenet quod*
mentis ſiue vtenſilibus ad vſum torcularis ac lignamini- *exequutio*
bus affixis domibus, & piolis antis, & ferratis exiſtentibus *non poſsit*
in opere ex ſtatut. cap. 255. fol. 86. 6. vol. 1. 5. Item nec bo *fieri in bo-*
nis rebus, & beſtiis alicuius cuius pro debito alicuius com- *nis mariti*
munis ad inſtantiam priuatę perſonæ, ex ſtatut. cap. 256. *pro ſenten*
fol. 86 6. Neque in ferro, ſtagno, carbonibus, blado, vino, *tia contra*
lignaminibus ab opere, vel à foco, calcina, cęteriſque nego *vxorē pro*
tiationibus, & rebus cuiuſque generis, & aliis quibuſcun *eius debito*
que victualibus, quę reſpectiuæ conducentur ad Ciuitatē *lata neq.*
Mediolani, ſiue per terram, ſiue per aquam dum ſunt in *in bonis v-*
conducta cap. 62. fol. 21. vol. 2. cum autem voluerint ex- *xoris pro*
plicare dicta præcepta robandi, ideſt facere executiones *condēnatio*
reales eas facere non poſſunt niſi in præſentia Antiani, in *ne mariti.*
cuius Parochia, vel Conſulis loci, in quo, vel cuius territo- *Item quod*
rio fieri voluerit ex ſtatut. cap. 194. fol. 646. vol. 1. Conſti *non poſsit*
tutio tamen addit, quòd in defectu Antianorum, vel Con- *fieri execu*
ſulum executiones fiant præſentibus duobus vicinis, ſecus *tio in re do*
imponitur pœna famulis. Statutum videtur innuere, quòd *tali cōſtat*
ſufficiat requiſitio Antiani, vel Conſulis, vel quod ſtetur *te matri-*
relationi ſeruitoris de ea requiſitione, ſed nouarum con- *monio et ſi*
ſtitutionum requirit præſentiam, vel Conſulis, vel Antia- *debitum ſi*
ni, aut duorum viſinorum ſub pœna nullitatis eius enim *mariti, &*
verba hæc ſunt eoque caſu antequam executionem vllam *vxoris.*
faciant ab eo Iudice habendum eſt præceptum in ſcriptis *Vide Aſin.*
manu eius Iudicis ſubſignatum, quod & parti oſtendere te- *limit.* 38.
nentur, & in actu executionis eius copiam dimittere, & ſi
executio realis fuerit, non niſi præſente Antiano, vel Con-
ſule, vel in eorum defectu duobus vicinis præſentibus fa-
cienda eſt, quæ ſi non ſeruauerint, vel alicui ſignificauerint
quòd licentiam pignorandi, vel detinendi habeant, & ſi
non habuerint, incidant in pęnam aureorum decem pro
quolibet, & qualibet vice Fiſco appli. vel alia grauiori
pœna etiam corporali arbitrio iudicis, & eo amplius pi-
gnora ablata ſine impenſa reſtituantur, & detenti relaxen-
tur, impenſas illico, & ſine mora ſeruitor vel famulus de-

tento, vel illi, cui pignus ablatum est iuxta eius iuramentum resarciat, nullumque exinde publicum officium exerceat sub pœna ictuum trium eculei, vel fustigationis quod seruandum est siue fiat executio pro debito priuato, siue pro publico statut. verò imponit pœnam librarũ quatuor imperialium pro quolibet eorum, & qualibet vice, & ad eius solutionem compellantur per captionem personæ, & nisi infra sextam diem soluerint, teneantur in catena, seu berlina per vnam diem, & priuati remaneant ab ipso officio vt supra, saltem per quinquennium. Rursus lib. 4. de accus. cap. & quia, cautum est non posse procedi de prohibita executione, vel ablatione pignorum nisi hi seruitores, & executores ab officialibus legitimas licentias pignorandi in scriptis habuerint, & huiusmodi prohibitiones, vel pignorum ablationes factæ fuerint in præsentia Consulis loci, vel Antiani Parochiæ, vbi eorum copia haberi poterit, sin minus in duorum testium iuratorum præsentia vbi in Ciuitate, Castro, Burgo, vel Villa mœnibus circundata fiant: in Villa mœnibus non circundata, vel loco, aut capsina, quæ Consulem non habeat, sufficiat vnius testis iurati præsentia vltra seruitorem, & famulum; & quia inoleuerat corruptela quòd loco Consulis, vel Antiani mittebatur aliquando vxor, aliquando filius minor: Senatus fecit decretum pro obseruatione dicti decreti, cum autem executiones reales fecerint pignora ablata penes se tenere non poterunt neque vendere, neque pignori dare, quod si contrafecerint libere pignora teneantur restituere, sed tenentur ea deponere si in Ciuitate penes Antianum, vel vicinum, si verò extra, penes Consulem, vel Vicinum illius loci vbi fit executio statutum addit vel penes Gubernatorem pignorum sub pœna ex Nou. Constitut. aureorum duorum Fisco applicandorum, & vlterius ad catenam publice statutum addit per vnam diem ponantur. Et tenebuntur etiam describi facere pignora derobata singulariter quantitates, & qualitates, & extimationes earum rerum si in Ciuitate intra vnam diem, ex statut. cap. 234. fol. 640. intra tres dies) si extra intra tres dies (ex statut. quinque) & apud acta illius Iusdicentis, à quo. Insuper tenebuntur reportare scripturam manu depositarij, vel in-

Consil. lib. 2. de exeq. stat. c. 195 fol. 65. vol.

strumentum talis depositi pignorum; Nam ex dispositione Statut. cap. 175. fol. 65. volumine primo. cauetur per hęc verba, de qua consignatione non credatur relationi seruitoris, nisi fiat scriptura manu depositarij, aut aliter probetur, quoad præiuditium asserti depositarij. Id etiam cauetur ex statut. cap. 217. fol. 73. 6. vol. 1. personaliter autem nemo pro debito priuato capi potest, nisi ex Nouis Constit. vel iure municipali Ciuitatum, & locorum caueatur ex dispositione Noua. Constitut. lib. 2. titu. de bonis insolutum dandis. cap. pro debitis priuatis, & statut. cap. 167. fol. 56. volu. 1. quod tamen non habet locum in non subditis Dominio Mediolani, neque in colonis, partiarijs, fictabilibus, vel emphyteotis, & qui soceda animalia tenent, pensionantibus, & molendinarijs, nec illis de eorum familia maioribus, vt Constit. dicit viginti annis, qui habitarent cum eis eo tempore, quo debita contraxerunt, quæ captura tamen locum non habet in fictabilibus, inquilinis emphyteotis, pensionantibusvè bonorum, vel eorum existentium in Ciuitatibus huius dominij, vel oppidis munitis habentibus merum, & mixtum Imperium, nec etiam in his, quę in perpetuum ve ad tempus conducunt res siue rusticas, siue vrbanas per prius per eos locatori venditas cum pacto redimendi, & adhuc pactum duret, nec in eorum correis, & fideiussoribus ex Stat. & Nou. Constitut. vtsupra, qui quidem coloni, fictabiles, redituarij, partiarij, molendinarij, & alij, qui inculta bona relinquunt, & non integrè facta satisfactione locatori alium de habitatum se trãsferunt de vna iurisdictione in aliam, vel in eadem Magistratus illius iurisdictionis ad petitionem locatoris cogat eos ad satisfaciendum omnibus iuris remedijs etiam per personalem detentionem, etiam si prænominati itarent, vel habitarent cum aliqua persona Communi, Collegio, vel vniuersitate non subdito dicto Magistratui, vel eius iurisdictioni ex Nouis Constitut. vtsupra ex Statut. cap. 379. vol. 2.

Personæ, quæ possunt detineri causa publi. vel priuati debiti.

Quod etiam non habet locum in debitoribus, ex causa fideiussionis, & redemptionis captiuorum litterarum cambij veri, & reali mercimonii, datiorum, onerum, pretij,

precii, rei venditæ, dispositi veri, & realis etiam non sequuta condemnatione pro ipsis depositis, & condemnationum expensarum litis transactorum in rem iudicatam. Item in bannito de fideiussore non exonerato, & alimentis. Item in illis quorum bona per eorum vxores, aut eorum nomine iurium suorum dotalium vigore apprehenduntur, neque in pensionantibus euacuantibus domum sine licentia Domini facto non soluto Statut. cap. 417. volum 2. & vtrum euacuauerint domum sine licentia Domini seu locatoris, vel ne stetur eius locatoris sacramento. Hinc cum aliquis pensionans euacuat domum sine licentia facis coram Iudice expositionem qualiter locaueras talem domum, & ille euacuauit sine licentia tua non satisfacta pensione, & ita iuras, & successiuè obtines præceptum attento dicto iuramento.

Personæ quæ prohibentur capi pro debito publico vel priuato. *Pro debito tutelæ præ via renũ. Sen. conf. vell & omni iuris & ll. aux. Brn. decis. bon.*

Quando similiter fallit in condemnatis pro damno dato ex cap. 378. volum. 2. & in debitoribus suspectis de fuga, & qui dolosè sui copiam non faciunt, vel pro fugitiuis habentur, & nouarum constitutionum lib. 5. de officio Abba. Mercat. cap. quicunque, & Statut. cap 69. fol. 22. vol. 2. Item in debitoribus Collegii Notariorum Mediolani, cap. 227. fol. 23. volum. 1. Item in nolente exhibere pignora cap. 245. fol. 83. volum. 1. Neque in debitoribus Communis Mediolani cap. 186. fol. 60. volum. 2. Neque in debitoribus, & obligatis carceratis cap. 168. fol. 55. 6. volum. 2. Item in bannito de fideiussoria cap. 413. fol. 140. volum. 1. Item in condemnatis per Iudicem stratarum cap. 275. fol. 98. volum. 2. & sic de aliis, & in omnem casum non possunt capi sequentes personæ, siue ex causa publici debiti, siue priuati videlicet minores annis 18. nisi fuerint de familia colonorum, & vtsupra, & maiores annis quatuordecim, maiores annis sexaginta, nisi fuerint fideiussores pro alio, vel exonerare debentes alios ab onere satisdationis ex Statut. cap. 413. folio 140. volum. 1. vel debitores ex causis supra recitatis, siue fidefragi, vel suspecti de fuga, neque mulieres bonæ famæ, ex Statut. cap. 243. folio 826. volum. 1. (poterunt tamen eorum bona sequestrari, & pignorari siue derobari pro

pen-

pensione domus per eas conductę, & pro debito alimentorum ex cap. 254. folio 86. volum. 1.) Neque scolares ll. decretalium, publicæ chirurgię, Tabellionatus, & pro discendo scribere, & cuiuslibet alterius artis liberalis pro debito alicuius vniuersitatis publico, vel priuato, nisi fuerit principaliter nominatus, vel hęres debitoris nominati, & hoc vbi alias de iure posset detineri personaliter cap. 68. folio 22. volum. 2. Idem etiam videtur innuere Constitutio in tit. de Gymnasio Ticinensis, & in eo studen. Immunitatę, nec Antiani Parochiarum pro aliquo debito, seu vicinantiæ ea statut. cap. 297. fol. 61. volum. 2. Neque quibus est concessa licentia à D. Potestate, vel alio iurisdicente posse stare, & morari in Ciuitate Mediolani, pro negotiis, & causis burgorum, & locorum suorum, occasione alicuius debiti publici, vel priuati, de quo teneretur commune Burgi, vel loci sui, ex statut. cap. 90. fol. 31. volum. 2. tamen consuetum est, adiri Illust. Magistratus ordinarius qui concedit talem licentiam, vulgò saluum conductum, neque conducentes victualia ad Ciuitatem, siue merces cuiuslibet generis ad Ciuitatem Mediolani veniendo, morando, & redeundo ex Constitut. vtsupra cap. si vero §. has tamen ex statut. cap. 67. fol. 21. 6. & 177. fol. 56. volum. 2. (exceptis tamen bannitis pro maleficio, rebellius, & infectis peste ex dictis Stat. nouarum constitutionum tit. de prohibitis, &c. capit. consuetum est §. huius tamen) Neque quis debitor à summa librarum quinque siue sex infra, non poterit personaliter detineri, nisi proueniat à Vicario prouisionum, vel Iudice stratarum, vel victualium Mediolani, capit. 167. fol. 54. 6. volum. 2.

Ne

De temporibus exequendorum præceptorum.

TEmpus autem exequendi præcepta siue realia, siue personalia per Nou. Const. & Statut. c. 199. & 200. fol. 66. vol. 1. sic est limitatum quòd executores, & seruitores ea exequi debeant, si in ciuitate executio facienda sit, saltem Constit. dicit intra duos, Statut. verò intra tres dies. si extra ciuitatem per decem millia passum intra quatuor dies, & ab inde supra, infra sex dies. Executiones personales, & huiusmodi præcepta non durant lapsis diebus triginta continuis à die eorum concessionis ex dispositione Statut. cap. 236. folio 81. vol. 1. vnde si non fuerint exequuta, renouantur intra dictos dies 30. etiam sine partis citatione insuper fieri non poterunt in confinibus pallatij prætorij (ideſt Broleto Communis Mediolani, in quo est Collegium DD. I.P. nec in Broleto Ducali apud Castrum, nec in domibus, neque portis, porticibusvè, aut domus I. P. & Causidicorum ex causa publici, nec priuati debiti, ecclesijs, nec post vigesimam quartam horam diei, nec nisi de die, neque in diebus mercati, scilicet quibus fierent mercata in Ducatu Mediolani in illis locis, vbi fuerint mercata, seu nundinę, nec etiam eundo, stando, nec redeundo ad ipsa mercata, seu nundinas, in diebus mercati ex cap. 260. fol. 87. vol. 1. & 55. fo. 21. volum. 2. nec in diebus prohibitis (exceptis debitoribus fidefragis, & suspectis de fuga, ac debitis ex causa fictorum, &c. Nou. Const. lib 5. Statut. cap. 69. fol. 22. & 379. fol. 229. vol. 2. quinimo tales poterunt propria auctoritate capi, sed consignabuntur Iudici, in cuius loco capiti fuerint ea die, vel sequenti cap 69. fol. 22. vol. 2. Vigore etiam præcepti generalis non poterit fieri aliqua exequutio realis, nec personalis nisi contra nominatos in eo præcepto generali ex dispositione Statut. cap. 191. fol. 64. volum. 1. & Nou. Const. lib 1. tit. de officio diuersorum Iudicum, cuius verba hæc sunt. Omnes Iudices huius

In quibus locis prohibeãtur executiones fieri. Vide cõst. lib. 2. de famul. iusdicen.

do-

dominii sciant eis permissum non esse, præcepta generalia contra debitores concedere, nec aliquas exequutiones reales, vel personales, nec famulos in possessionem mittere, nisi in casibus à iure, & ex Const. permissis, & tunc in eis eorum debitorum nomina, & cognomina expresse apponenda sunt, & in omnibus casibus necesse est, quod prius de verbo debito legitimè, & parte citata constet, sub pœna Iudici aureorum 25. pro qualibet vice, & grauiori arbitrio Principis, vel Senatus, & parti, quę eis præceptis, vel executionibus vtatur viginti applican. &c. tunc tenentur exequutores ducere detentos ad Iudices, de quo rum mandatis fuerint capti, sub pœna nullitatis, adhoc vt si legitimam causam docebunt, propter quam capi non deberent, & creditores causam legitimam non docebunt, liberè, & sine impensa relaxentur ex No. Const. lib. 2. & Statut. cap. 197. fol. 65. 6. volum. 1. hoc tamen non puto procedere quando aliquis detineretur in Ducatu de mandato Iusdicen. Ciuitatis Mediolani, nam tunc poterunt captum consignare alicui Communi, seu Consulibus, vel officialibus talis Communis, vt illum bene custodiant vsque ad mandatum Iudicis. Nota ex Statut. cap. 299. fol. 71. volum. 1. & 211. fol. 72. eodem disponit, quòd quis nō possit dici consignatus alicui Communi, seu eius officialis, nisi fuerit consignatus ligatus manibus, in carceres dicti Communibus, vel aliud sedimen, vel camera præsentibus Consulibus, & vbi ipsi Consules iusserint, & de hoc erit facienda mentio in relatione, & tunc tale Commune, & Consules tenebuntur custodire tales captos per sex tantum dies proximè futuros ad plus, expensis illius, qui illum capi fecerit, & lapsis dictis sex diebus continuis aliunde in totum licebit eis relaxare tales consignatos, nec tenebuntur illos vlterius exhibere, nisi infra dictos sex dies præceptum fuerit, vel mandatum per Iudicem, & si quis de manu seruitoris, vel famulorum per vim auferet captum, siue detentum legitimè pro debito priuato, vel contumacia priuata, tenetur vltra aliam pœnam ad consignandum ipsum infra mensem ex quo requisitus fuerit, vel ad soluendum pro ipso, pro quo detinebatur, & erat debitor, si de debito constet, quæ expediantur

Quid seruare debeant executores circa exequutiones personales.

tur officio Iudicis,& sine strepitu,& figurà iudicij ex dispositione statutorum cap. 228.fol. Idem cauetur de auferente rem legitimè robatam,seu pignoratam, contra voluntatem seruitoris,vel deferentis, quòd teneatur vltra certam pœnam ad consignationem rerum ablatarum, & ad prædicta omnia compelli possit, realiter, & personaliter per Iudicentem,de cuius mandato concessa fuerit executio,& auferens,& qui pignoratus fuit,si præsens erit dictę ablationi,vel aliqui de eius familia , & quilibet alius contrafaciens.Cum autem detenti consignati fuerint Iudici,iubeantur duci ad carceres, non possunt duci ad alios carceres,quàm malæ mansionis, secus nulliter detentus esset, & absque impensa relaxandus,nisi aliter Iudex licentiam dedisset ex Statut.cap.163.vol.2.vel nisi ipsi voluerint conduci ad alios carceres,ex Const.tit. de executionibus,& famulis Iusdicen.c. si verò exequutiones.Et si quis sequestretur in carceribus pro debito publico, vel priuato etiã pro datio,eidem notificari debet dicta contestatio ex die, qua fiet,vel sequenti,aliter non noceat contestatio nec prętextu dictæ contestationis poterit retineri in carceribus vllo modo,& custos ipsius captiui pro tali sequestro quicquã accipere non possit, sub pœna librarum quadrãginta Imperialium pro medietate Communi,& pro altera medietate illi, ad cuius petitionem facta fuerit sequestratio. Attamen pro debito publico, detentus non posset pro alio debito contestari,& si contrafieret, non valet. Idem quando detentio indebitè facta fuisset siue pro debito publico, siue priuato ; & de iure detentus ex causa criminali potest sequestrari ex causa ciuili,secundum doctr.Pap. num.26.& seq.cum addit.Id liberè dicit Ægid. Bosf.rum.91. in tit.de carcere,referens Bart.& Ias.sed Mediolani non est vsu receptum,& quando quis relaxaretur ex eo, quòd captio,de eo facta non tenerer,vel alia occasione, non potest pro aliquo debito publico, nec priuato ipso die detineri ex Stat. cap 241.fol.826.vol.1.& per *Stat.* 259.fol.82.vol.1.cauetur quòd si quis relaxatus fuerit è carceribus intuitu pietatis non possit ipsa occasione vlterius capi , & pro condemnatione facta,quę deberet peruenire in Cõmune Mediolani in toto,vel in parte,& pro debito publico,pro quibus,

Cap. 227. fol. 77. 6. vol. 1.

Ex stat. c. 259 86. vol. 1.

Ex stat. c. 242 folio 82.6.

Cap. 242. fol. 82. 6.

bus, vel altero eorum fuerit captus, & relaxatus vt supra, non possit vlterius molestari, pro commune, sed dicta condemnatio, & debitum, quæ debebant peruenire in commune cancellentur, & ipso iure pro cancellatis habeantur de libris, in quibus scripta forent. Insuper persequens capitulum cauetur, quòd quilibet captus, vel robatus, vel coactus pro aliquo Communi vniuersitate, vel singulari persona ad instantiam Communis Mediolani, vel Duc. Cam. vel alicuius habentis datum à Commune Mediolani, vel à præf. Cam. vel ad instantiam alicuius officialis ipsius Cõmunis, vel Cameræ possit omne, & totum id quod ipsum soluisse, vel rationabiliter expediisse reperiatur pro eo Communi, Vniuersitate, vel singulari persona, consequi, & exigere, prout poterat commune, vel Ducalis Camera, vel vt supra, & quòd talem actionum habeat, & exequutionem, quam, & prout habebat Camera vel Commune pro creditis suis, & hoc quatenus petierit intra annum.

Et hæc sufficiant ad prẽmonita prẽceptorum executiuorum realium, & personalium. Et prosequendo processum.

Factis exequutionibus, partibus quid faciendum.

ANimaduertere debes, an seruitor executionem realẽ fecerit, vel retulerit non inuenisse in quo faceret exequutionem: primo casu pignora derobata stare debent penes depositarium quindecim diebus, quibus si nullus legitimus contradictor, vel defensor comparuerit, tunc de prẽcepto illius Iudicis relaxabuntur illi, qui pignorari fecit, saluo etiam quòd interim dictus depositarius tenebitur, & debebit ea relaxare, seu reddere si fuerit, vel de consensu partium, vel de mandato Iudicis, sed si concederetur per Iudicem ante lapsum quindecim dierum, debet citari pars etiam si non contradixisset. Respectu verò pignorum viuorum, & victualium Stat. in specie nil dicit quod tempus debeant remanere penes depositarium. Hoc tamen mediũ posset adhiberi, ne iumenta super hospitiis consumentur

Vide stat. c. 233 fol. 80. vol. 1. Ex stat. c. 248. f. 84. vol. 1.

ex-

expensis, & victualiæ marcescant, quòd statim ille, ad cuius instantiam fuissent pignorata adiret Iudicem, & peteret sibi concedi relaxum dictorum pignorum citata parte, quæ si contradiceret, saltem respectu victualium concederet licentiam ea vendendi, & pretium deponeretur in sequestro: vel si malet concedere relaxum creditori, creditor statim denuntiaret, debitori, vt redimeret dicta pignora vi delicet respectu pignorum viuorum termino decem dierum, respectu rerum mobilium, quæ seruando seruari possunt termino ttiginta dierum continuorum: Respectu verò victualium, & rerum, quæ seruari non possunt, vltra decem dies fiet licentia alicuius iusdicentis, & duret, prout per Iudicem impositum fuerit denuntiari, vel Notario, aut seruitori. Quibus terminis elapsis, & non aliter referendo singula singulis, licitum erit denuntianti, seu ad cuius instantiam facta fuerit denunciatio, vendere, seu alienare rem denuntiatam bona fide, & postea suo sacramento stetur, quòd bona fide, & sine fraude vendidit, siue alienauit, & de pretio illius rei bonorum rationem faciat, seu reddat denuntiato, & si quid super abundauerit vltra sortem, deductis expensis legitimis debitori restituat, quæ denunciatio possit fieri, siue sit pro mutuo, siue sit pro alia quacunque causa, & aduerte, quòd creditor tenetur post relaxationem sibi factam de aliquo equo, vel animali infra dies quinque denuntiare debitori: & si debitor infra dies decem illum non redimerit, tunc creditor tenetur illum, vel illud vendere præteritis decem diebus illius denunciationis, si non defendatur, aliter debitor non tenebitur ad expensas illius animalis, quæ fierent post tempus illius denunciationis, & post lapsum quinque dierum post relaxum: Hęc omnia eliciuntur ex Statut. cap. 248. 49. & 50. sub rubr. de pignoratione pignorum, &c. volum. 1. Hicque posset annecti formula relaxi, sed omitto, cum in materia sequestri prętermissa non fuerit; hic tantum addo, quòd intimato relaxo depositario, ipse depositarius tenebitur relaxare rem pignoratam, vel sequestratam intra terminum saltem octo dierum, secus contra ipsum datur bannum, præuia, secundum aliquos, citatione ad videndum se poni in banno de contemptu,

&

& inobedientia, ac de relaxetur eidem. intimato spreto, in quo prœterit lapsis octo diebus post datum bannum, cuius quidem banni forinula sic consueuit frequentius concipi.

Formula banni dati contra Depositarium, & alia quædam contra sequestratarium, de relaxo spreto.

BAnnum datum contra B. depositarium de contemptu, & inobedientia, relaxeturque spreto, & non obtemperato, & hoc ad instantiam A. præsentis, instantis, & perseuerantis, &c. si fuerit præmissa citatio, additur, & hęc omnia in termino citationis, &c. Vnde lapso termino banni, quod esse consueuit octo dierum, potest ad libitum partium citari depositarius ad videndum concedi prœceptum executiuum reale, & personale, vel non, sed obtineri exequutio contra ipsum depositarium, id tamen raro succedit, nisi interueniat colluſio, siue versutia depositarij, & præsuppositio, quòd depositarius consignauerit pignora, tunc emanatur denuntia debitori ad exigendum pignora sub isto tenore.

Forma denunciæ pignorũ mortuorum.

1580. Indictione
die mensis

Magnificus I. V. Doctor N. Honoran. Vicarius Prætorius Mediolani, sic instante A. & alias omnibus meliorius modo, &c. Commisit, imposuit, & in mandatis dedit, & dat N. seruitori communis Mediolani, quatenus ex sui parte, & præcepto, & ad petitionem dicti A. vadat, & ire debeat denunciandum, & intimandum, & notificandum, & quòd detinet, intimet, & notificet, & tenore præsentium præf. D. Iudex intimari, & denuntiari mandat B. personaliter por. par. quatenus intra triginta dies prox. fut. (Notarij criminalium hoc spatium non obseruant, sed breuias) a die prœsentationis hpius denuntiæ in antea computandos, debeat exegisse, & recuperasse, & exigere, & recuperare a dicto A. omnia, & singula

pignora, & omnes, & singulas res, si quæ, vel quas ipse A. habet penes se de pignoribus, rebus, & bonis ipsius B. non tamen confitendo ipse A. aliquas, vel aliqua habere penes se, alioquin lapso dicto termino ipse A. dicta pignora, & ipsas res, si quæ, & quas habet penes se, vt supra, vendet, & alienabit, & de eis faciet, & disponet tanquam de suis bonis propriis, & rebus, & aliquo non respondebit dicto B. & prædicta ad omnem bonum finem &c. & ad dimittendum copiam huius denuntiæ dicto B. personaliter, vel &c. & signatur à Iudice, & Notario. Aliquãdo seruatum fuit, quòd ante relaxum, intimabatur denuntia statim facta executione, ad exigendum, & recuperandum pignora, & satisfaciendum de credito cum clausula, quòd alioquin dicto termino lapso dicta pignora relenarentur, & venderentur plus offerenti, debitore vlterius non monito: si tamen bene consideretur statuentium mẽs, debet præcedere relaxum.

(Secundo casu idest) quando non fuit repertum, in quo executio fieri posset, tunc si vis omittere personalem executionem, præsertim si negotium sit cum minoribus, tentabis remedium subhastationis tot bonorum immobilium debitoris, iuxta dispos. Nou. Const. tit. de bonis insolutum dandis, aut ad hastam vendendis, & sic primo adis Iudicem, & facis intimari terminum dierum viginti debitori ad soluendum in pecunia numerata cum narratiua actorum præcedentium cum clausula quòd alioquin dicto termino lapso tot de bonis ipsius B. ad hastam ponentur, & offerenti venundabuntur sub tenore sequenti.

Formula termini viginti dierũ statuti ad solnen.

1580. Indictione.
die mensis
talis Iudex, qui vidit præceptum executiuum concessum ad fauorem, & instantiam infrascripti A. contra B. pro summa librarum centum, de quibus est debitor ex causa depositi, apparente superinde publico documento rogato, &c. vt latius ex eo concesso sub die, &c. Item qui vidit relationem factam per seruitorem Communis Mediolani, sicuti dictum præceptum non habuit effectum, ex eo quia non fuere reperta bona mobilia, in quibus fieri posset exe-

quu-

quutio, & eidem expoſito qualiter dictus B. debitor, vt ſupra, vſque nunc tenuit, & recuſat perſoluere dictum debitum. Ideo ſic inſtante dicto A. ſemper cum reſeruationibus, &c. ad executionem tàm No. Conſt. quàm Stat. & iuris &c. ſtatuit, & aſſignauit, & ſtatuit, & aſſignat tenore preſentium dicto B. perſonaliter, vel &c. terminum dierum viginti proximè futurorum ad cum effectu ſatisfaciendum, & ſoluendum, & ſoluiſſe, & ſatisfeciſſe debeat dictas libras centum dicto A. vnacum omnibus expenſis, damnis, & intereſſe, &c. alioquin dicto termino lapſo, tot de bonis ipſius B. ad haſtam ponentur, & plus offerenti venundabuntur ſeruatis ſeruandis iuxta formam ordinum. Inſuper committit N. ſeruitori quatenus vadat, eius parte, & precepto; ad omnes partes neceſſarias ad intimandum infraſcriptum terminum ſupraſcripto B. perſonaliter, vel &c. (ſi de minoribus addes nec non N. N. agnatis ipſius minoris) & ad citandum dictum B. vt compareat die menſis hora Coram prefato D. Iudice ad eius bancum iuris ſitum. &c. ad videndum firmari preſens preceptum, & iura produci ad effectum, vt tempora curant, & fieri omnia alia, &c. quique ſeruitor dimittat copiam, &c. in cuius termino fit firmatio, de qua ſupra diximus, & iurium productio. Et ſi pars contradixerit, debet fieri per creditorem reproductio iurium, & inde currunt tempora in preiuditium debitoris. Si autem tale preceptum (quod tamen faciendum non eſt) non contineret clauſulam comparendi certa hora, tunc debitor intendens contradicere, citabit creditorem ad videndum reuocari, & vbi non reuocetur ad videndum contradici, &c.

Itaque lapſis diebus viginti non facta aliqua productione, nec defenſione per debitorem, quare non teneatur ad debitum, Iudex debet ad vlteriora procedere, & ſic deuenire ad ſubhaſtationem bonorum, prius iterum citato debitore ad videndum fieri omnem, & quamlibet requiſitionem ad effectum: vt bona in calce citationis deſcribenda debitoris publicentur, & ponantur ad haſtam, pluſquè offerenti venundentur, & hoc pro ſatisfactione, &

vsque ad concurrentem quantitatem crediti ipsius creditoris, de quo in præcepto viginti dierum intimato fit mentio, & successiuè ad videndum ipsa bona publicari, & ad hastam poni, & præuia etiam requisitione creditoris effectus, vt Iudex velit, & debeat publicare, & ad hastam poni facere infrascripta bona immobilia B. & vendere plus offerenti, & de pretio eorundem sibi satisfieri de credito suo, vna cum omnibus expensis, &c. & hoc attento quòd lapsi sunt dies viginti ipsi B. assignati in præcepto eidem emanato, in quibus ipse B. nihil deduxit in contrarium quod releuet; In cuius calce ponuntur bona, quæ debent poni ad hastam, qua quidem requisitione præmissa Iudex decernit proclama, quod sic consueuit concipi.

Forma publicationis Il molto Magnifico G.C.N. Vicario del molto Magnifico Signor Podestà di Milano, qual hà visto li commandamenti essecutiui tanto di leuior, quanto di fortior essecutione concessi per sua Signoria, ad instanza, & fauor di A. contro B. per la somma di lire cento Imperiali, de quali è debitore per publico Instrumento d'obligatione rogato per D.N. Notaro di Milano, adi del mese di dell'ànno ouero il tempo, che in esso si contiene, al quale s'habbia degna relatione, & hauendo vista la relatione del detto comandamento essecutiuo fatta, da qual appare, che non si è trouato da far essecutione al detto B. come nelli atti, sotto il dì, &c. & qual commandamento è passato in iudicatum, & hauendo vista la relatione del termine delli vinti giorni statuiti al detto B. & essecutione delle Noue Const. di Milano, in pagar in danari numerati al detto A. dette lire cento insieme con le spese, danni, & interesse, altrimẽte passato detto termine si sarebbe prouisto alla sodisfattione di detto credito, per via della subhastatione delli beni immobili del detto B. & come in esso termine concesso sotto, &c. qual termine è parimente passato in iudicatum, ne hauendo detto B. prouisto alla sodisfattione. Però ad instanza del detto A. volendo il detto Signor Vicario prouedere alla sodisfattione d'esso credito in tanti beni immobili conforme alle No. Const. & Decreti. In nome, & per parte del detto Signor

Vi-

Vicario s'auisa qualunque persona, che voglia comprare detti infrascritti beni immobili, & ragioni di detto B. com paia auanti detto Signor Vicario al termine infrascritto, al tribunal d'esso Signor Vicario, posto, &c. à far la sua oblatione, & abboccatione in scritto, con il competēte depo sito, perche al tempo debito si deliberaranno à chi hauerà fatta meglior conditione, & se gli farà la debita vendita per publico Instrumento, con la promessa in forma commune, & con le solite clausule, & cautioni, & qual termine di abboccatione sarà per il primo alli il secondo alli & il terzo alli che sarà per la deliberatione alli del detto mese all'hora debita del tribunale, & per ciò si dà impositione à N. seruitore del commune di Milano, che vada à proporre; & affigere le copie della presente nelli luoghi soliti, secondo gl'ordini, alla relatione; del quale si crederà. Dat. in Milano alli del mese di 1580. Indictione subscribitur à Iudice, & ab Actuario ad libitum.

In vltimo termino Iudex solet deliberare bona illi, qui plus obtulit præuia proclamatione tubicinis, & facere instrumentum venditionis, & ex pretio satisfit creditori de capitali, ac omnibus dandis, expensisque legitimis, & si quod supereſt, deponitur penes idoneam personam relaxandum debitori, & facta deliberatione, posset supersederi ab actu venditionis, & interim citare debitorem peremptoriè ad videndum per iusdicentem fieri instrumentum venditionis talium bonorum illi, qui meliorem conditionem fecisset, & in termino peremptorij facere dictum Instrumentum venditionis, quod celebratur cum narratiua processus agitati præcedentis; facto autem tali instrumento per viam subhastationis, tunc ille, cui factura est, citat debitorem ad videndum concedi præceptum intrandi, seu apprehendendi illa bona alias in cedulis expositis descripta, quæ ad hastam vendita fuerunt dicto instanti per ipsum D. Iudicem, publico apparente instrumento à publico Notario confecto: & in termino dictæ citationis conceditur præceptum apprehendendi bona, & expellendi possessores cum narratiua agitatorum videlicet instrumenti venditionis, & ea finita

dicitur. Ideo ad requisitionem, &c. dicti A. præsentis, &c. & ad obseruationem ordinum, & iuris commisit &c. N. seruitori, quatenus vadat vnà cum Notario, & testibus opportunis ad omnes partes necessarias ad ponendum dictum A. & inducendum in possessioné, & tenutam realem infrascriptorum bonorum immobilium, vt infra terminatorum, & cohærentiatorum, & de quibus facta fuit venditio ipsi A. vtsupra, & positum, & inductum in possessione, & tenuta eorundem manutenendum, & defendendum. Item ad amouendum à dicta possessione, & tenuta quoscunque detentores, & occupatores dictorum bonorum, & ad eis, & cuilibet eorum pręcipiendum, prout etiam tenore pręsentium pręf. D. Iudex pręcipiendo mandat dictis detentoribus, & possessoribus dictorum bonorum, vt amodo in antea directè, nec per indirectum, per se nec submissam personã nec quouis aliquo quęsito, vel quęrendo colore audeant, nec præsumant in dictis bonis, nec parte eorum se impedire, nec ea ab aliis impediri facere, sub pœna turbationis possessionis, vis molestatiuæ, & scutorum centum auri Reg. Duc. Cam. applicandorum mandans pręcipiendo, &c. & prędicta fiant cum dimissione copiæ &c. Quæ bona sunt ista videlicet.

Si verò debitor intra mensem comparuerit, & conquæstus fuerit, quòd bona fuerint alienata minus vili pretio, tunc Iudex tenebitur reducere ad duas partes, ex tribus veri, & iusti pretij, seu valoris, quod solet expediri citata parte, & facta æstimatione per Aestimatorem. Et in omnem casum habet terminum vnius anni ad ea redimẽdum eodem pretio, pro quo insolutum data fuerint, & etiam expensas vtiliter vel necessariò factas, tam in re, quàm occasione rei, & eo anno durante non possit res ipsa damnificari, nec deteriorari, ex Statut. cap. 165. fol. 55. 6. volum. 1. ad effectum, vt annus currat, debet intimari dicta venditio, &c.

Et nota quòd poterit appellari ab ista subhastatione, & insolutum datione, & tunc ille terminus anni non currit, nisi à die confirmationis talis subhastatione Plot. in rep. l. si quando C. vnde ui nu. 526.

Animaduertendum erit, quòd duo sunt necessaria an-

te-

tequam deueniatur ad hoc remedium subhastationis primum videlicet, quòd debitum sit soluendum in pecunia numerata, & sit liquidum, idest præcesserit condemnatio, secundum quòd constet, quòd non possit satisfieri aliter, quàm per alienationem bonorum immobiliũ, idest quòd non fuerint reperta mobilia, in quibus posset fieri executio.

Quæ dicta sunt de subhastatione, procedunt etiam in datione in solutũ, videlicet quòd agatur de credito, quod sit liquidum, sed diuersa ratio datur, nam si tu habes aliquam sententiam ad tui fauorem in iudicatum transactam, & lapsis triginta diebus ab eius prolatione, & tu velis tibi dari aliqua bona insolutum, tunc adis Iudicem petendo, vt tibi concedat præceptum bona apprehendendi, aut associandi, iuxta qualitatem casuum: petenti enim dari bona insolutum conuenit præceptum apprehendendi, qui autem emerit non tradita possessione associandi præceptũ rectè datur. Qui autem expulsus foret à possessione iam apprahensa succurritur per præceptum continuandi, aut reintegrandi, & demandato Iudicis citatur debitor ad videndum concedi præceptum apprehendendi tot ex bonis immobilibus, quę infra describuntur ipsius B. quantum capit summa librarum centum Imperialium de quibus in processu, & seu sententia, & in calce pronuntiatur bona, & in termino citationis conceditur præceptum tenoris in substantia, vt in subhastatione mutatis mutandis, facta autem huiusmodi apprahensione, adhoc ne fructus computari possint in sortem, curabis tibi dari insolutum, & sic primo citabis debitorem tuum, vt compareat cum lista eius confidentium Agrimensorum, & æstimatorum Communis Mediolani, in tot numero vt concurrant cum confidentibus dandis per te, qui habet mensura, æstimare illa bona per te apprahensa, vt supra, alioquin ad videndum in eius renitentiam, vel contumatiam eligi vnum ex Agrimensori bus per te dandis ad effectum, vt super eis possit tibi satisfieri ad credito tuo. in termino ipsius citationis, poteris facere tuam requisitionem effectus, quòd Iudex velit, & debeat eligere vnum Aestimatorem ex Aestimatoribus Cõmunis Mediolani, partium confidentem, qui habeat æsti-

Datio in solutum.

Citatio ad videndum cõcedi præceptum apprahendẽdi.

mare, & mensurare bona per te apprehensa vigore iurium tuorum ex bonis B. & ad eundem effectum exhibes listam tuorum confidentium, & si dictus B. contumax, vel renitens fuerit in nominando eius confidentem, quòd eligatur vnus ex Aestimatoribus confidentibus tuis. Vnde Iudex ordinando eligit N. Aestimatorem Communis Mediolani, & confidentem partium, (si in contumaciam, dicitur cõfidentem nominatum per A. in contumatiam B.) qui habeat accedere in rem præsentem ad mensurandum, & æstimandum, & qui mensuret, & æstimet bona per ipsum A. apprehensa, de quibus in instrumento introitus, & apprehensionis rogato, &c. mox ea perfecta refert ipsi Iudici fideliter seruatis ordinibus: signatur à Iudice, post additur præsentibus partibus, vel A. & acceptan. Qua electione facta solet citari debitor (nisi fuerit de consensu) de mandato Iudicis, vt compareat ab ortu solis, vsq; ad occasum super talibus bonis ad videndum ea per Agrimensorem electum æstimari, & mensurari. Qua facta, iterum citatur ad videndum per dictum Agrimensorem præsentari eius relationem æstimationis, & mensurationis factam de bonis ipsius B. apprehensis per dictum A. vigore eius iurium, & successiuè per dictum Iudicem fieri omnem, & quamlibet dationem insolutum de dictis bonis, quæ per eum fieri voluerit, seu de tanta parte eorum, quantũ capit summa crediti dicti A. cum obligatione bonorum dicti B. pro manutentione bonorum insolutum dandorum, & in omnibus iuxta formam ordinum. Præsentata dicta electi æstimatione, tunc conquiescentibus partibus æstimationis Iudex in termino citationis deueniet ad dationem insolutum per instrumentum publicum, detracta tertia parte ex duabus partibus veri precij. Animaduerte, quia qñ incipitur ab apprehensione fine executione in bonis nõ habet locum constitutio de tertia parte, nec de termino duorũ annorum, quia Senatus declarauit non habere locum c. molesti, de bonis insolutum dandis, nisi quando creditor incipit à personali detentione, quare solum habet locum ius commune, vt detur insolutum res ad iustam æstimationẽ, absque vlla facultate redimẽdi reseruata debitori. Negusant. de pign. p. 1. 3. m. 5. p. principali n. 9. lib. 1. Simon de Pretis,

cons.

conſ. 94. nu. 12 Aſin. de execut. §. 7. cap. 112. fol. 194. & cap. 282. fol. 245. Quod inſtrumentum continere debet omnia acta concernentia ſubſtantialia ipſius cauſæ, adhoc ne aliquando per defectum alicuius actus datio inſolutum redderetur nulla. Poſtquam autem facta fuerit datio inſolutum, debet intimari parti, ſi præſens non fuerit, ad effectum, vt currat tempus duorum annorum ad redimendum.

Qua intimata aliqui ſolent appellare. Et ex forma Stat. cap. 165. fol. 55. 6. vol. 1. datur annus ad redimendum vtſupra dixi in ſubhaſtatione, eodem pretio, ſoluendo expenſas vtiliter, vel neceſſario factas tam in re, quàm occaſione rei. Et quid de electione Aeſtimatorum ſit faciendum, diſponit Statut. cap. 170. fol. 57. & 58. volum. 1. cuius verba hæc ſunt. In æſtimationibus rerum quarumcunque, quæ de cætero fieri contingent in Ciuitate, vel Ducatu Mediolani, per quoſcunque Iudices ordinarios, vel Delegatos, Arbitros, vel arbitratores, vel alios quoſcunque Iudices, coram quibus agi continget de æſtimatione cuiuslibet rei, teneantur Iudices ipſi, & vtſupra, eligere ad inſtantiam partium, vel alterius earum Aeſtimatorem vnum in arte peritum ſecundum qualitatem rei, quæ fuerit æſtimanda, partium confidentem, vbi in vno partes concordare poſſint: vbi verò in vnum partes non cordent, quælibet ipſarum partium eligere teneatur ſuum Aeſtimatorem peritum, vtſupra. Qui ambo electi à partibus facere habeant æſtimationem rei, & de qua agitur, vt infra, delato prius ipſi Aeſtimatori, ſeu Aeſtimatoribus iuramento per Iudicem, Arbitrum, vel Arbitratorem vtſupra, coram quo agitabitur cauſa, & iuſtè, & legaliter faciendo dictam æſtimationem. Et ſi in ipſa æſtimatione fuerint diſcordes, eligatur vnus per dictos Iudices, & vtſupra in tertium ex Aeſtimatoribus communis Mediolani partium confidens, vel vnius in contumatiã alterius, qui habeat facere dictam æſtimationem, & cum vno ex alijs Aeſtimatoribus à partibus electis concordare intra terminum ab ipſo Iudice, vtſupra, ſtatutum; & qui Aeſtimator habeat iurare modo, & forma ſupraſcriptis, & teneantur dicti æſtimatores electi vtſupra, antequam ſuas æſti

mationes faciant assumere in scriptis, summarias informationes, quas partes facere voluerint, vel etiam ex officio, si sibi videbitur, & rem oculis subijcere, si opus fuerit, aut etiam si per partes ipsas, vel alteram earum requisitum fuerit in termino per Iudicem ipsum, vel vtsupra statuendo, ipsas etiam informationes assumendo per Notarium partium confidentem, vel vnius in contumatiam, vel renitentiam alterius de valore, & pretio rerum, quas æstimari contigerit, & præmissa locum habeant, nisi aliter inter ipsas partes conuentum fuerit. Item nota, & facta electione Aestimatoris, vel Aestimatorum, ipse Aestimator, vel Aestimatores omnibus iuris remedijs etiam per personalem detentionem cogi poterunt ad acceptandum commissionem, & ipsam exequi pro remuneratione taxata per Stat. Mediolani, facta autem insolutum datione facit fructus suos interim, nec eos cogetur computare in sortem. Quo circa debitor rerum suarum satagendo, curabit quanto citius, aut saltem intra tempus concessum redimere, vel aliquis eius Agnatus masculus, si bona, vel ius fuerint paterna, vel ascendentis, ex cap. 417. fol. 142. 6. vol. 1. Si verò res data in solutum, vtsupra, vel vendita non fuerit paterna vtsupra, sed contigua fuerit rei immobili Agnati eius, qui vendiderit etiam communi cum alio, possit talis Agnatus masculus, qui rem contiguam pleno iure, vel ratione vtilis dominij tantum habuerit, vtsupra eam rem venditam luere, ac si paterna fuisse, vtsupra.

Debitoribus detentis remedia quæ competant. Cap. III.

Debitoribus competunt remedia quædam, & ea partim etiam antequam detineantur, vt Saluusconductus, moratoriæ ad breue tempus (de quibus. l. ambitiosa, & extat de ijs Senatus decretum diei 11. Iun. 1556. & 13. Iulii.) Inducię quinquennales, quę cum fideiussore Afflictus decis. 378. at detentis: Cessio bonorum: Datio insolutum: Nullitas capturæ in ordinibus Senatus Excellentiss. 1580. 15. Iunii adest Decretum ne den-

dentur dilationes ad soluendum debitoribus ex causa litte rarum cambii parte contradicente.

Sequitur formula Saluiconductus.

P. R.

Molestatur Mæuius M. V. ser. à variis creditoribus, veretur ne in carceres coniiciatur, æris alieni causa quod soluere cogitat quauis ratione, licet in præsentiarum id præstare nequeat dignet. M. V. concedere supplicanti Saluumconductum per mensem per quem carceri mancipari non possit, interim videlicet dum cogit pecunias ad æs alienum dissoluendum.

Sequitur Rescriptum.

Quibus visis per has litteras nostras concedimus dicto supplicanti amplum Saluumconductum mensis vnius, per quem possit vbique locorum ditionis Mediolani Ducis tuto morari, omni personæ molestia cessante, & modo alias similes litteras à nobis non impetrarit, mandantes omnibus ad quos spectat, vt ita exequantur, &c. in quorum, &c.

SVpereſt nunc tractare quid agendum ſit debitoribus detentis. Itaque debitoribus detentis plura remedia competunt euadendi carceres, puta dationis inſolutum, ceſſionis bonorum, ſolutionis, vel nullitatis capturę, quę nullitas poteſt oriri ex duobus capitibus, puta rectitudinis, quæ reſpicit merita cauſę, & proceſſum vſque ad ſententiam incluſiue, vel riticudinis, quæ reſpicit validitatem capturæ tantum. Hinc ſi tu volueris allegare captionem non teneri eo quia non appareat de debito, vel quòd non fuerit ſeruatus legitimus ordo proceſſus, adis Iudicem, à quo proceſſit exequutio, & prævia citatione Aduerſario tuo, petis ab eo Iudice te relaxari tamquam indebitè detentum, & allegas defectus præcepti exequutiui, puta, quia non fuerit tibi ſtatutus terminus

ad probandum, vel quia non fuisti citatus ad illud videndum concedi, vel quia debito tempore docuisti de solutione. Si verò allegaueris te minus legitimè detentum puta, quia fuisti detentus in domo, vel in confinibus prętorii, vel diebus feriatis, vel quòd famuli non adimpleuerint ad implenda, & non seruauerint seruanda, adis Mag. Protectores carceratorum, quorum officium est, vt dicit Statut. cap 150. fol. 49. vol. 2. & Const. lib. 5. cogere, & condemnare quoscunque, qui non ritè, Stat. addit indebitè, vel iniustè, aliquem detinete fecerint ad satisfactionem expensarum factarum per ipsos non ritè detentos, Statut. addit, ipso facto, & sine processu ad arbitrium dictorum protectorum, & ab eis impetrabis citationem parti compariturę, ad iustificandum capturam, & in termino petet relaxari vti minus ritè detentum, allegando causas nullitatis capturæ, vt dixi, & si per relationem famulorum contrarium non apparet, teneberis tu probare intra mensem, sed interim cogeris remanere in carceribus, nisi velles dare fideiussorem de soluendo debitum, pro quo facta fuit detentio, aut de te consignando termino arbitrando per DD. Protectores: ipsi enim possunt accipere tales satisdationes, prout eis videbitur ex dispositione Statut. 144. fol. 50. 6. volum. 2. si autem non posses satisdare, & pauper esses, vt in carceribus expensas sustinere non valeres, renunciabis bonis in manibus creditoris, vel creditorum, vel Notarii eorum nomine stipulantis. ex Statuto enim cap. 244. fol. 82. 6. volum. 1. cauetur, quòd si quis capi fecerit, aut captum tenere voluerit aliquem pro aliquo debito, etiam si sit pro maleficio, & fideiussoria. Si ille captus non habeat de suo proprio vnde posset se alere, & pascere in carceribus, teneatur eum relaxare, aut eidem dare pro eius pastura denarios 18. Imp. sed ordo Senatus addit solidos quatuor pro quolibet die, quo ipsum tenere voluerit in carceribus, vel probare, q̃ habeat, vnde possit se pascere, & alere in carceribus, & ipso iure intelligatur esse probatum, quòd habeat, vnde se alere possit, nisi renunciauerit bonis in manibus creditoris, vel creditorum, vel Notario suo nomine stipulantis, & renunciatio aliter facta, etiam iuramento va-

la-

lata non valeat ipso iure, & forte multi creditores recusabunt sibi dare dictos denarios in die, ne vt vulgò dicitur, aggiongono ferro alla cazza, & DD. Protectores eum facient relaxari. Si autem non posses te iuuare exceptione nullitatis capturæ, vel renunciationis bonorum, tibi supperit via dationis insolutum, modo sis in casu (nam debitores ex causa ficti simplicis, vel libellarii, pensionis, adiutorii, massarii, expensarum litis, mercedis depositi veri, & realis, pretii rei venditæ, onerum datiorum, mercimonii, litterarum, cambii veri, & realis, fideiussionis, & redemptionis captiuorum non possint dare insolutum de bonis suis creditori suo ex prædictis causis, nec aliqua earum, tàm ex dispositione Statut. cap. 413. fol. 140. volum. 2. quàm dispositione Nou. Const. lib 2. de bonis insolutum dandis cap. molesti quandoque. §. casus verò) & tunc citas creditorem de mandato Iudicis, à detentus fueris, vt compareat ad videndum per ipsum offerri tot bona insolutum, & dare listam bonorum cum debito iuramento, & in termino citationis offers bona insolutum, & das listam omnium bonorum tàm mobilium, quam immobilium, & iurabis, quòd dedisti, & consignasti in scriptis omnia nomina, & cognomina creditorum, & quantitates, seu omnia bona mobilia, & immobilia, quę habet à valore solidorum viginti supra, bona fide, & tunc curandum erit, vt fiat æstimatio bonorum, quæ optionauerit creditor per Aestimatores, prout supra, dixi in materia insolutum dationis. Si verò non haberes tot bona pro satisfaciendo creditoribus, habes vltimum remedium miserabile, & flebile cessionis bonorum; & tunc facis citare creditores vt compareant certo termino coram Iudice, ad videndum per dictum instantem, seu eius nomine fieri quamlibet requisitionem ad effectum, vt admittatur ad cessionem bonorum suorum iuxta dispositionem Statut. Communis Mediolani, & iuris, nec non præstari per ipsum instantem quodlibet iuramentum, quod requiritur ex dicta dispositione Statut. videlicet de dando, & consignando in scriptis omnia nomina, & cognomina creditorum, & debitorum suorum, & quantitates, & res & iura debitas, & debita, & omnia bona mobilia, & immobilia, &

ipsa bona, seu notam eorum dari, & exhiberi, quæ habet à valore solidorum viginti supra, & successiuè per ipsum Iudicem admitteri ad dictam cessionem. Et in termino dictæ citationis facis tuam requisitionem, petendo admitteri, & declarari esse in casu statuti detessionibus bonorum, & tunc exhibetur, & consignatur nota omnium bonorum suorum mobilium, & immobilium, ac nominum creditorum, & debitorum suorum, & quantites, & rerum, iurium debitorum, & debitorum, quæ habes à valore solidorum viginti supra, & iurabis, coram præfato Domino Iudice pro tribunali sedente, &c. ad delationem, &c. quòd bona fide consignasti omnia bona tua creditoribus tuis, & ea designauit, & in omnibus, & per omnia prout requiritur ex forma statutorum communis Mediolani.

Nota quòd ista datio bonorum in scriptis potest fieri etiam per procuratorem, vel interpositam personam ex cap. 410. fol. 140. vol. 1.

Item nota quòd credere non possunt infrascripti debitores tam ex dispos. Nouar. Const. lib. 2. tit. de prohibitis exequutionibus cap. Coloni. §. nec hi. quàm ex Statut. cap. 408. fol. 140 volum. 1. & 339. folio 129. vol. 2. videlicet coloni, partiarij, fictabiles, vel emphyteotę, & qui societatis nomine animalia tenent, pensionantes, molendinarii, folatores, pistores, risii, vel alterius bladi, & illi de eorum familia maiores annis viginti, si eum eis habitauerint eo tempore, quo debita contraxerint, intelligendo de familia, (idest) filiis & famulis ruralium, non autem nobilium. Item Stat. addit, quòd cessio fieri nó possit contra mercatores descriptos habentes exequutiones personales ex forma Stat. vel ordinum ipsorum mercatorum; nec contra fideiussores, nec illos, qui pro alio se obligauerunt, de quibus fit mentio in Stat. de fideiussore exonerando c. 413. fol. 140 6.

Si autem creditores obstarent, ne admittereris ad cessionem, tunc opus erit discutere negotium, & facere, quòd Iudex pronuntiet te esse in casu Statut. ciuitatis creditoribus, & facta dicta declaratione, vti citabis ipsos creditores ad videndum deueniri ad actum cessionis seruata dispositione Statut. videlicet quòd in publica concione

ne aſcendas nudus,& diſcalciatus non habens aliquod veſtimentum, vel velamentum, excepta ſerabula, & ſic aſcendas ſuper lapidem exiſtentem ſuper pallatio magno Broleti Cõmunis Mediolani, & ibi ſtare debes à principio aſcenſus Iudicis, vſque ad finem deſcenſus, ſine aliquo velamine in capite, vel alibi in publico, vt ſupra, aliter ceſſio facta non valeret, prout nec valeret, ſi repertum fuiſſet per eum occultata fuiſſe alia qua bona: & neque ceſſio valeret in prejuditium creditoris non citati.

Nota quòd cedens tenetur eam facere coram Poteſtate Cummunis Mediolani, vel eius Vicario, vel Conſulibus Iuſtitiæ de die pulſatis cãpanis pro aliis negotiis eorum tribunalia aſcendentibus: & dicta ceſſio debet fieri poſt tres dies, poſtquam data fuerint bona in ſcriptis ex Statut. cap. 410. fol. 140. aliter non valeret. Actus verò ipſius ceſſionis perficitur per inſtrumentum, quod poteſt rogari à quouis Notario publico. facta ceſſione debitor dimittitur è carceribus. Creditores autem diſceptant inter ſe de eorum iurium potioritate ſuper bonis cedentis. Aliquando Senatus Excellentiſſimus diſpenſauit huic Statuto, vt ſcilicet poſſes cedere bonis citra formam pudendam mouebatur enim ex nobilitate familiæ cedentis, vel pudicitia puellarum debitoris magis conſeruanda, & vbi æquitas ſic ſuaderet.

In iure qui vult plura ſcire, videat D. Brun. in tract. copioſiſſimo de ceſſione bonorum, vbi multas quæſtiones tangit: Qui inter cætera tenet, quòd qui vult credere bonis, non debet id facere, niſi prius à creditore conuentus. Item quòd non debet negare debitum, neque petere moratorias quinquennales, neque credere bonis ſub conditione, neque negatiue, ſed debet ſimpliciter agnoſcere debitum; qui etiam dicit, quòd infraſcripti non poſſunt cedere bonis videlicet.

Damnatus pro crimine, vel debito Fiſci ex cauſa delicti; Neque mulier pro adminiſtratione tutelæ obligata, quam aſſumpſit renunciando ſen. con. vell. & omni alii auxilio ll.

Neq; meretrix ſoluta ſiue coniuncta ſciente marito.

Neq; obligatus ad factũ poſſibile, & ad rem in ſpecie.

Ne-

Neq; Mercatores falliti,& quiuis alius debitor,qui studiosè omnia bona sua in fraudẽ creditoris dilapidasset.

Nequę hęres,qui non confecit inuentarium.

Neque subditi ad euitanda onera, & collectas à superiore impositas.

Neque debitor, quando creditor est pauperior, vel in pari egestate cum debitore,nisi debitor statum suum mutaret.

Neque debitor diues.

Neque fideiussor.

Neque debitor, qui sub spe cessionis bonorum debita contraxit,neque quando tempore debiti contracti,sciebat se non esse soluendo.

De expensis, victoriæ exstat. cap. 55.
Cap. IIII.

Nam expensæ sunt multiplices; vel contumaciæ; vel retardati processus; vel veritatis; vel victoriæ est statuto vero 55. volum. 1. victus victori condemnatur in expensis, de quibus hic autor loquitur, & illud statutum habet locum etiam in interlocutoriis facti, vel iuris de quibus hæc habui præcipue notan.

Primò. Si victor succumberet in Definitiua non posset postea consequi expensas interlocutorię in qua extitit victor ideo cautus sit vt eum prius faciat condemnare Rebuff. tract. de expen. ar. 3.

Secundò. Licet reo totum negare cum actor plus petit: sed ego soleo vti cautela illa vulgata apud doctores, & dicere quod peto illam, & illam pecuniarum summam tam coniunctim, quàm diuisim.

Tertiò. Condemnatur reus in expensis libelli, & primę citationis,nisi in prima citatione fateatur debitum.

Quartò. Non condemnatur reus si cedat visis instrumẽtis, nisi sint in facto propria. Math. sing. 82.

Quintò. Victus per iuramentum decisiuum condemnatur in expensis. l. properandum §. sin autem alterutra. Iaſ.

Sextò.

Sextò. Habens iustam causam non condemnatur in expensis nisi expensæ debeantur ex conuentione. Alciat. cons. 127.

Septimò. Excusatur reus ab expensis si probabiliter erravit, fortasse credidit perito quem consuluit.

Octauò. Procurator in causa propria, scripturarum expensas consequitur vt damna. Orian. de expen. cap. 11. num. 11.

VLtimò videndum erit de expensis, quæ sunt, (vt vulgo dicimus,) il buon pro faccia delle liti; circa quas Lanfrancus Orian. capitulo de expensis num. 1. dicit, quòd expensæ, quæ fiunt in litigando, quę reficiendæ sunt, veniunt ex duplici capite, videlicet, vel ex capite rationis victoriæ, ex regula quod victus victori: vt in const. tit. de Iud. quę non habet locum in sententijs ab Senatu latis ex decreto eiusdem, vel ex capite contumaciæ, & distinguendo num. 6. ait quòd ratione victoriæ dupliciter debentur expensæ videlicet, vel ratione præsumptæ calumniæ, vel ex capite temeritatis: quòd accidere dicitur, quotiescunque actor venit ad iudicium, & non fecit omnia, quæ debuit, antequam veniret ad iudicium n. 7. & 25. vel postea statim cognita calumnia non destitit. l. desti tisse. ff. de iud. Quòd in condemnatione expensarum debēt attendi tantum expensæ necessariæ ad causam, non autem vtiles; & sic expensę factæ in Aduocatis, in Procuratoribus, & in itinere, ac hospitijs, nec debent considerari expensæ nimis delicatæ, sed mediocres. Vnde, si rusticus, qui solitus est ire pedester, voluisset accipere equum ad vecturam causa veniendi ad ciuitatem, causa litem suam solicitandi, hæ expensæ non venirent in refectione. Insuper ab istis expensis deducendæ erunt expensæ, quas victor fecisset domi suæ num. 24. & illud quod supererit, veniet in refectionem expensarum, & hęc sunt, quando expensæ veniunt ratione victoriæ. Vbi autem venirent ratione contumatię, tunc non deducuntur expensæ, quas quis domi facturus fuisset, & n. 11. dicit, q̄ in taxatione expensarum tria debent concurrere per ordinem primò, quod Iudex debet taxare expensas. secundò victor debet iurare se

Vide etiã Spec. de expen. pa. 2. Asi. §. 32. per q mul ta cõgessit

Vide ad hæc omnia Castr. idem decentem in l.

se illas fecisse. Tertiò, quòd Iudex delato iuramẽto ferat sẽtentiã super illis expensis declarando, & quæ istæ expensæ victoriæ debentur in fine litis, quia sunt accessoriæ.

32 & 32. Secundũ caput est expensarũ contumaciæ, quas quidem possunt incurrere siue Actor, siue Reus, siue per verã, siue per fictã contumaciam. Ité in qualibet parte litis refici, & poterũt peti tã corã Iudice ordinario, quàm Delegato, sed quæ finita instantia (nu. 34.) tales expẽsæ non poterunt peti. Veniamus modo ad practicã, & primò ponitur verba Statu. c. 56. vol. 1. de executione expensarũ, & earum taxatione, si quis cõdemnatus fuit in expensis litis expressa earũ quantitate, vel nulla expressa earum quãtitate, aut reseruata earũ taxatione in sua, vel arbitramentis Iudicis ordinarij teneantur summariè absq; aliquo strepitu, & figura iudicij pœna iuris remedia, ét per capturam personę cogere illũ cõdemnatum ad dandũ, & soluendũ victori prædictas expensas taxatas; Ad solutionẽ verò expensarũ non taxatarum, vel reseruatarũ, cogant, vt supra, postquam taxatę fuerint per Notariũ partũ confidentem, vel vnius in contumaciã alterius eligendũ per D. Potestatem Mediolani, vel alium Iusdicentẽ infra triduũ post requisitionem. Qui Notarius intra decẽ dies post factam sibi cõmissionem, sacramento suo de credulitate faciat ipsam taxationem, & hoc vbi victor asserat quantitatem expensarum ascendere quantitatem librarum quinq; Imperialium. Quando verò asserat eas non excedere dictã summã, stetur sacramento ipsius victoris. Si verò contingeret aliquem in eius sententia, vel arbitramentis reseruare ius petendi expensas ea in causa factas, prout eis experiri possit coram ordinario, & in prædictis summariè procedatur, & prędicta habeant locũ tàm in ciuili, quã criminali. Itaq; victor prętendens consequi expẽsas siue ex capite victorię, siue ex capite contumaciæ contra eius aduersariũ condemnatũ, si prętendit eas non excedere summã librarum quinq; Imperialiũ poterit iurarẽ prędicta summa citato victo ad videndũ iurari expensas prędicta summa, quia eius iuramento statur, ex dispositione prędicti Statuti.

Si verò agitur de maiori summa, tunc necesse est eas verificare eo modo, quo fieri solet videlicet, quòd cites victũ

ad

ad dandum listam confidentium Notariorum de Pilastro tot numero vt concurrant cum confidentibus tuis in vnum cum confidentibus in scriptis dandis per dictum instantem ad effectum, vt committatur reuisio petita à taxatione expens. facta &c. secus in contumaciam seu &c. committi vni ex confidentibus instan. & commissionem fieri, &c. pro taxatione expensarum factarum in lite &c. Alij solent citare ad videndum eligi Actuarium ad taxationem expensarum, tunc Iudex tenetur infra tres dies talem commissionem siue Notario de pilastro, siue Actuario facere, & facta ista electione, citatur victus ad videndum dari listam expensarum, & ad opponendum. Inde oppositionibus factis, vel non per contumatiam, uel negligentiam, Actuarius taxat dictas expensas, pręuia citatione ad videndum fieri taxationem. Taxatione facta, vel intimatur victo, vel citatur ad videndum concedi executionem pro summa expensarũ taxatarum, aut obtinetur pręceptum cum famulo. Sed victus potest petere reuisionem taxationis dictarum expensarum, & ea pendente nihil est innouandum: & istam reuisionem expensarum victus debet petere debito tempore, ideſt intra quatuor dies, & tunc ad instantiam victi citatur victor ad dandum listã eius confidentium DD. Notariorum de pilastro, ad hoc, vt confidenti possit committi reuisio dictę taxationis; Et denique ille Notarius de pilastro seruatis, quę supra diximus, reuidendo, vel moderatur ipsam taxationem; vel confirmat, & tunc uictor potest uti uia pręcepti cum famulo, vel citare partem ad uidendum concedi executionem realem, & personalem (nam pro expensis executio personalis conceditur) & per Iudicem conceditur exequutio realis, & personalis, quæ exequitur nisi condemnatus, uel soluerint, uel depositum fecerit, quo deposito facto, statim relaxantur ipsi uictori, si sunt pecuniæ: Si uerò sunt pignora lapsis quindecim diebus emanatne denuntia, mox possunt finita denuntia uendi ad publicum incantum, & de eorum pretio sibi satisfieri, & si quid supererit deductis expensis, restituitur uicto, si uerò non sufficerent, potest renouari exequutio.

Et secundum Alciat. enumerantur triginta casus, in quibus ante litis contestationem fit condemnatio in expensis,

ad

ad quem recurrito. Qui etiam ponit casus in quib. victor victori non condemnatur videlicet, si sententia pro absente ferratur; si iusta causa victū excusat, puta, quòd habuerit probabilem causam litigandi.

Si reus habuit legitimam causam absentiæ.

Auctor autem ipse cupiens aliquod proficuum documentum relinquere litigantibus, nesciuit salubriori lege prospicere quàm ad verbum hic in fine eius opusculi subijcere illud dictum quippe aureum, & mente recolendum, quod apud portam Palatij Broletti Noui Mediolani, scriptum in marmore videtur, in hæc verba.

In controuersijs causarum corporales inimicitię oriuntur. Fit amissio expensarum, labor animi exercetur, corpus quotidie fatigatur. Multa, & inhonesta crimina inde consequuntur. Bona, & vtilia opera postponuntur, & qui sępe credunt obtinere, frequenter succumbunt, & si obtinent, computatis laboribus, & expensis nihil acquirunt.

At Hesiodus autor grauissimus ita ait.

Nec te crebra foro speculantem iurgia vulgi.
Auocent à studijs pugnandi inimica voluntas.
Nemo forum sequitur, quem non fouet annua messis.
Et benè clausa domi cereris gratissima dona.
Hæc quærenda prius, de hinc si vacat impete vulgus.
Et for.

Idem ferè magnus ille Practicus Papiensis initio sui operis.

Et hæc satis de materia appellationum, & executione sententiarum. Et si quid erratum est, id totum censuræ superiorum, & melius sententium subijcio. In cæteris. Laus Deo Optimo Maximo, eiusque semper Virgini matri Mariæ, qui protectoris mei in cælestibus Sancti Io. Baptistæ, eiusque meritis, & precibus dignetur me ducere in semitas rectas eius mandatorum. Amen.

FINIS.

Paræneſis Iulij Cæſaris Gluſiani I. C. De munere Cauſidici.

VEtus eſt illud, commemoratione dignum, & maximè accommodatum muneri eorum qui in iudicijs verſantur, FORO TE PARA: hoc verò apophtegmate obliquè monemur, vt adducti ſpe quæſtus liberali homine digni, non ſordida, & illicita pactione de quota litis, comparemus nos ad cauſas agendas, bona fide, non mendacijs: ſcripto non iurgijs: diligentia, non loquacitate: obſequio non ardore in bilem moleſtam effuſo: eruditione, non petulantia. l. quiſquis C. de poſtul. Qui enim ad cauſas mendacijs ſe concinnant, & calumnijs, non ad fallendum clientes ſe comparant, ſed Deum ipſum iudiciorum præſidem, cuius nomen, & numē in forum tanquā in templum deuocatur iureiurando, & titulis ſacroſanctæ deitatis præſentibus ſententias, vt conſt. lib. 2. de iud. §. poſſunt, v. eoq; caſu. Garruli verò, qui argumēto, ſtatuq; cauſæ omiſſis inſtant inani clamore, & boatu, nō cauſidici ſunt, ſed imagines, & vmbræ cauſidicorū. At qui acres nimiū in agendo facile iracundiæ aculeos in aduerſarios figunt, ſæpeq; venatorio more in eos feruntur, vt in feras, hi, non cauſarum patroni; ſed à rabie, vt inquit Feſtus, RABVLAE ſunt appellari. Qui vero non exploratis cauſæ viribus, inconſulto Marte decertant, nec tota lege, perpecta, nec opinionibus alternantibus, vt percipites fabri in tenebris ligna nō dolant, ſed ictibus dextra aberrāte vulnerāt, ſic hi controuerſias nō dirimunt, ſed litibus innectūt, & ſauciant. Cæterū vt nullibi eſt numeroſior copia cauſidicorū, (nimirū, MEDIOLANI MIRA OMNIS copia rerum) quàm in iſta ciuitate: ſic nullus eſt locus in quo diſciplina cum ſcientiore, & ſeruitore eligantur publico decreto cauſarum patroni: nulli. n. fas eſt profiteri in cōſulto collegio quod frequēs hac de cauſa coire ſolet iubentib. præfectis, intra Palatina mænia, nullus porrò tanto dignatur nomine & honore cauſidici ſine cauſæ cognitione, & niſi priuā

ple-

pleno Senatu causidicorum inquiratur de natalibus, ætate, moribus, deq; petentis cooptari doctrina periculũ fiat, altius quoq; si videtur præfectis, repetitis quæstionibus. At, dicet quispiam, altiorem cognitionem iuris minime necessariam causidico: deinde solemnitates antiquas circa actiones sublatas fuisse ab Impp. Constantio, Theodosio, & Valentiano; verissimum hoc esse negari non potest: sed quamuis prisca actionum solennitas sublata sit, non tamen ipsa actio, imo neq; formula actionis. Nam si ex facti serie ineptam collegerimus conclusionem libellus corruet, vt probat Iason multis exemplis l. 1. ff. de ed. Deinde licet exacta iuris peritia non sit necessaria causidico, qualis qualis tamen necessaria: imo pract. Pap. for. lib. execut. sent. def. glossa viso nu. 2. omne onus controuersiarum, quæ altiorem indaginem non requirunt, imponit causidicis, accedit enim proximè ad Iureconsultum, & Aduocatũ causidicus. Quod cum dico, non significo iurisconsultum, aduocatum, & causidicum esse vt in mathematicis paralellas, ideſt, lineas æquali spatio inter se distantes. Nam legum consultus iuris interpretationem sibi vindicat: opiniones alternantes conciliat: falsas à veris, velut excernens frumenta vanno, expurgat; Aduocatus ad hæc proœmiat, narrat, colligit, habet crebra enthymemata & actionem ferè oratoriam. ita.n. non lacertis, & viribus ac doctrina solum: sed etiam genere dicendi hoc studium iampridem excolitur in hac ciuitate ab eloquentissimis, nobilissimisq; viris, vrsi mihi dicendum sit quorum & qualium facundia Aduocatorum munus melius niteat, & splendescat, incertus sim vnde narrationis initium summam: hinc enim occurrunt mihi Aliseri, Castilionei, Vicecomites, Cacciæ, Bossij, illinc ad se conuertunt prioris, & vetustioris Academiæ patres Rouidius, Glussianus, Galeratus, Caraneus omnes spectatissimæ togæ patritij, & Senatores: atque hæc iactantem trahunt aliorsum, Fossani, Confaloneris, Serenij, Castellatij, Malumbræ, Soromani, eodem quo Cacciæ, & illi superiores vestigio, eoq; curriculo insistentes, eadem cito laurea donandi, quos silentio præteream oportet ne digressione, & longi elogij tantorum patrum interiectione impediatur series & tensus institutæ tractationis

de

de munere causidici. Hoc enim est quod Quintil. lib. 8. cap. 2. vitio vertit historicis, qui digressionibus alienis turbant argumenta proposita. illud dumtaxat dicam (vt retexam superiora) aucto studio Aduocationum sportulas professoribus, & honoraria aucta: Annis enim ab hinc quinquaginta dimidiato aureo, nunc vix quatuor, aut interdum sex ducatonibus ijsque maiusculis, & ponderosioribus ad dicendum trahuntur. At causidicus tenuiori honorario contentus ex fontibus Doctorum haurit velut aquas legum, quas per actiones diuersas velut fistulas deducit in forum ordine iudiciario digestas, vt meritò Baldus causidicorum munus in digerendo versari dixerit. id quod à moribus nostris alienũ non est, apud quos ACTIONVM formulæ consensu omnium ab hinc seculis innumerabilibus penes causidicorum collegium asseruantur, iudicijs translatis ex statuto Mediol. in iurisperitos, qui vetustissima generis nobilitate clari in publica porticu togatorum huius vrbis stemmata collocauerunt.

Sed de causidico perfecto, officio eius hæc hactenus. Illud non attigi iustum ne sit peregrinis interdicere clientelis, & an acta subscribi debeant à causidicis: quorũ vtrũque obseruari scio alijs in ciuitatibus: Nam collegium nostrorum causidicorum, perpetuæ humanitatis exemplum, vtranque dubitationem aufert. tacito enim consensu eorum silent edicta, & leges de hoc, & pudor eorundem vetat acta subscribi: nam subscribere acta & quasi signo munire putant esse iudicialis imperij: cum alibi velut Mantuæ subscriptiones sint receptæ, non vt inde acta robur accipiant, sed vt autor dignoscatur, & calumniæ nomine conueniri possit. Quæ res facit omnes attentiores, & proprius accedentes ad imaginem perfecti causidici, quem ferè descripsimus. Hæc in genere; seorsim autem singulas actiones, actaque nosse cupientem oportet euoluendo Caballino exerceri, qui seriem actorum in quocunque iudicio cõplecti voluit hoc volumine minus absoluto fateor: sed in quo propterea (velut de Pelope dicitur in fabulis) intexui, inseruique membra quæ deerant: non vt actuarij corpus perfectum redderem; sic enim vel ex actuario Thesaurum effecissem, quod propter magnitudinem tyro-

nes,

nes, quibus hæc aptantur, refugissent, vel pluribus additis attriuissem, commutauissem, alium planè Caball. reddidissem, IVRE CONFERRVM INATIONIS cuiusdam vt §. si duorum. Inst. de re. diuis. Sic igitur addidi, non vt inquam nouum opus conflarem, aut vetus perficerem, sed vt ab Caballino rudius, & negligentius tradita additamentis adiuuari posse indicarem, fidemque meam liberarem à bibliopola, cui iampridem has additiones spoponderam, quas etiam dum moror periculum fuit ne cogerer ad exhibendum formulam accipere.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE